14-2
CH - 1071 XVII
2

# SACROSANCTA CONCILIA

## AD REGIAM EDITIONEM EXACTA

QUÆ OLIM QUARTA PARTE PRODIIT AUCTIOR *Studio* PHILIP. LABBEI, & GABR. COSSARTII, *Soc.* JESU *Presbyterorum*;

Nunc verò integre insertis STEPHANI BALUZII, & JOANNIS HARDUINI additamentis, plurimis præterea undecunque conquisitis monumentis, notis insuper ac observationibus, firmiori fundamento Conciliorum epochas præcipue fulcientibus, longè locupletior, & emendatior exhibetur,

CURANTE NICOLAO COLETI

*Ecclesiæ S. Moysis Venetiarum Sacerdote Alumno.*

## TOMUS DECIMUS SEPTIMUS.

*Ab Anno* MCDXV. *ad annum* MCDXXXIX.

VENETIIS, MDCCXXXI.

Apud { JO: BAPTISTAM ALBRIZZI HIERON. FIL. ET SEBASTIANUM COLETI.

*CUM VENETI SENATUS PRIVILEGIO.*

R. M. 52

# SYLLABUS
## EORUM, QUÆ TOMO XVII.
### CONCILIORUM CONTINENTUR.

*Quæ * asterisco notata sunt, non erant in prioribus aliis editionibus; Quibus index ☞ appositus, ea nunc primum Labbeana editioni accessere.*


ANNO CHRISTI

1413. * Constitutio Henrici Cantuariensis, de quibusdam festis. 1
* Alia ejusdem super approbatione testamentorum. 2
1416. * Richardi Londoniensis ordinatio super insinuationibus testamentorum. 3
* Statutum Henrici Cantuariensis, contra hæreticos. 6
* Aliud ejusdem pro festo S. Joannis de Beverlaco celebrando. 7
1417. * Ejusdem ordinatio pro promotione graduatorum in academiis. 9
1415. ☞ Novogradense concilium. 11
* Gallicanorum episcoporum ad Carolum VI. epistola, pro exemptione subsidii. ibid.
1416. ☞ Quædam dubia proposita in Concilio Ecclesiasticis provinciæ Tolosanæ. 13
1417. MARTINI PAPÆ V. VITA. 17
1420. Saltzburgense concilium. 19
Reform. 1418. ☞ Tabula confœderationis inire in eodem concilio, ex Hanxizii Germania facta. 46
1419. Cantuariense. 72
1420. Saltzburgensis synodus. 47
Calixtinense concilium. 67
1421. * Ordinatio Henrici Cantuariensis, pro promotione graduatorum in Academiis. 71
* Ejusdem constitutio contra excessiva stipendia capellanorum. 73
1422. * Capitulum provinciale Monachorum nigrorum apud Pontmonasterium. 75
☞ Apud Vernonium concilium. 83
1423. * Henrici archiep. Cantuar. ordinatio de advocatis, procuratoribus, & aliis ministris curiæ Cantuariensis. ibid.
* Lanciciense, Treviriense, Moguntinum concilia. 86
* Coloniense. 87
Senense concilium. 95
1. Decretum de translatione Concilii Papiensis Senat. 96
2. Acta Senensis Concilii. 97
3. * Martini Papæ epistolæ aliquot. 107. & seq.
1423. * Hamiense. 111

ANNO CHRISTI

* Parisiensis congregatio Prælatorum. 119
1418. * Parisiense, al. Senonense. 123
1419. * Rigense. 143
* Dertusanum. ibid.
1. * Clementis antipapæ bulla, qua cedit papatu. 144
2. * Electio Martini V. per ejusdem antipapæ affectas. 146
3. * Actus absolutionis & rehabilitationis ejusdem antipapæ, & sociorum. 150
4. * Nomina eorum qui concilio interfuerunt. 153
5. * Acta Concilii. 154
6. * Constitutiones XXVII. Concilii Dertusanensis. 168
1420. * Constitutio Henrici Cantuariensis, pro abolendis doliis ponderibus. 183
☞ Narbonense concilium. 185
1431. EUGENII PAPÆ IV. VITA. 195
Præmissa Basileensi concilio.
Compendiosa narratio, quomodo Bohemi vocati, productique ad Basiliensem Synodum. 197
Petitiones Bohemorum. 211
Responsiones ordinatæ, sed non datæ. 214
BASILEENSE CONCILIUM OECUMENICUM. 217
Inchoatio Concilii. ibid.
Sessio I. ibid.
Decretum Constantiense, de celebratione conciliorum. 220
Instrumentum electionis civitatis Basileensis pro concilio celebrando. 221
Bulla Martini V. super potestate facta præsidentibus eligendi locum concilii. 223
Bulla Martini V. qua Julianus Cardinalis S. Angeli præses Concilii constituitur. 225
Bulla Eugenii IV. qua eadem potestas Juliano Cardinali confirmatur. 227
Stabilimentum Concilii Basileensis, & alia ad illud pertinentia, 228
Sessio II. 235
Decretum, quod Concilium est legitime inchoatum. 236
Decretum, quod Concilium est supra Papam. ibid.


Quod

ANNO CHRISTI
1434. Quod inobedientes Concilio puniantur. ibid.
Quod personæ concilii non debeant extra concilium trahi vel impediri. 237
Quod non recedant sine licentia, qui tenentur interesse. 238
Sessio III. 239
Decernitur dissolvi non posse Concilium. 240
Sessio IV. 242
Salvus conductus Bohemorum. ibid.
Epistola Concilii ad Bohemos. 244
Ne Papa, si fedes vacaverit, alibi quam in Concilio eligatur. 246
Ne quis se vi juramenti alicujus obstrictum putet, ne ad concilium veniret possit. 247
Ut Concilium in litteris suis utatur bulla plumbea. 248
Quod Papa durante Concilio non possit creare Cardinales, nec creatos publicare. ibid.
Commissio facta de regimine civitatis Avinionensis, & comitatus Venaissini. ibid.
Sessio V. 250
De cæsis fidei, & eorum administris. ibid.
Sessio VI. 253
Promotores Concilii Eugenium Papam, & Cardinales ei adhærentes, accusant contumaciæ. 254
Sessio VII. 256
Apostolica sede vacante, extra concilium, eo sedente, non procedatur ad electionem. ibid.
Prorogatio temporis Cardinalium veniendi ad Concilium. 257
Quod Papa non disponat de beneficiis Cardinalium. ibid.
Sessio VIII. ibid.
Decernitur contra Eugenium & Cardinales ipsius procedendum, nisi revocet ille dissolutionem Concilii a se factam, &c. ibid.
Mandatur Cardinalibus & aliis, ut a curia Romana recedant intra xx. dies. ibid.
Decretum, quod unicum debet esse Concilium. 259
Ne incorporatorum beneficia conferri possint per Papam vel alium. 260
Quod Papa non potest imponere novas gabellas in terras Romanæ ecclesiæ, &c. 261
1433. Sessio IX. ibid.
Concilium recipit Sigismundum Imp. ibid.
Synodus cassat processus omnes contra Sigismundum Imp. & alios adhærentes Concilio. 262
Sessio X. 263
Extensio duorum decretorum sessionis octavæ. ibid.
Accusatio contumaciæ Papæ. 264
Sessio XI. 267
Decernitur, tenerí Papam per se vel per legatos interesse Concilio: nec posse ab eo illud mutari, prorogari, dissolvi. ibid.

ANNO CHRISTI
1433. Quod liberam sit cuilibet venire ad Concilium. ibid.
Decreta alia de modo mutandi, dissolvendive concilii, sequentis indicendi, &c. 268
Quod electores Papæ furent, quod si quis eorum eligatur, servabit dicta decreta. 269
Sessio XII. 270
Decretum citationis contra Eugenium Papam. ibid.
Decretum de electionibus & confirmationibus episcoporum & prælatorum. 275
Sessio XIII. 278
Accusatio contumaciæ Papæ. ibid.
Prorogatur ei spatium dierum xxx. 281
Decretum pro tuitione suppositorum Concilii. 284
Sessio XIV. 286
Alia prorogatio monitionis Papæ ad xx. dies. ibid.
Forma adhæsionis a Concilio Papæ præscripta. 287
Sessio XV. 288
De conciliis provincialibus & diœcesanis. ibid.
1434. Sessio XVI. 291
Bulla Eugenii Papæ, qua profitetur se adhærere Concilio Basileensi; & tres priores bullas suas revocat. 292
Tenor trium bullarum, quæ sunt revocatæ. 293. &c.
Sessio XVII. 304
Super admissione præsidentium in Concilio nomine Eugenii IV. ibid.
Sessio XVIII. 305
Innovatur decretum Concilii Constantiensis de auctoritate & præcellentia Concilium generalium, absentibus legatis Papæ. ibid.
Sessio XIX. 307
De unione procuranda Græcorum. ibid.
Mandatum Imperatoris CP. sub bulla aurea. 309
Litteræ Patriarchæ CP. sub bulla plumbea, ad Cardinales & alios Basileæ congregatos, anno 1433. 310
Confirmatio capitulorum superioribus litteris comprehensorum. 312
Decretum de Judæis & neophytis. 312
De his qui volunt ad fidem convertí. 313
1435. Sessio XX. 314
Decretum de concubinariis. ibid.
De excommunicatis non vitandis certo modo non vocatis. 316
De interdictis non leviter ponendis. ibid.
Contra frivole appellantes. 317
Sessio XXI. ibid.
De Annatis. ibid.
De pacificis possessoribus. 318
Quomodo divinum officium in ecclesia celebrandum sit, &c. ibid.
Sessio XXII. 321
Condemnatio libelli Augustini de Roma. ibid.
1436. Sessio XXIII. 323
De



ANNO CHRISTI
De electione summi Pontificis. ibid.
Forma professionis ipsius. 324
1436. De numero & qualitate Cardinalium. 329
De electionibus. 333
De reservationibus. 333
1437. Sessio XXIV. 334
Acta quædam cum Græcis. ibid.
Salvus conductus Græcorum. 335
Bulla aurea Imperatoris Græcorum. 337
Bulla plumbea Patriarchæ CP. 339
Bulla indulgentiarum in favorem subditi pro redactione Græcorum. 340
Sessio XXV. 345
De locis futuri Concilii pro Græcis. ibid.
Decretum pro cautione Avinionensi. 348
Sessio XXVI. 349
Monitorium & citatio contra Eugenium Papam & Cardinales. ibid.
Sessio XXVII. 353
Cassatur nominatio & creatio Cardinalium facta per Eugenium Papam. ibid.
Cassantur litteræ sub bullare. 356
Avenionensis civitas in salvagardiam Concilii recipitur. 357
Sessio XXVIII. 359
Declaratur Eugenium Papa contumax. ibid.
Sessio XXIX. 363
De revocatione bullæ Papæ super translatione Concilii. ibid
Sessio XXX. 370
De communione sub una specie. ibid.
1438. Sessio XXXI. ibid.
De cæsis. ibid.
De collationibus beneficiorum. 371
Qualificationes & ordo in conferendi beneficia per Ordinarios. 375
Decretum de suspensione Eugenii Papæ. 370
Sessio XXXII. 381
Cassatio electionis loci pro concilio facæ a minori parte. ibid
1438. Sessio XXXIII. 389
De veritate fidei Catholicæ per tres veritates. ibid
Sessio XXXIV. 390
De depositione Eugenii Papæ. ibid.
Sessio XXXV. 392
De stabilitate concilii Basileensis. ibid.
Sessio XXXVI. 393
De Conceptione B. Mariæ Virginis. ibid.
Sessio XXXVII. 394
Revocatio protestationum, &c. obviantium electioni Papæ faciendæ. ibid.
Decretum de modo eligendi summum Pontificem. 395
Forma juramenti ab electo præstandi. 399
Decretum inhibitionis, ne bona electi & eligentium rapiantur. 400
Ne tempore electionis fiat audientia. 402
Sessio XXXVIII. ibid.

ANNO CHRISTI
1439. Contra invectivam (Eugenii Papæ scilicet.) ibid.
Decreta de electionibus, de nominatis ad eligendum Papam, &c. 402
Sessio XXXIX. 409
Confirmatio electionis Amedei Sabaudiæ ducis in Papam. ibid.
1440. Sessio XL. 412
Consensus Amedei sive Felicis V. in Papam. ibid.
Declaratio quod domino Felici sit obediendum. 414
Sessio XLI. 415
Condemnantur scripta quædam Eugenii Papæ. ibid.
Sessio XLII. 417
De provisione Felicis Papæ V. ibid.
1441. Sessio XLIII. 422
De Visitatione B. Mariæ Virginis. ibid.
Sessio XLIV. 423
De tuitione suppositorum Concilii Basileensis. ibid.
1442. Sessio XLV. & ultima. 431
Lugdunum designatur locus futuri Concilii post triennium, &c. ibid.

*Hactenus sessiones.*

Indulgentiæ incorporatis concessæ, anno 1439. 432
Decretum quinque conciliorum, anno eodem. 435
Bulla Nicolai Papæ V. super approbatione actorum in Concilio Basileensi, anno 1449. 437
*Epistolæ & Responsiones synodales.* 445
1. Epistola ad Bohemos. ibid.
2. Ad omnem ecclesiam: Quod Patres intendunt manere in Basilea. 446
3. Responsio synodalis de auctoritate cujusliber Concilii generalis supra Papam. 448
4. Non esse acceptandas litteras Eugenii Papæ de dissolutione Concilii. 476
5. Responsio oratoribus Eugenii, acceptationem decretorum a Papa prius esse faciendam, quam a Concilio fiat et provisio. 482
6. Ad Eugenium Papam; Quod pro unione Græcorum non detet Constantinopoli synodum celebrari. 487
7. Responsio legatis Eugenii, Quod posit Concilium concedere indulgentias plenarias pro unione Græcorum, &c. 488
8. Responsio synodalis ad invectivam (ut vocant) Eugenii Papæ. 494
9. Responsio synodalis facta oratoribus Imperii. 507
10. Responsio synodalis contra Concilium Ferrariense. 510
11. Responsio synodalis ad schedulam protestationis contra processum Papæ, per Oratorem ducis Mediolani. 519
12. Responsio synodalis ad schedulam oblatam per oratores principum, super

super mutatione loci concilii. 534
13. Responsio ad eosdem, de eadem mutatione loci. 535
14. Sententia contra sequentes Curiam Eugenii Papæ. 545
15. Responsio synodalis ad invectivam (ut vocant) Eugenii Papæ. 547
16. Epistola synodalis ad universos fideles, de obediendo Concilio generalibus, &c. 557
17. Responsio synodalis facta oratoribus Regis Romanorum ac Principum Electorum. 569
18. Epistola Regis Angliæ ad Eugenium Papam. 574
19. Epistola ad synodum Basileensem. 575
20. Sigismundi Cæsaris ad eamdem. 576

## APPENDIX

### CONCILII BASILEENSIS.

#### I. *Articuli varii.*

1. De modo procedendi in Concilio. 577
2. Instructiones deferendæ ambassiatorum. 584
3. Declaratio salvi conductus. 588
4. Reformationes de suppositis Concilii. *ibid.*
5. Articuli oblati, ex parte regni Bohemiæ. 589
6. Instrumentum factæ pacis inter regem Franciæ & ducem Burgundiæ, per legatos Concilii. 587
7. Tractatus Arethusensis inter eosdem. 590
8. Avisamenta Conventus Bituricensis, anni 1431. 598
9. Mandatum nunciorum Concilii existentium Norembergæ ad tractandum cum Bohemis. 603
10. Taxatio nonarum in Concilio facta & limitata. 605
11. Concessum Concilii pro suppositis ipsius, ut nemo præponatur illis in adeptione beneficiorum; præterea privilegii ab Eugenio Papa accepti. *ibid.*
12. Juramentum ambassiatorum Papæ. 606
13. Concordata deputatorum. 607
14. Prærogativæ graduatorum incorporatorum. 608
15. Responsio facta ambassiatoribus Imperatoris, super factis Bohemorum. 609
16. Sententia patriarchæ Aquilejensis. 611
17. Sententia diffinitiva in causa Trajectensis ecclesiæ. *ibid.*
18. Cassantur quæ fecit dominus Papa in præjudicium incorporatorum Concilii. 612

#### II. *Epistolæ Concilii secundum datas ordinatæ.*

19. Epistola Concilii ad Bohemos. *ibid.*
20. Salvus conductus Bohemis concessus. 614
21. Litera missa regi Franciæ, Calixto VII. 615
22. Ad consiliarios regis Franciæ. 616
23. Ad dominum de Tremoilia. 617
24. Ad archiepiscopum Remensem, cancellarium Franciæ. *ibid.*
25. Ad archiepiscopum Lugdunensem. 618
26. Ad regem Poloniæ, & alios. 619
27. Salvus conductus concessus ambassiatoribus Papæ. 620
28. Bulla Concilii ad Imperii electores. 621
29. Licentia exercendi officium procurationis causarum durante Concilio. 622
30. Exhortatoria presbyteri Lyrensis super sententia diffinitiva in curia Romana. 625
31. Constitutio sub latiori forma. 626
32. Bulla prærogativarum concessarum incorporatis Concilio. 633
33. Bulla indulgentiarum in venerationem martyrum sanctorum Corporis Christi. 632
34. Contra collectores Cameræ Apostolicæ. 635

#### III. *Ambassiatorum Concilii epistolæ.*

35. Epistola missa Bohemis per legatos Concilii. 637
36. Eorumdem ad eosdem. 639
37. Promissiones factæ Græcis per ambassiatores Concilii. 640
38. Promissio altera eorumdem. 641
39. Propositio ambassiatorum Concilii facta Græcis Constantinopoli. *ibid.* Proœmium decreti, quod non placuit Imperatori. 647
Articuli ambassiatorum Concilii. *ibid.*
Articuli Imperatoris CP. 648
Alii Articuli responsorum ambassiatorum Concilii. 649

#### IV. *Orationes aliquæ in Synodo Basileensi habitæ, &c.*

40. Collatio Joannis de Bachenstein facta coram Papa, Florentiæ. *ibid.*
41. Responsio Eugenii Papæ. 654
42. Responsiones factæ oratoribus Concilii. 655
43. Oratio Gerardi Landriani episcopi Laudensis, ad regem Angliæ & episcopos regni. 658
44. Oratio Andreæ de Perra, archiepiscopi Colossensis, ambassiatoris Papæ. 663
45. Oratio archiepiscopi Tarentini ad Basileenses pro Eugenio Papa. 676
46. Oratio præsidentis ad conversendum Bohemos. 686
47. Joannis Patriarchæ Antiocheni, de superioritate inter Concilium & Papam. 707

#### V. *Epistolæ Eugenii IV. Papæ ad synodum Basileensem, vel contra eam datæ.*

48. Bulla ad archiepiscopum Coloniensem. 726
49. Informatio missa ad Regem Romanorum. 728
50. Literæ Apostolicæ de potestate legati Papæ. 729
51. Bulla revocationis per commissionem factam Juliano Cardinali legato. 730
52. Litera revocationis Concilii, publicata Romæ, & alibi. 733
53. Ad Regem Romanorum super Concilii dissolutione. 736
54. Ad Concilium, præsentata per ambassiatores Electorum Imperii. 737
55. Ad Imperatorem, responsiva super factis concilii. 739
56. Bulla capitulorum initorum inter Papam, & regem Romanorum. 740
57. Bulla præsentata per Imp. deputatis Concilii. 742
58. Ad Basileenses, Spalatensem & Sacrum Romanum Consilium & civium. 744
59. Bulla præsidentium. *ibid.*
60. Ad Joanneum archiepiscopum Tarentinum, & alios. 745
61. Ad Julianum Cardinalem. 746
62. 63. Ad Concilium. *ibid.* & 747
64. Ad legatos suos Concilio præsidentes. 748
65. Bulla translationis Concilii Basileensis ad civitatem Ferrariensem. 749

#### VI. *Epistolæ Sigismundi Imp. ad Concilium vel pro Concilio.*

66. Ad Papam, supplicatio. *ibid.*
67. Ad eumdem, super facto concilii. 750
68. Ad Julianum Cardinalem, & alios. 751
69. Ad Papam, super facto eodem. 752
70. Avisamenta ad Papam, super eodem. 753
71. Instructio eunnium ex parte Cæsaris ad Papam. 757
72. Ad Basileenses, de concordia cum Papa. 759
73. Ad eosdem, de ordine sedendi in concilio. 760
74. Ad eosdem, de victoria Bohemorum adversus Taboritas. 761
75. Ad eosdem, de rebus Bohemorum. 762
76. Literæ, per quas promittit adhærere inconcusse Concilio. *ibid.*
77. Mandatum militum Papæ per Regem Romanorum. 764
78. Forma juramenti præstiti per ambassiatores Regis Romanorum. 765
79. 80. Epistolæ ad concilium. Petit causam ad se remitti, quæ fuerit ad concilium appellata; aliquot protestatur contra Concilium. 766. 768
81. Salvus conductus missus Concilio. 770
82. Epistola, qua promittit se confirmaturum certa capitula Concilii. 772

#### VII. *Epistolæ diversorum ad synodum.*

83. Philippi ducis Burgundiæ, super canonizatione Petri de Luxemburgo, *ibid.*
84. Ejusdem, de pace tractanda cum rege Franciæ. 773
85. Caroli regis Franciæ, de pace tractanda cum duce Burgundiæ. 775
86. Ambassiatorum Concilii in Bohemia existentium. 776
87. Archiepiscopi Lugdunensis. 777
88. Ambassiatorum Concilii in Bohemia existentium. 778
89. Ambassiatorum Concilii Norimbergæ existentium. 779
90. Imperatoris CP. Joannis Palæologi, 783
91. Erici regis Suetiæ, in favorem ordinis S. Brigittæ. 784
92. Petri Lundensis, & aliorum, de eodem ordine. 786
93. Norombergensium consulum & civium. 788
94. Joannis Palæologi Imp. CP. 789
95. Amedei ducis Sabaudiæ. *ibid.*
96. Philippi ducis Mediolanensis. 795
97. Joannis Palæologi Imp. CP. *ibid.*
98. Joseph Patriarchæ CP. 793
99. Constantini Palæologi, fratris Imp. CP. 794
100. Friderici junioris ducis Austriæ. 795
101. Alphonsi regis Arragonum. *ibid.*
102. Alberti ducis Austriæ. 797

#### VIII. *Epistolæ diversorum ad diversos de synodo Basileensi.*

103. Pragensium ad consules civitatis Egrensis. 798
104. Eorumdem ad nuncios synodi Norimbergæ existentes. 799
105. Eorumdem ad consules Norembergenses. 800
106. Anonymi ad episcopum Lausanensem. *ibid.*
107. Arnesti legati Imperatoris, ad ipsum. 803
108. Pilmensium ad Nicolaum Minoritam, de victoria Bohemorum. 804
109. Anonymi ad Cardinalem legatum, de eadem victoria. 805
110. Capitanei cujusdam de vitiis Taboritis. 806
111. Bohemorum ad Christi fideles, hæreticis. 807
112. Egrensium ad nuncios Concilii Norembergæ existentes. 809
113. Pragensium ad nuncios Concilii. 810
114. Capitanei cujusdam, de rebus Taboriticis. 811
115. Trajectensium ad suos commissarios. 812
116. 117. Capitanei cujusdam de rebus Tabo-

| | ANNO CHRISTI |
|---|---|
| Taboritis. | 813. 814. |
| 118. Trapezuntini Imp. ad Eugenium Papam. | 814 |
| 119. Commissio Imp. Græcorum facta ut ambassiatorum Concilii. | 815 |
| 120. Commissio Patriarcha CP. facta eidem. | 816 |
| 121. Legati Concilii ad legatum Pontificis. | ibid. |
| IX. *Orationes quatuor in Concilio Basileensi habitæ.* | |
| I. Joannis de Ragusio, Ordinis Prædicatorum, *De Communione sub utraque Specie.* | 817 |
| II. Ægidii Carlerii, decani Cameracensis, *De corrigendis peccatis publicis.* | 979 |
| III. Henrici Kalteisen, Ordinis Prædicatorum. *De libera prædicatione verbi Dei.* | 1079 |
| IV. Joannis de Polemar, Archidiaconi Barcinonensis, *de civili dominio Clericorum.* | 1107 |
| Notæ Binii in Concilium. | 1269 |
| APPENDIX NOVA | |
| CONCILII BASILIENSIS. | |
| 1. * Acta Concilii ad Præmonstratenses spectantia. | 1281 |
| 2. * Confirmatio privilegiorum Præmonstratensium. | ibid. |
| 2. * Guillelmi Bellicensis episcopi litteræ compulsoriæ in causa monasterii S. Joannis Ambianensis. | 1282 |
| 3. * Sententia Deputatorum Concilii in favorem ejusdem Monasterii. | 1286 |
| + Litteræ executoriales Concilii. | 1288 |
| 5. * Executio prædictarum litterarum. | 1290 |
| 6. * Litteræ executoriales Concilii. | 1301 |
| 7. * Innovatio donorum privilegiorum Ordinis Præmonstrat. | 1304 |
| 8. * Sententia in favorem monasterii Belli-Portus. | 1305 |
| II. * Oratio Gregorii Corrarii ad Sigismundum Imp. pro Concilio Basileensi. | 1308 |
| III. * Articuli a Nuncius Eugenii oblati regi Christianissimo. | 1321 |
| IV. * De Concilii Basileensis editione sententia Lucæ Holstenii. | 1323 |
| V. * Epistola Concilii Basileensis ad Clunicenses. | 1324 |
| ALTERA CONCILII BASILIENSIS APPENDIX. | |
| 1. Oratio Philippi Archiep. Tarentinensis. | 1325 |
| 2. Litteræ synodi Basil. ad Joannem abbatem Bonavallis. | 1330 |
| 3. Bulla Eugenii IV. | 1331 |
| 4. Litteræ regis Arragonum missæ in Concilio. | 1332 |
| 5. Responsiones factæ per regem Arragonum capitulis oblatis per oratorem synodi Basil. | 1335 |
| 6. Epistola Henrici Anglorum regis ad Concilium Basileense. | 1334 |
| 7. Ambrosii Camaldulensis generalis oratio habita in Concil. Basil. | 1335 |
| 8. Litteræ synodi Basileensis ad Joannem Ab. Bonavallis. | 1340 |
| 9. Exhortatio Card. Sabinensis Legati ad Concilium Basil. | 1345 |
| 10. Epistola Concilii ad Joannem Ep. Salzburgensem. | 1355 |
| 11. Oratio præambula responsionibus Deputatorum Concilii Basil. ad articulos Bohemorum per D. Abbatem Cisterciensem. | 1355 |
| *Bituricensis conventus.* | 1365 |
| * Amplior quam antea editus. | ibid. |
| * Abrogatio pragmaticæ sanctionis per Ludovicum XI. Franc. regem. | 1370 |
| *Aurelianensis conventus.* | 1371 |
| Synodicon Venetum. | ibid. |


* ** CON-



ANNO DOMINI 1415. — ANNO DOMINI 1415.

## * ** CONSTITUTIO

Venerabilis in Christo patris Henrici Chichley Cantuariensis archiepiscopi, pro festo S. Georgii martyris magis duplici tenendo, necnon de festis S. David, S. Ceddæ, & S. Vvenefredæ celebrandis,

Ex cod. MS. in registro principali domini archiepiscopi Cantuar. cognomento Chichley, vol. 2. fol. 4. b.

HENRICUS, &c. venerabili fratri nostro, &c. Londonensi episcopo, salutem & fraternam in domino caritatem. Ineffabilis & imperscrutabilis potentiæ dominus, cujus altitudo prudentiæ nullis inclusa limitibus, nullis terminis comprehensa, nesci cenfura judicii excelsa partitur & terrena gubernat; etsi cunctos ejus ministros magnificet, altis decoret honoribus, & celestis efficiat beatitudinis possessores; nonnullos tamen apud diversarum Christianismi regionum incolas, laudis, & præmiorum, uberiori retributione prosequitur, quos ipsarum regionum habitatoribus patronos & intercessores constituit, et ipsos merito collaudet, ingentior devotio populi sub tanto patrono & intercessoris præsidio, per Dei clementiam adiutae fabilita: Hujus itaque dilectionis ex clementissima & benignissima Dei salvatoris nostri misericordia procedentis considerationem, nationis Anglicanæ plebs fidelis, etsi Deum in Sanctis suis omnibus laudare ex debito teneatur, ipsum tamen ut orbis affatus, ipsaque gratiæ desuper concellæ, experientia rerum cunctarum interpres optima attestantur in suo martyre gloriosissimo beato Georgio, tamquam patrono & protectore dictæ nationis speciali, summis tenentur attollere voctibus, laudibus personare præcipuis, & specialibus honoribus venerari: Hujus namque, ut indubitanter credimus, interventu, nedum gentis Angligenæ armata militia contra incursus hostiles bellorum tempestatibus, sed & cleri populi militaris in sacra pacis otio, sub tanti patroni suffragio celebriter roboratur; Hinc est quod nos, qui Dei laudem in Sanctis suis quibus gloriosis exiliis, in nostra provincia cupimus amplari, regiis & regni incolarum ad hoc hortatibus excitati, constituimus nostrorum & cleri provinciæ dicti concilii, quinimo & nostri provincialis concilii robore ac decreto fulsulti, aut quorum patrum pium erga Sanctos Dei, devotionis affectum prosequentes, festum beati Georgii martyris prædicti, sub officio duplici, & ad modum majoris duplicis festi, tam per clerum, quam per populum nostræ Cantuariensis provinciæ, per universas ecclesias ejusdem, de expresso consensu confratrum nostrorum & cleri antedicti', volumus, statuimus, & præcipimus annis singulis perpetuis futuris temporibus solemniter celebrari; & in eo festo ab omni servili opere per omnes civitates & loca ipsius provinciæ, sicut & prout in festo natalis domini præcipimus feriatæ, quo magis in ipso festo plebs fidelis ad ecclesias conveniant, Deum laudent, & ipsius sancti & omnium beatorum patrocinia devotius implorent, & pro regis & regni salute ferventius instent & exorent.

Ad hæc dicti provincialis concilii auctoritate decernimus, & etiam statuimus per præsentes, A quod festa Sanctorum David & Ceddæ episcoporum, & Wenefredæ virginis, de cætero per totam provinciam nostram antediictam, suis temporibus, videlicet, Sancti David primo, sanctæ Ceddæ secundo mensis Martii diebus; Wenefredæ autem tertio die Novembris, cum regimine chori & novem lectionum, perpetuis futuris temporibus etiam celebentur. Vobis venerabili confratri nostro, tenore præsentium mandantes, & firmiter injungentes, quatinus festa prædicta singulis annis de cætero, se ut præfertur, solemniter celebretis, & per vestras civitatem & diœcesim faciatis, tam per clericos quam per laicos modo præmisso solemniter celebrari. Volumus etiam & mandamus, quatinus vobis, confratribus, & coepiscopis nostris ecclesiæ nostræ Cantuariensis, suffragantis omnibus, singulis, per litteras vestras, auctoritate nostra, ac dicti concilii injungatis, & mandetis, quibus & nos modo commisit injungimus & mandamus, quod ipsorum singulis eadem festa sic, ut præmittitur, singulis annis solemniter celebrent, & per suas civitates & diœceses modo præmisso faciant perpetuis temporibus futuris, a clero & populo solemniter celebrari. Et quid feceritis in præmissis, ac quomodo, & sub qua forma præsens nostrum mandatum executi fueritis, nos citra festum Purificationis beatæ Mariæ virginis proximo futurum, distincte certifacetis per litteras vestras harum serium habentes sigillo vestro confignatas. Mandantes etiam singulis confratribus nostris prædictis, quod & ipsi singulitim quatinus præient mandatum nostrum ipsorum civitates & diœceses concerait, nos citra festum Paschæ proximo futurum, per litteras suas modo confimili certifiçare non omittant, sub pena quæ incumbit tam vobis quam ipsis si contra hactum fuerit canonice infligenda. Datæ in manerio nostro de Otteford quarto die mensis Januarii anno domini MCCCCV. & nostræ translationis anno secundo.

Ex cod. MS. in registro principali domini archiepiscopi Cantuar. cognomento Chichley, vol. 2. fol. 4. b.

## * ** Constitutio venerabilis in Christo patris domini Henrici Chichley, Cantuariensis archiepiscopi, super approbatione testamentorum.

HENRICUS, &c. venerabili fratri nostro R. Dei gratia Londonensi episcopo salutem, &c. Quia nos in convocatione hiatus in ecclesia sancti Pauli London celebrata, attentis & consideratis clamoribus populorum & vulgi regni Angliæ, contra ordinatios & viros ecclesiasticos, jurisdictionem ecclesiasticam exercentes, & præfectum de & super indicatis commissione administrationis bonorum, relato vel ab intestato decedentium, nimiaque & excessiva perceptione pecuniarum pro insinuationibus testamentorum hujusmodi; nec non auditione com-

A poti,

ANNO DOMINI 1416.

a Hoc est, videlicet. H.

poti, finalique dimissione executorum deputatorum in eisdem; de vestro, & aliorum confratrum nostrorum assensu, ad sedandum clamores prædictos remedium sub forma quæ sequitur duximus apponendum; a viz. quod unusquisque ad quem in quibuscumque locis nostræ Cantuariensis provinciæ, jurisdictio in hac parte dignoscitur pertinere, statim post mortem cujusque defuncti, quamcito commode poterit, bona ejusdem faciat sequestrari, ac sub fideli custodia fideliter conservari, expensis funeralibus dumtaxat exceptis, donec testamentum si quod fecerit exhibeatur, ac per testes idoneos, aut aliis legitimis documentis sufficienter probetur, ita quod non statim committatur administratio, sed injungatur executoribus in eodem testamento nominatis, super quo primitus ad sacra Dei evangelia corporale præstent juramentum, quatinus infra brevem terminum ordinariorum seu alias jurisdictionem hujusmodi obtinentium arbitrio, juxta facti qualitatem moderandum, de omnibus bonis defuncti, de quibus testare potuit fidele & clare faciat inventarium; quo exhibito, & per diligens examen reperto idoneo, tunc & non ante committatur eisdem executoribus administratio omnium bonorum in eodem inventario contentorum, injuncto eisdem sub pœna excommunicationis majoris, ne de aliis bonis quam in dicto inventario contentis se administranda quomodolibet intromittant, quousque de illis noviter receptis inventarium fecerint, exhibuerint, & administrationem receperint de eisdem; quodque iidem executores onerentur, ac ad sancta Dei evangelia jurent, & si opus fuerit sufficienter caveant, quod quam cito commode poterunt, & præsertim infra annum si possibile fuerit, omnia bona quorum administratio eisdem commissa est in fideles & pios usus secundum voluntatem ejusdem defuncti, plenarie administrabunt, ac de administratione hujusmodi incontinenti, post ipsam administrationem completam, seu saltem cum ad hoc moniti fuerint, distincte, particulariter, & aperte, ipsis ad quos pertinet, fidelem & plenam reddent rationem, nihil de bonis antedictis tacite vel aperte, præter id quod eisdem per ipsos ordinarios allocatum, seu in testamento rite & legitime relictum titulo emptionis, aut aliter sibi quomodolibet retinendo; quodque ordinarii & jurisdictionem hujusmodi exercentes, in redditione hujusmodi compoti, & circa illud sic se & ministros suos diligenter habere curent, ut absque dolo & fraude, bona defunctorum fideliter & plenarie, prout eorum animarum saluti magis conveniens fuerit, sine dilatione qualibet, quatenus possibile fuerit, disponantur; ac pro insinuatione insuper testamentorum hujusmodi, nec non calculi sive ratiocinii auditione sive dimissione finali executorum eorumdem, ultra quinque solidos nullatenus exigentes, aut quomodolibet recipientes, usque ad unum annum a data præsentium continue numerandum: Bona quoque intestatorum in suo casu pro animabus ipsorum defunctorum, cum celeritate possibili disponi faciant, prout per jura communia, constitutionesque provinciales, in ea parte est plenius ordinatum. Vobis igitur in virtute obedientiæ, & sicut periculum quod in hac parte incumbit evitare volueritis firmiter injungendo mandamus, quatinus ordinationem hujusmodi secundum omnem vim, formam, & effectum ejusdem, per vestras civitatem & diœcesin debite publicari facientes, illam in omnibus & per omnia observetis, & per alios ut mandatur observari faciatis: Intimantes insuper omnibus & singulis suffraganeis nostris, quod & ipsi omnes & singuli eandem per suas civitates & diœceses modo præmisso publicari facientes illam inviolabiliter observent, & faciant per ipsorum subditos firmiter observari. Et quid feceritis in præmissis nos citra festum sancti Petri ad vincula proximo futurum debite certificetis, per litteras vestras patentes, harum seriem continentes, sigillo vestro consignatas. Datæ in hospitio nostro London primo die mensis Julii, anno domini MCCCCXVI. & nostræ Translationis anno tertio.

## ** ORDINATIO SUPER INSINUATIONIBUS Testamentorum.

Ex cod. MS. in Registro principali archiepisc. Cant. (nuncupato Chichley vol. 2.) 346. b. a Eadem cum superiori, paucis vocibus exceptis.

RICHARDUS permissione divina Londonensis episcopus, venerabili viro Custodi episcopatus Cicestrensis, sede ibidem vacante, salutem in omnium salvatore. Litteras reverendissimi in Christo patris & domini, domini Henrici Dei gratia Cantuariensis archiepiscopi, totius Angliæ primatis, & apostolicæ sedis legati, sexto die præsentis mensis Julii recepimus in hæc verba.

Henricus permissione divina " Cantuariensis archiepiscopus, totius Angliæ primas, & apostolicæ sedis legatus, venerabili fratri nostro domino Richardo Dei gratia episcopo Londonensi salutem, & fraternæ dilectionis continuum incrementum. Quia nos in convocatione nostra ultima, in ecclesia sancti Pauli London celebrata, attentis & consideratis clamoribus popularium & vulgi regni Angliæ, contra ordinarios & viros ecclesiasticos jurisdictionem ecclesiasticam exercentes, & præsertim de & super indiscreta commissione administrationis bonorum testato vel ab intestato decedentium, nimiaque & excessiva perceptione pro insinuationibus testamentorum hujusmodi; nec non auditione compoti, finalique dimissione executorum deputatorum in eisdem, de vestro, & aliorum confratrum nostrorum assensu, ad sedandum clamores prædictos remedium sub forma quæ sequitur duximus apponendum; viz. quod unusquisque ad quem, in quibuscunque locis nostræ Cantuariensis provinciæ, jurisdictio in hac parte dignoscitur pertinere, statim post mortem cujusque defuncti, quam cito commode poterit, bona ejusdem faciat sequestrari, ac sub fideli custodia fideliter conservari, moderatis expensis funeralibus duntaxat exceptis, donec testamentum, si quod fecerit, exhibeatur, ac per testos idoneos, aut aliis legitimis documentis sufficienter probetur, ita quod non statim committatur administratio, sed injungatur executoribus in eodem testamento nominatis, super quo primitus ad sacra Dei evan-





ANNO DOMINI 1416.

gelia corporale præstent juramentum, quatinus infra brevem terminum, ordinariorum, seu alias jurisdictionem hujusmodi obtinentium arbitrio, juxta facti qualitatem moderandum, de omnibus bonis defuncti, de quibus testari potuit, fidele & clarum facient inventarium; quo exhibito, & per diligens examen reperto idoneo, tunc & non ante committatur eisdem executoribus administratio omnium bonorum in eodem inventario contentorum, injuncto eisdem sub pœna excommunicationis majoris, ne de aliis bonis, quam in ipso inventario contentis, se administrando quomodolibet intromittant, quousque de illis noviter repertis inventarium fecerint, exhibuerint, & administrationem receperint de eisdem; quodque iidem executores onerentur, ac ad sancta Dei evangelia jurent, & si opus fuerit sufficienter caveant, quod quamcito commode poterunt, & præsertim infra annum si possibile fuerit, omnia bona quorum administratio eisdem commissa est, in fideles & pios usus secundum voluntatem defuncti plenarie administrabunt, ac de hujusmodi administratione incontinenti, post ipsam administrationem completam, seu saltem cum ad hoc moniti fuerint, distincte, particulariter, & aperte, ipsis ad quos pertinet, fidelem, & plenam reddent rationem, nihil de bonis antedictis tacite vel aperte, præter id quod eisdem per ipsos ordinarios fuerit allocatum, seu in testamento rite & recte relictum, titulo emptionis, aut aliter sibi quomodolibet retinendo: quodque ordinarii & alii jurisdictionem hujusmodi exercentes, in redditione hujusmodi compoti, & circa illud sic se & ministros suos diligenter habere curent, ut absque dolo & fraude, bona defunctorum fideliter & plenarie, prout eorundem animarum saluti magis conveniens fuerit, sine dilatione qualibet, quatinus possibile fuerit, disponantur. Pro insinuatione insuper testamentorum hujusmodi, nec non calculi sive ratiocinii auditione, sive dimissione finali executorum eorundem, ultra quinque solidos nullatenus exigant aut quomodocumque recipiant usque ad unum annum a data præsentium continue numerandum; bona quoque intestatorum in suo casu pro animabus ipsorum defunctorum cum celeritate possibili disponi faciant, prout per jura communia, constitutionesque provinciales in ea parte plenius ordinatum. Vobis igitur in virtute obedientiæ, & sicut periculum, si quod in ea parte incumbit, evitare volueritis, firmiter injungendo mandamus, quatinus ordinationem hujusmodi, secundum omnem vim, formam, & effectum ejusdem, per vestras civitatem & diœcesim debite publicari facientes, illam in omnibus & per omnia observetis, & per alios ut mandatur observari faciatis. Intimantes insuper omnibus & singulis suffraganeis nostris, quod & ipsi omnes & singuli eandem per suas civitates & diœceses modo præmisso publicari facientes illam inviolabiliter observent, & faciant per ipsorum subditos firmiter observari. Et quid feceritis in præmissis, nos citra festum sancti Petri ad vincula proximo futurum debite certificetis per literas vestras patentes harum seriem continentes sigillo vestro consignatas. Datæ in hospitio nostro London primo die mensis Julii, anno domini MCCCCXVI. & nostræ translationis anno tertio.

Quarum auctoritate literarum vobis harum serie intimamus, & etiam injungendo mandamus, quatinus ordinationem supradictam secundum omnem vim, formam, & effectum ejusdem, per civitatem & diœcesin Cicestrensem publicari debite facientes, illam inviolabiliter observetis, & per subditos vestros faciatis firmiter observari. Datæ sub sigillo nostro in palatio nostro London nono die dicti mensis Julii anno domini supradicto, & nostræ translationis anno nono.

### "** *Statutum Henrici Chichley Cantuar. archiepiscopi contra Hæreticos, editum primo Julii,* AN. DOM. MCCCCXVI.

AN. DOM. 1416.

Ex cod. MS. in registro principali archiepisc. Cant. (nuncupato Chichley vol. 2.) f. 5. a.

HENRICUS, &c. venerabili fratri nostro R. Dei gratia Londonensi episcopo salutem, &c. Nuper in convocatione nostra ultima in ecclesia sancti Pauli London celebrata, de vestro, & aliorum confratrum nostrorum ac cleri nostræ provinciæ assensu, constitutionem infrascriptam nos meminimus edidisse. Cum inter cæteras nostras solicitudines illa debet esse præcipua, ut hæreticos, qui tanquam vulpeculæ in vinea domini latitant, capiamus, ut negligentiæ pulvis de nostris & fratrum nostrorum pedibus penitus excutiatur, in hac prælatorum & clerici convocatione statuimus, ut singuli confratres nostri suffraganei, singulique archidiaconi nostræ Cantuariensis provinciæ, per se aut suos officiales sive commissarios in singulis suis jurisdictionibus, in quolibet decanatu rurali ad minus bis in anno de personis de hæresi suspectis diligenter inquirant, ac in singulis decanatibus hujusmodi, singulisque parochiis in quibus fama est hæreticos habitare, tres vel plures boni testimonii viros, ad sacra Dei evangelia jurare faciant, ut si quos hæreticos sive occulta conventicula celebrantes, aut a communi conversatione fidelium vita & moribus discrepantes, hæresesve aut errores tenentes, sive libros suspectos in lingua vulgari Anglicana conscriptos habentes, aut personas de hæresibus sive erroribus suspectas receptantes, eisdemve faventes, aut infra loca hujusmodi habitare, conversari, sive ad eadem recursum habere sciverint, ipsas personas cum singulis circumstantiis de quibus habentur suspectæ, eisdem nostris suffraganeis archidiaconisve aut eorundem commissariis, quamcito commode poterint in scriptis denuncient & revelent, ipsique archidiaconi singulique commissarii supradicti, nomina hujusmodi personarum denunciata, una cum singulis circumstantiis eorundem diœcesiorum locorum sub suis sigillis secrete transmittant, ipsi quoque diœcesani processus legitimos contra eos faciant cum effectu, ac prout rei qualitas exigit effectualiter decernant, definiant atque exequantur: Et si quas personas convictas forsan curiæ sæculari non relinquant, ipsas ad carceres perpetuos sive temporales prout rei qualitas exegerit ad minus usque ad proximam prælatorum & cleri Cantuariensis provinciæ convocationem duraturam realiter committant, & in eisdem secundum juris exigentiam servari faciant, ac de omnibus & singulis supradictis quo videlicet inquisierunt, repererunt, ac in processibus se habuerunt, personas hujusmodi convictas custodiri fecerunt, diligentiis aut negligentiis archidiaconorum sive commissariorum prædictorum aliisque omnibus & singulis circumstantiis præmissis quomodolibet concernentibus, ac præsertim de abjurationibus si quos interim hæreses abjurare contingat, in proxima prælatorum

ANNO DOMINI 1416.

& cleri convocatione, sub forma publica distincte & aperte, nos & successores nostros certificare curent, & eosdem processus officiali curiæ Cantuariensis effectualiter liberent, penes eundem seu in registro curiæ nostræ Cantuariensis remansuros; sic videlicet, quod quilibet cujus interest pro executione ulteriori eorundem processuum, ad eundem officialem recursum habere poterit cum effectu. Vobis igitur mandamus, quatinus constitutionem antedictam per civitatem & diœcesin vestram, locis & temporibus ad hoc aptis publicari facientes eandem in omnibus & per omnia observetis, ac per alios sic observari faciatis: Mandantes insuper omnibus & singulis confratribus & suffraganeis nostris, quod & ipsi eandem similiter per suas civitates & diœceses publicari faciant & observent, & per alios etiam observari faciant cum effectu. Et quid feceritis in præmissis nos citra festum sancti Petri ad vincula proximo futurum, debite certificetis per literas vestras patentes harum seriem continentes, sigillo vestro consignatas. Datæ in hospitio nostro London primo die Julii anno domini MCCCCXVI. & nostræ translationis anno tertio.

AN. DOM. 1416.

*" Statutum venerabilis in Christo patris, domini Henrici Chichley Cantuar. archiepiscopi, pro festo S. Joannis Beverlaci celebrando.*

Ex cod. MS in registro principali archiepisc. Cantuar. (nuncupato Chichley, vol. 1.) f. 8. b.

HENRICUS permissione divina Cantuariensis archiepiscopus, &c. Dilecto in Christo filio venerabilis fratris nostri domini Richardi Dei gratia Londonensis episcopi in remotis agentis Vicario in spiritualibus generali salutem gratiam & benedictionem. Anglicanæ ecclesiæ; cujus laudes & præconia in Dei & sanctorum suorum devota veneratione præ ceteratam regionum & provinciarum ecclesiis orbis attollit universus, sacra promeretur auctoritas, ut ipsorum laudibus eadem ecclesia magis exuberet, jocundaque devotione gaudentius exultet, quorum patrocinio & miraculorum gratia se reflorere lætatur: ac quorum piis intercessionibus ne dum ipsius ecclesiæ, sed & totius regni res publicæ, cum pacis & quietis interiori dulcedine, hostiumque ipsam exterius impugnantium optata victoria, per justos rectores strenue defensatur: hujus siquidem opitulaminis gratiam, etsi Deus eidem ecclesiæ suæ, ipsiusque regni Angliæ incolis per diversorum sanctorum merita, quibus undique gloriosa refulget, sæpius ostendere decreverit, ipsos tamen novissimis hiis diebus almifici confessoris & pontificis sui beatissimi Joannis de Beverlaco, ut veraciter confidimus, suffragio speciali ecclesiam prædictam, una cum præfatis regni proceribus, incolis, & membris universis, miraculosius dignatus est, & evidenter specialius consolari. O nempe consolatio ineffabilis nostris præsertim temporibus, omnique ævo jocunda, ac semper memoriæ revocanda Christianissimi videlicet principis Henrici regis Angliæ quinti & sui exercitus in bello de Agincourt nuper in partibus Picardiæ commisso, gratiosa victoria; quæ in Festo translationis dicti sancti, ad laudem divini nominis & Regni Angliæ honorem, ex immensa Dei misericordia Anglicis est concessa: In quo siquidem translationis festo, dum inter nostrates & Gallicos, conflictus, de quo præmittitur, haberetur, sicut ad nostrum & confratrum nostrorum auditum in ultima convocatione nostra quamplurium, & præsertim incolarum dictæ patriæ deduxerat vera fama de ipsius tumba sacrum stillantibus guttis ad modum sudoris emanavit oleum divinæ miserationis erga plebem suam " non dubium præfati sanctissimi viri meritis ostensionem. Volentes igitur in nostra provincia divini cultus augmentum, & specialiter ad tanti patroni celebriorem laudis extollentiam, dilatare, de fratrum nostrorum & clerici in eadem convocatione præsentium voluntatibus, consilio, & assensu, & nihilominus ad dicti Christianissimi principis nostri instantiam specialem, memorati confessoris sanctissimi memoriam, ubique per nostram provinciam prædictam votivis & devotis affectibus duximus exaltandam: Statuentes, & de prædictorum fratrum nostrorum ac cleri consilio & assensu, pro futuris temporibus ordinantes, quod festum depositionis dicti sancti, quod septimo die Maii, videlicet in crastino sancti Joannis ante portam Latinam, contingere dignoscitur, ad modum festi unius confessoris & Pontificis paschalis temporis cum regimine chori, secundum usum " Sarum ecclesiæ, per provinciam nostram prædictam futuris temporibus perpetuo celebretur. Cæterum quia in festo translationis ejusdem, quod vicesimo quinto die mensis Octobris etiam contingit annuatim, de Sanctis Crispino & Crispiniano, secundum usum Sarum ecclesiæ consuevit, quasi [illegible] ecclesias provinciæ nostræ prædictæ celebrari, & servitium fieri ab antiquo: ne unius festi introductio alterius diminutio existat, sed magis sub una celebritatis lætitia dicti martyres, quorum etiam die & meritis tantæ visitationis gratia gentem Anglicanam dominus ex alto prospicere decreverat, una cum præfato confessore almifico pariter honorentur, de fratrum nostrorum & cleri prædictorum consensu unanimi, statuimus, decernimus, & ordinamus, quod de cætero singulis annis dictus dies vicesimus quintus mensis Octobris, ob tam notabilis rei memoriam ubique per provinciam nostram prædictam, cum novem lectionibus celebris habeatur; quarum tres primæ erunt de proprietate sanctorum Crispini & Crispiniani, tres mediæ de translatione sancti Joannis prædicti, & tres ultimæ de expositione evangelii plurimorum martyrum, cum servitio secundum usum Sarum in talibus fieri consueto. Volumus ergo & vobis firmiter injungendo mandamus, quatinus statutum & ordinationem nostra prædicta per civitatem & diœcesin Londonensem debite publicantes festa prædicta faciatis annuatim de cætero celebrari: Mandantes omnibus & singulis confratribus & suffraganeis nostris, quibus & nos tenore præsentium sic mandamus, quod & ipsi eadem festa modo præmisso celebrent, & per suas civitates & diœceses de cætero etiam consimiliter faciant celebrari: & quid feceritis in præmissis, nos citra festum Purificationis beatæ Mariæ virginis proximo futurum certificare curetis per literas vestras patentes harum tenorem habentes, sigillo officii vestri consignatas. Datæ in manerio nostro de *Otteford*. sub sigillo nostro ad causas XVII. die mensis Decembris, anno domini MCCCCXVI. & nostræ translationis anno tertio.

ANNO DOMINI 1416.

" f. ad indubium, v. monstrum.

" festum



ANNO DOMINI 1417.

*Ordinatio venerabilis in Christo patris domini Henrici Chichley Cantuar. archiepisc. pro promotione graduatorum in Academiis Oxon. & Cantabr. facta in convocatione cleri in eccl. Cath. sancti Pauli London. incœpta* VI. *die mensis Novembris anno domini* MCCCCXVII.

Ex cod. MS. in registro principali archiep. Cant. (nuncupato Chichley vol. 1.) f. 13. b.

HENRICUS, &c. gravi etiam & frequenti querela multorum filiorum nostrorum in universitate Oxonii ac Cantabriggiæ nostræ Cantuariensis provinciæ studentium, ac queruloso clamore nuper ad nos delato percepimus; nec non experimenta præsentium temporum manifeste declarant, quomodo universitates hujusmodi almæ matres pariter & matrices quorumcumque studentium in eisdem, jam a multis retro temporibus plurimo succubuerant desolationis opprobrio, ac vix fuit qui alicujus ecclesiasticæ promotionis opportuno remedio consolaretur easdem ex omnibus caris suis. Proinde igitur attendentes apostoli attestante doctrina laborantem agricolam de fructibus oportere percipere, ne terræ deficiente cultura sterilitatis immensæ jactura proveniat, ac universitates jam dictæ spe firma concepta de futura promotione condigna juxta filiorum suorum exigentiam meritorum gentem multiplicent magnificatione lætitiæ, ac multiplici fœtu scholasticæ disciplinæ pinguescant; & ne continuata vigilia graduatorum ac graduandorum imposterum in eisdem in desperationem aliquam promotionis jam dictæ labatur, & disciplinæ religio naufragetur; dignumque, justum, ac etiam salutare merito reputantes, ut dignis digna rependentes valeamus ac potioribus attollamus beneficiorum insigniis, quos digniores agnoscimus & labor commendat ingentior meritorum, de nostrorum fratrum ac cleri provinciæ nostræ Cantuariensis prædictæ consilio & assensu, ad Dei laudem, gloriam, & honorem, sanctissimæque virginis matris suæ Mariæ, ac omnium supernorum civium ordinamus, & præsentium tenore per decennium duraturum statuimus; quod promoveantur doctores sacræ theologiæ, decretorum, legum, & in medicinis licentiati in eisdem facultatibus, bacallariique in sacra theologia, qui formam opponendo & legendo debite compleverunt, ac magistri in artibus, qui in universitate in qua inceperint per unum annum integrum a tempore inceptionis suæ continue numerandum debite rexerunt in eisdem; ac etiam bacallarii in decretis, qui unum librum decretalium pro forma in scholis publice & non cursarie: bacallarii vero in jure civili, qui libellum institutionum etiam pro forma sua, ut præmittitur, perlegerint debite & complete: proviso semper, quod personæ prædictæ gradus supradictos per gratias de cætero non attingant, exceptis personis infrascriptis, videlicet religiosis viris, qui quodam obstante statuto universitatem prædictam in artibus regere non valebunt, atque scholaribus juris canonici, qui absque verbo complete de audiendo lecturam decretalium, & triennio in jure civili qui in ipso studere non possunt, cum quibus universitates Oxonii & Cantabriggiæ supradictæ super impedimentis usque ad decennium dispensabunt. Quodque doctores in falcultatibus antedictis promoveantur ad beneficia curata, ad verum valorem annuum secundum communem æstimationem sexaginta marcarum vel supra; ad beneficia non curata quadraginta marcarum vel supra. Licentiati vero in facultatibus prædictis, ac bacallarii in theologia superius limitati, ad beneficia curata quinquaginta marcarum; non curata triginta marcarum vel supra. Ac magistri & bacallarii prædicti ad beneficia curata quadraginta marcarum; non curata viginti marcarum vel supra, nisi graduati prædicti de beneficiis minoribus voluerint contentari.

Et volumus ac etiam ordinamus, quod omnes & singuli spirituales patroni infra nostram provinciam Cantuariensem constituti, & quilibet eorumdem ad quorum collationem, præsentationem, nominationem, seu quamvis aliam dispositionem, beneficia hujusmodi occasione patronatus ecclesiastici pertineant, sive infra dictam provinciam nostram sive extra, primum beneficium hujusmodi in proximum vacaturum alicui de personis prædictis quam duxerint eligendis conferre aut ad hujusmodi beneficium aliquam personam de superius expressatis, ut præmittitur, præsentare, sive nominare, usque ad tempus prædicti decennii de cætero teneantur. Et deinde expedita & executa hujusmodi primæva vacatione patroni prædicti in qualibet tertia vacatura consimiliter teneantur personis antedictis providere de beneficiis superius expressatis.

Statuimus insuper ac etiam ordinamus, quod si quibusvis supradictis beneficia prænominati valoris offerantur, & ipsa beneficia infra tres dies continuos a tempore oblationis eorumdem admittere recusaverint, ipsæ personæ ab omni beneficio hujus ordinationis eo ipso de cætero sint exclusæ, & bene liceat patronis eorumdem, & teneantur aliis personis superius nominatis providere; & sic usque ad tertiam personam: Et si ipsa tertia persona beneficium hujusmodi recusaverit, infra tempus prædictum, bene liceat eisdem patronis de ipso beneficio disponere, pro suæ libito voluntatis ordinatione prædicta non obstante; salva ordinatione prædicta, quo ad alia beneficia postea vacatura; salvo etiam eo, quod patroni de fundatione regia existentes, qui ratione vacationum dignitatum, loci, monasteriorum suorum diversis clericis domini nostri regis in certis pensionibus annuis sunt adstricti, quousque ipsi aliqua beneficia competentia eisdem clericis obtulerint, & ipsa acceptaverint, seu ipsa recusaverint ordinatione præsenti non arctentur.

Et in eventu quo pensionarii hujusmodi beneficia sic eis oblata admittere recusaverint, quod ipsi patroni de beneficiis hujusmodi personis prædictis in forma supradicta providere teneantur: quodque patroni supradicti beneficia quæcumque quibusvis personis offerre minime teneantur, nec de eisdem providere illis personis graduatis quæ ad summam prædictam jam promotæ sunt, vel in futurum tempore vacationis beneficiorum hujusmodi contigerit promoveri; & quod omnes & singuli graduati prædicti antequam ad beneficia hujusmodi promoveantur, litteras testimoniales sub sigillo universitatis, in qua gradus suos adepti fuerunt, patronis, & ordinariis locorum, de gradibus & lecturis suis exhibeant realiter & ostendant.

Ac insuper statuimus & ordinamus, ut ordinatio prædicta executioni debitæ demandetur, ac de nominibus promotorum publice constare poterit, quod omnes & singuli ad quos institutiones beneficiorum pertinere debeant,

ANNO DOMINI 1417.

ANNO DOMINI 1415.

beant, & nominibus & cognominibus promotorum hujusmodi ac beneficiorum ad quæ promoti fuerint, necnon de valore eorumdem de convocatione in convocationem quamque pro supradicto dominum archiepiscopum Cantuariensem diffinite certificent & aperte: provisa, quod si per eosdem apostolicum contra quam mallemus attentatum intendimus aliàs pro promotione dictorum graduatorum infra tempus prædictum provisiones generales dudum confirmatæ fieri contingat, quod extunc omnino esset ordinatio antedicta, nec per eam arcbentur, aut quomodolibet obligentur collatores aut patroni supradicti. Post quam quidem ordinationem sic factam, incontinenti offensa erat in publico quædam supplicatio in scriptis R redacta, ex parte duarum facultatum, theologiæ scilicet & juris canonici concepta remedium & emendationem expoliant gravamina prædictorum: super quo supplicatione, habita in conciliorum deliberatione matura, tandem placuit toti concilio, quod hujusmodi supplicatio, una cum copia ordinationis prædictæ transmittetur ad universitates prædictas, ad illum finem, quod si magistri regentes & non regentes, ac illi quorum in hac parte interest eandem supplicationem admitterent, & eiden consentirent, & super eadem fuo hujusmodi litteris sub sigillis dictarum universitatum communibus præfato reverendissimo patri archiepiscopo, cum fectum purificationis beatæ Mariæ proximæ futurum, transmitterent, tunc primo & non ante ligaret ordinatio prænotata; & tunc etiam primo & non aliter deberet eidem ordinatio per eundem reverendissimum patrem, ut moris est, per provinciam fuam Cantuariensem tamquam constitutio generalis, auctoritate & assensu unanimi totius provincialis concilii legitime facta & approbata publice promulgari.

ANNO CHRISTI 1415. Ex Bullario tom. 2. Febr. p. 640.

# CONCILIUM NOVOGRADENSE

In Lituania, in quo Phociey Metropolita Kiioviensium depositus est.

Circa annum Christi 1407. Phociey quidam, C natione Græcus, ab in ipsum Kiioviensem Ecclesiæ Metropolitam: sed quod omnia Romæ conveniunt Græcorum schisma in Russiam introducere, in Concilio Metropolitanorum Novogrodeci in Lituania, justu Alexandri Vitoudi pro Regis Jagellonis Lituaniæ absentia anno 1415. habito, ab C episcopatu depositus est, substitutque in ejus locum Gregorius Cemivvlacus Bulgarus, vir eruditionis optimæ commendatus, qui concilio generali Constantiensi interfuit. *Helfenius Bullandus tom. 2. Februarii pag. 640. num. 5. ex Alberto Vojnak Kiolovicio de Miscellaneis Lituania. tis. de schismate Græco-Russo.*

* EPISTOLA REGI CAROLO VI. Directa per Prælatos ecclesiæ Gallicanæ Biturics existentes in mense Septembri, anno domini 1415. ad obtinendam exemptionem & libertatem subsidii quadraginta solidorum supra qualibet, ut vulgo vocant, causa vini de novo impositi.

*Christianissimo Francorum regi domino nostro supremo.*

CHRISTIANISSIMÉ ac excellentissime princeps, supreme domine noster, divinæ legis novi & veteris testamenti, sacrorumque jurium auctoritate colligimus, patrum & prædecessorum nostrorum exemplis salutaribus provocamur, ut libertatis ecclesiasticæ materiam, quam & injuriis nobis minitferit juramentis, ac dafva confederatis, & absque gravissimis censuraram periculis prætermittere non possimus, verbo, scriptis & nuntiis apud vestram regiam majestatem perfequamur, pro qua glorioforum martyrii sanctorum patronis legimus subisse triumphum, qui se mortum fremitte pro domo domini opponentes plus formidarunt æternam pœnam temporalem offendere principatum. Sed Deo, cui obiecrandi nobis datur occasio, quod experientia manifeste cognoscimus vestram celsitudinem majoribus quam nunc opprimi ærumnis, necessitatibus degentem, nullatenus voluisse ut in libertate ecclesiæ quidquam attentaretur scandalosum, vestrorum Christianissimorum progenitorum vestigiis inhærendo, qui quo quæcunque adversitas incestitate captivitatis regiæ personæ tributarium facere ecclesiam minime voluerunt. De quibus refert Gregorius in registro, quod propter defensionem libertatis ecclesiæ amplificatum est terris regnum, consessa divinitus victoria triumphalis, & ab omni clade cœlitus præservatio reprovisa. Nos admiramur igitur atque speramus, quatenus Christianissime, quod qui conqui di vobis, & gloriosissimis progenitoribus vestris opus bonum ecclesiæ procedionis Deus omnipotens, in cujus manu cor regis est, perficiet, & ab hoc tanto vos non permittet propositio declinare; nec ab vestra regali memoris excidere illam sanctissimam & honestam professionem vestro solemni in regalis diadematis & sanctissimæ unctionis susceptione juramento firmatam, in ingressu Parisiensis ecclesiæ roboratam, qua libertatem ecclesiasticam, & ecclesiasticorum privilegia promissis perpetuis temporibus observare, propositis precibus sanctam & sinceram devotionem vestram ad Deum & sanctam ecclesiam, quæ inter accessimus quas regnum patitur molestias, singulare quoddam nobis solatium ministrat & jovamen, sincerisque exorare precibus, & pauos de multitudine auctoritatem scripturæ latæ & jurium ad vestræ clementiæ memoriam revocare, & quæ ante oculos majestatis vestræ, non nos ipsos sed a tergo patres nostros: Inter quos Jeremias deplorat ecclesiam fieri sub tributo, rimo & ipsam ecclesiam ad vestra, ut ita dicam, genua provolutam instituere deprecantem abundat jura, & sacratum testimonia scripturarum allegare volentibus, sed quia devotissimum & docilissimum alloqui pauca hic brevi compendio sufficiant.

In primis ergo ab æterna & divina lege, per quam reges regnant, & ex qua inviolabili fundatione ecclesiæ privilegia primitus sunt concessa, fumentes exordium, id duximus commemorandum, quod in Genesi scribitur de Pharaone, Joseph subjecta omnibus sacerdotes & possessiones eorum in libertate dimisit, & B de publico alimoniam ministravit, extone, ut dicunt, gloriosio domino pronuntiante sacerdotes in omni possessione liberos esse debere. Quod & nex Cyrus secutus, ut legitur in Esdra, vobis sacerdotes pro templi ædificatione tributis non oneravit, ne de regnum & ejus filios divina ultio desæviret. Non arbitrandum igitur sub vestro deteriorio conditionis effici sacerdotum impotio, quam sub illis regibus qui divinæ legis gratiam non habuerunt, dicente domino *Matthæus 13. Nolite tangere Christos meos; & in prophetis meis nolite malignari*, non enim sacerdotes ut populus, non aqua quemquam coelestis. Nam ut antiqua corpori, & spiritualia temporalibus: sic sacerdotes fore populoribus præferendi, qui & angeli domini exercituum dicuntur, & dii nuncupantur: lege quippe Mosaica, divina imo potius cautum est, ut eorum portio ab omnibus liberæ permaneret: Narrare libet illam divinæ offensionis evidentiam Heliodorum templi, & sacerdotum perturbatorem acerrimum; cui templum domini irruenti, & ut in libris Machabæorum legitur, apparuisse de cœlo fertur equus terribilem habens ascensorem, & cum eo juvenes duo speciosi amicitiæ, qui plagis multis afflictum Heliodorum, & quasi in exterminio palpitantem complerent regi divina magnalia demonstrare. Et cum rex alium mittere cogitaret, fertur divisse Heliodorus; si quem habes regni inidiatorem mitte, & flagellatum recipies, D nam qui habitat in cœlis visitator est templi, & ministrorum ejus, & violatores percutit & perdit.

Sed quid in hac re canonice statuant sanctiones placeat attendere. Non enim unus pontifex Romanus, sed tota universalis ecclesia in celebertimo Lateranensi concilio sub anathematis pœna talibus exigi ab ecclesia inhibet, & tributa exactores & factores permissa monitione decernit excommunicationi eo ipso subjacere, a quo non nisi pontifex sedituatione prærhabita non venient absolvendi. Quod si ecclesiæ fieri quidquam voluntatis ducetur conferendum. Romanus pontificem statuit consulendum. Sunt & alia jura multa ibidem sentiantia, & facrilegorum pœnis decernentia tales existere prementes.

Quod autem in legibus imperatorum sit, & excitibus brevitex intimendum occurrit. Omnis, inquit, imperator Justinianus, a clericis tributorum injuriæ & exactionis repellatur improbitas. Et non negotiatores ob necessitatem publicam ad exactiones vocantur, in clericis omnis sterpitus, omnis molestia penitus conquiescat, tantaque eis prærogantia succurrat, ut sacerdotum ministri immunes ab oneribus perseverent. Unde Constantius & Valentinus ins. *2. Pr. Cod. Ecclesiasticis.* ripuerit plurima ecclesiæ libertatem, privilegia condonantes, dicebant: gaudere & gloriari ex fide volumus, scientes magis religionibus, quam tributis & laboribus nostram reipublicam conservari. Apud Christianos regnum majestatis persuasione non eget quid Carolus Magnus, Calvus, Robertus, & sanctus Ludovicus vestri Christianissimi progenitores, hæc in te fuscitarunt. Tantis igitur auctoritatibus & exemplis commoniti vestræ regiæ cognitus dicere majestati, quod Ambrosius ad imperatorem de ecclesiæ libertate, & potestate libertate: nil regi honorificentius quam quod filius dicatur ecclesiæ, verba quæ debet regi loo sacerdos, consulere regum salutí oportet, ne quidquam illi perius an ab ecclesia immunis fit: hæc beatus Ambrosius. Sermo. contra Auxentium. Condolemus princeps Christianissime, & regni & vestra necessitatibus quam plurimum, quæ ore vestro nobis cum summa animi benignitate detectas, non sine magnis lacrymis ac dolore audivimus. In vestro namque pericitamur periculo, & in vestris ruinis corruimus. Sed non nisi cum vita jubemur libertatem ecclesiasticam relinquere indefatigabiliter, nec pro transitoria pacem mundi perdere semptiternam: cum non in multitudine victoria fit, sed de cœlo fortitudo fit. Orante namque Moyse legimus vicisse populum, & cessante loccubuisse. Arma vestra militiæ lacrymæ & orationes obtinunt, dicentes cum psalmista; *Ecce ut inimicus dixit hostis in regno, stat. 19. nos autem in nomine domini invocabimus.* Hortamur igitur, & obtecramus vestrum regiam majestatem per viscera misericordiæ domini nostri Jesu Christi, ut ad summæ Trinitatis providentiam animum erigatis, & magis in Dei adjutorio, & ecclesiæ precibus, quam deffensorum diuitibus, multitudine & viribus confidens, libertatem ecclesiæ protegendo Deum sibi iperat propitiare. Legerifiti namque Romani bella Deos sibi placatos reddere hostiarum immolatione studebant, si quid in templo illatum nolebiliæ principia reparantes. Narratque Valerius ex marine Dionysium regem contulisse, quod nullam divino cultui & ministris servari prærogativam consulisset. Hanc nostram orationem regia vestra mansuetudo supportet, & nostras preces clementer exaudiat: nec pro modico prætitate quæ parum vobis emolumenti adjutiet, nondum spectam tam periculosam viam aperiat, ne modicum fermentum totam massam corrumpat: Deo igitur gratias agentes in immensum quod talem nobis dedcrit regem qui pura mente tanto charitatis fervore ecclesiam diligit, & omnes ecclesiasticos in divino cultu protectit: Obtecramus concipiatorutem, ut qui specialem vos ecclesiæ protectorem elegit, fua vos protectione custodiat, & gressus vestros feliciter dirigat. Amen.

Ex vestra civitate Bituricensi, die nativitatis beatissimæ virginis Mariæ, octava mensis Septembris.

*Subscripsit.* Vestræ Regiæ majestatis humiles, & devoti oratores prælati & alii viri ecclesiastici, & universitates de ejusdem mandato Bituricis congregati.

ANNO CHRISTI 1416.

# QUÆDAM DUBIA PROPOSITA

## In Comitiis Ecclesiasticis provinciæ Tolosanæ circa quædam puncta tractata in Concilio Cleri Gallicani Parisius habito anno 1416.

*Ex Archivis Bollonensis monasterii diœcesis Mirapicensis.*

Ex Matteo Tiedano Annal. tom. 4. p. 147.

ANno Domini MCCCCXVI. die XVIII. A mensis Julii honorabilis vir dominus Guillelmus ex Randone licentiatus in legibus & rector Ecclesiæ Glaranæ, per reverendum in Christo Patrem & dominum nostrum dominum archiepiscopum Tolosanum, ejusque honorabile capitulum, atque clerum suum pro ipsis & pro tota provincia Tolosana missus fuerat ad Concilium mandatum per dominum nostrum Regem Parisius ultimate tractum, incœptæque octavæ die Julii proxime preteriti fecit relationem suam sive reportum suum super iis, quæ acta fuerant in dicto Concilio: & fuit facta dicta relatio in capella archiepiscopali Tolosæ, præsentibus dominis infrascriptis per prælatum dominum archiepiscopum, fen de ejus mandato convocatis, pro audiendo relationem prædictam, & pro avisando, & consulendo quid agendum in præmissis. Præfatus dominus Guillelmus de Randone plurimum acta, dicta, & gesta in dicto Concilio Parisiensi solemniter reportavit, continentia in effectu tres punctos, seu res gestas.

Primus punctus fuit super concessione cujusdam subsidii, ipsi summo, quod dominus noster Rex petiit dicto Concilio fieri debere, & fieri per gentes Ecclesiæ, & regni sui usque ad summam centum quinquaginta millium scutorum auri: & hoc pro defensione regni sui invasi per inimicos suos Anglicos, & pro obsidione & recuperatione ville de Harafleur. Super quo subsidio petito fuit deliberatum & conclusum per aliquos dominos prælatos, & nonnullos alios ibi existentes, absente, & non expectata provincia Tolosana, quæ tarde fuit vocata, & ideo missus per eam Dominus Guillelmus prædictus non potuit esse præsens in principio dicti Concilii, & quod magis expediebat Ecclesiæ & clero regni Franciæ offerre regi juramen petitum per modum & nomen unius decimæ, quam illud offerre per modum quantitatis petitæ, in forma quæsita vel subsidii: & sic fuit tunc in principio dicti Concilii, & antequam ipse dominus Guillelmus, quemadmodum, obtata domino nostro regi per dictos Omnibus Prælatos una decima integra cum illis qualitatibus, quod levaretur per gentes Ecclesiasticas, & quod fierent quæstum compulsoriæ quoad cenluarum Ecclesiasticarum, & quod levatores aut aliqui alii deputandi audirent impotencias & admitterent illas.

Secundus punctus tractati in dicto concilio Parisiensi fuit super rebellionem personarum missarum & mittendarum pro toto regno ad generale Concilium Constantiense. Super quo appunctatum fuit, quod quelibet provincia mitteret tres personas, videlicet archiepiscopum, aut illo non valente ire, unum Episcopum, & unum Abbatem, & unum alium notabilem virum, cum expensis provinciæ: acto tamen quadam tangebat provinciam illam Tolosanam, quod Episcopus Vaurensis, prior Deaurate Tolosæ, & d. Gerardus Rydii, qui ut asseruebatur, fuerant in dicto Concilio pro dicta provincia Tolosana, ulterius remanerent ibi ut supra ad expensas provinciæ. Verum dictus de Randone in hoc articulo, fecisse quod parfuit tres nominati ulterius ibi remanerent pro dicta provincia non consensit; immo dilleatit per expressum mediante publico instrumento, quod dicit in brevi adportandum per Rectorem de Lauriaco; & ordinatum dum erat Parisiis, fecum adportavit, attento quod illi tres nunquam fuerant electi per dictam provinciam: & licet prætenderent se electos, tamen renunciaverant dictæ electioni & vadiis, mediante certa & magna quantitate pecuniæ, quam habuerant a dicta provincia ejusque ad complementum vadiorum pro octo mensibus solutorum.

Tertius punctus in dicto Parisiensi Concilio tractatus per clerum fuit super figillatione certarum litterarum regiarum dudum concessarum dicto clero per dominum nostrum regem, nondum tamen figillatarum.

*Sequuntur dubia super quibus dicta provincia non habet deliberare in materiis antedictis.*

Primo quantum tangit primum articulum de subsidio petito, quod materia multum favorabilis est, propter urgentes necessitates dominii nostri regis propter defensionem regni sui; sicque Ecclesia potest sibi succurrere de aliquo portabili subsidio caritativo, & in forma, & cum qualitatibus appositis in concessione dictæ decimæ nuper concessæ, ut supra dictum est, dominio nostro regi per dictos prælatos; solum tamen resultant duo dubia, super quibus est adhuc deliberandum.

Primum dubium est quantum tangit istam provinciam, & alias provincias non expectatas, nec evocatas tempore congruo ad dictum concilium: ex quo apparet præjudicatum fuisse gravitet dictæ provinciæ Tolosanæ, & aliis similibus, quod alii prælati, qui non sunt de illa provincia, concesserunt fieri in principio concilii aliqua expectatione aliarum quorum subsidium, sive decimam pro omnibus provinciis cuius regni: super quo quæritur quale remedium sit habendum, & an expediat supplicare dominio nostro regi, ut dignetur legalem oculum suum dirigere ad bonam voluntatem, quam tepetus clerus provinciæ Tolosanæ habet ad eum, & ad facturerendum pro suo possibili necessitatibus suis ita benivole fuit posse, aut velit facere quæcumque alia provincia dicti regni sui, & quod nolit sustinere amplius, quod dicta provincia Tolosana fit habeatur in contempta, quod Illi prælati nullum potestatem habebit super eam, ita sufficiant tunc clerum concedendo talia subsidia super eam fine licito & consensu ipsius, & ea non vocata: . . . & tempore congruo: nec aliquo modo expectata.

Secundum dubium, an sit supplicandum domino nostro regi, quod tam pro isto subsidio, quam pro aliis, si contigerint in futurum, ipse



ANNO CHRISTI 1416.

*se tenetur petere & habere prius a Sede Apostolica*, vel, illa vacante sancta Sede, a concilio generali licentiam dandi & concedendi subsidium petitum, vel petendum, aut saltem quod de Regis beneplacito dicta provincia possit mittere ad curiam Romanam somitbus suis pro habendo licentiam prædictam: ut sic fieveretur honor Dei, libertas Ecclesiæ, & fit beneplacitum dominii nostri regis, sine periculo conscientiarum & animarum.

*Super secundo articulo de illis tribus dominis Vaurensi, Deaurate, & Rydii, qui sic volunt remanere contra pallia & juramenta sua.*

Primo est quærendum attente, quod deliberatum est in Concilio Parisiensi, quod certi mittantur per quamlibet provinciam, an expediat mittere tres novos live novicet eligendos, scilicet unum dominum Episcopum, unum abbatem, & unum alium Clericum, notabiles viros; & quod resistatur aliis per appellationes & alia remedia justitiæ apud Concilium, & alibi: vel an magis expediat ipsos tres supra nominatos eligere de novo, & eis taxare moderata stipendia pro quorum mentibus, ut ceteri ad plus vel minus; vel si non effet expedients, ut dicti tres supra nominati remanerent, an expediat quod remanerent ulteriulius & cum

ANNO CHRISTI 1417.

# VITA MARTINI PAPÆ III. VULGO V.

MArtinus vulgari opinione hujus nominis V. ex illustri Columnensium familia natus, per Innocentium VII. cardinalis creatus, post interregnum biennii, ipso festo Sancti Martini anno domini 1417. tempore Sigismundi faciens est pontifex optimus: in quo humanum se maxime, prudentem, justum, & in omnibus sua actionibus exercitatissimum exhibuit. Legatum qui antipapæ Petri de Luna conatus reprimeret, allegavit: per quem dum nihil evendentarat, impiinteterque in sua opinione perseveraret, ab iis qui partes ejus tuebantur, merito deletus fuit. Instituit, ut certis temporum intervallis concilia celebraretur, ne antipapæ aliquotiesnonnos arripientes, synodos ipsi etiam cogere affuescerent. Rogantibus imperatore & Gallis, ut in Germania remanere velitis, nullo modo acquievit. In Italiam revectus, Philippum ducem Mediolanensium cum Pandulpho Malatesta, ac deinde cum Venetis amicitiæ fœdere religavit. Braccium Montanum, qui plurima patrimonii ecclesiæ loca occupaverat, excommunicavit. Verum is postea sanis Florentinorum persuasionibus inductus, sese humiliavit, ac proinde per pontificem in gratiam receptus, sua opera & industria, ecclesiæ stipendiis militans, Bononiam recuperavit. Eodem tempore Martinus Bononiæ existens, a Baltaffaro Colli olim pontifice, faluranti, atque eidem fe submittendi causa, invisitur. A Romanis revocatus non ante redit, quam Florentiam metropolitanam declaraffet, ecclesias Volaterranam, Pistoriensem & Fiesolensem, auxilii & subsidii loco eidem annexiens.

A moderatis stipendiis dictus Vaurensis: attento quod habet magnum portum & officium in dicto Concilio, & quod adjungeretur noviter unus abbas, & unus clericus pro tota provincia, & pro necessitatibus, & utilitatibus suis pucurandis in dicto Concilio, & liberatibus confervando.

Item quæ & qualia stipendia taxabuntur, & an sufficiant pro Episcopo dao franci, vel duo scuta ad plus pro die qualibet, & pro uno abbate duo florenti, & pro uno Clerico adjungendo unum scutum pro qualibet die, vel signiti grossi ad plus juxta taxationem Concilii Pisani.

B Item in singulis casibus adporetur ad primum Concilium potestas eligendi dictas personas, ut taxandi dicta vadia, & cætera agendi quæ avisabuntur pro bono universitatis Ecclesiæ, & bono provinciæ prædictæ, & mittantur domini prælati, & capitula, ac procuratores cleri singularum diœceseum, omnia quæ videbuntur recolligendi pro mittendo ad Concilium generale, & fiat de omnibus rotulus ordinatus.

Item adportetur potestas dictorum dominorum cum publicis instrumentis comparendi & aprobandi hic omnia necessaria & utilia ad dictam materiam, & prosequi in Concilio generali, illaque de diebus onerabantur cum potestate substituendi.

C Item quod habet magnum portum & officium in dicto Concilio, & quod adjungeretur noviter unus abbas, & unus clericus pro tota provincia, & pro necessitatibus, & utilitatibus suis pucurandis in dicto Concilio, & liberatibus confervando.

Item quæ & qualia stipendia taxabuntur, & an sufficiant pro Episcopo duo franci, vel duo scuta ad plus pro die qualibet, & pro uno abbate duo florenti, & pro uno Clerico adjungendo unum scutum pro qualibet die, vel signiti grossi ad plus juxta taxationem Concilii Pisani.

B Item in singulis casibus adporetur ad primum Concilium potestas eligendi dictas personas, ut taxandi dicta vadia, & cætera agendi quæ avisabuntur pro bono universitatis Ecclesiæ, & bono provinciæ prædictæ, & mittantur domini prælati, & capitula, ac procuratores cleri singularum diœceseum, omnia quæ videbuntur recolligendi pro mittendo ad Concilium generale, & fiat de omnibus rotulus ordinatus.

Item adportetur potestas dictorum dominorum cum publicis instrumentis comparendi & aprobandi hic omnia necessaria & utilia ad dictam materiam, & prosequi in Concilio generali, illaque de diebus onerabantur cum potestate substituendi.

C Item quæ & qualia stipendia taxabuntur, & an sufficiant pro Episcopo duo franci, vel duo scuta ad plus pro die qualibet, & pro uno abbate duo florenti, & pro uno Clerico adjungendo unum scutum pro qualibet die, vel signiti grossi ad plus juxta taxationem Concilii Pisani.

Item in singulis casibus adporetur ad primum Concilium potestas eligendi dictas personas, ut taxandi dicta vadia, & cætera agendi quæ avisabuntur pro bono universitatis Ecclesiæ, & bono provinciæ prædictæ, & mittantur domini prælati, & capitula, ac procuratores cleri singularum diœceseum, omnia quæ videbuntur recolligendi pro mittendo ad Concilium generale, & fiat de omnibus rotulus ordinatus.

Item adportetur potestas dictorum dominorum cum publicis instrumentis comparendi & aprobandi hic omnia necessaria & utilia ad dictam materiam, & prosequi in Concilio generali, illaque de diebus onerabantur cum potestate substituendi.

ANNO CHRISTI 1417.

D Locis ruinam minabatur, reparare aggressus est. Novembri subiequente, Tiberis alveo fuo egressus tantopere excrevit, ut plurima damna urbi intulerit. Temporibus isiisem Romam supervenit Ludovicus Andegavensis, qui a pontifice regno Neapolitano donatus est, non sine gravi Alphonsi Aragonenis animi permutatione: qui hanc ob causam legatos ad Senatum concilium misit, ut Petri de Luna causam promoveret. Cui machinationi pontifex ut obviaret, concilium diffolvit certavit, aliudque post septennium indixit. Quantum potuit assistit Bracium, qui ecclesiæ statum interturbabat. Bohemos hæreticos, a quibus catholici divexabantur, compescuit. Lucentibus, quos Florentini dura obsidione premebant, per viccomites opem ferri procuravit. Hic peracta, aliquas urbes ecclesiæ reparavit, cardinalesque creavit. Pacem cum Alphonso composuit, qui post obitum Petri de Luna alium antipapam eligi mandavit. Sed cum exauctoratum Martinus episcopatu ausit. Ad extremum, ubi de collatione beneficiorum, aliisque omnibus suis actionibus judicium fuum, prudentiam & integritatem manifestassset, obiit decimo Kalendas Martii, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimo primo, cum sedisset annos octodecim, menses tres, dies decem: cum in Ecclesiam pastum fuisset, sedes duodecim menses vacavit.

# CONCILIUM SALTZBURGENSE PROVINCIALE

In causa fidei ac morum sub Eberhardo archiepiscopo Saltzburgensi, circa annum domini (1) MCCCXX. tempore Martini papæ V.

*IN NOMINE SANCTÆ ET INdividuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus sancti. Amen.*

*Eberhardus Dei & apostolicæ sedis gratia archiepiscopus Saltzburgensis, apostolicæ sedis legatus, ad perpetuam rei memoriam.*

DEus omnium creaturarum fabricator, posit infinita secula creaturas ad extra lum caritatis volens esse participes, ad ipsius imaginem & similitudinem humanam condidit creaturam, perfectam, in naturalibus illustratam, & conditis adornatam virtutibus, & ratione rectitudinis regulatam; quibus felicitatem poterat possidere perpetuam, si in originali justitia perstitisset. Sed hostis antiquus tantæ, quam amiserat, felicitati invidens, hominem tot donis & virtutibus præfulgentem sua calliditate traxit ad vastita. Cui homo primo cedens, cum tota sua ipsius posteritate in singulis suis virtutibus vulneratur, mortalis effectus, cupit infinitis, nedum corporis, sed etiam animi incommodis & miseriis laborare. Hinc & homicidia, hinc & mala innumerabilia per apparitum noxium, proelivem ad malum, orbem replevere terarum. Sed in horum remedium miserationum dominus regulas ad honeste vivendum, quibus homo felicitatem recuperaret perditam, nedum per ora prophetarum & principum, & ipsorum legatorum, sed etiam sacratorum praesulum provinciæ Saltzburgensis, in solicitudinis partem vocatorum prædecessorum nostrorum, pro directione gregis ipsis creditci divinitus promulgavit. Quo licet salubertima extitissent, temporum tamen exigente malitia, qua universalis Dei ecclesia monstruoso & pestifero schismate fere sex lustris miserabiliter lacerata, a memoria hominum ex quadam difficultate exulavant. Hinc delinquentium impunitas prabens venian delinquendi, effecit, ut effrenata cupiditas & facilitas vestis, tam in clero, quam in populo, nostræ provinciæ decorem gratissimum in moribus per diffamatis ignominiæ vitia deformare. Sed inia dies sanctificationis illuxit, quo Romana & universalis ecclesia jam unico & indubitato gubernatore pastore, tempus est, ut ex debito pastoralis officii, quod dudum in votis gessimus, ad reprimendum tot tonatus noxius, ad fanandum infirmos, ad alligandum confractos, ad corrigendum excessus, ad reformandum mores, providi statutorum remediis affurgamus.

Hinc est quod nos Eberhardus præfatus, Albertus Pastiponensis, Hermannus Frisingensis, Engelmarus Chiemensis, Ulricus Seccoviensis, Volfhardus Laventiensis, cum venerabilium fratrum nostrorum absentium, Pataviensis, Brixiensis, Gurzensis, ecclesiarum episcoporum, procuratorum; & venerabilium abbatum & aliorum prælatorum, & totius facri concilii Saltzburgensis approbatione, consilio & consensu, omnia & singula statuta reverendissimi patris & domini domini Guidonis tunc sanctæ Lauentsii in Lucina presbyteri cardinalis, & reverendi patris & domini Joannis episcopi Tusculani, Apostolicæ sedis legatorum, dum in nostra provincia legationis officio fungerentur; & reverendissimorum patrum & dominorum divæ memoriæ Friderici, Chunradi, Pilgrimi, sanctæ Saltzburgensis ecclesiæ archiepiscoporum ac legatorum sedis Apostolicæ, prædecessorum nostrorum, edita in ipsorum provinciis seu concilii provincialibus, innovamus, & observari præcipimus. Quibus novis morbis emergentibus nova remedia adhibentes, statuta subscripta, de venerabilium fratrum nostrorum præditorum & totius provinciæ approbatione, ordinamus & statuimus, volentes & præcipientes, eadem nostra constitutione ab omnibus & singulis nostris suffraganeis, & eorum subditis firmiter observari & publicari in ipsorum synodis; cupiaque illatum petentibus decernimus sub petentium fumptibus & expensis.

## I.

*De summa Trinitate & fide catholica, ex concilio domini Eberhardi.*

De summa Trinitate, quæ propter sui exquisitissimam & probatissimam perfectionem, ac clarissimam & lucidissimam veritatem, adjectione vel declaratione ulla non indiget: ad quam in primis, tamquam principium, medium & finem fabricis omnium, corda nostra, mentes & oculos elevemus devoti: nihil aliud est credendum, tenendum & docendum, nisi quod Romana credit, tenet & docet ecclesia, piissima, sanctissima, & prudentissima mater nostra: ita tamen, ut omnes præfati articulos fidei principales fideliter fuos subditos laxos docent simpliciter credere, sicut ecclesia: & ecclesiasticos vero, explicite & distincte.

(1) Ceterum eß Synodus Salzburgi celebratum esse anno 1418. die octava pedi 8. Martii. Fatum; hoc enim agnoscit prodiisse in literis conscriptis ipsi Concilii hujus forma reviandis. In hoc ipso Concilio videntur esse concepta illa, quæ typis excusa sunt, Nuntiatione sacri indicis prædicto capitulo prædicto, in qua declarat Eberhardus confirmasse illa, quæ in Synodo, videlicet, *sub regnum ad hunc Or. Dies sanctificationis illuxit &c.* quæ, nisi valde fallor, celebratum esse, videlicet anteale Hermanni ejusdem anni 1418. in dupa adunatorum. *Bonifacius German. Sacr. tom. 2. pag. 442.*





Item statuimus, ut si aliquis clericus, vel laicus utriusque sexus, cujuscumque dignitatis, religionis vel status existat, ausus sit præsumptione damnabili publice prædicare, aut occulte docere, credere, vel tenere, quod facerdos in mortali peccato existens non possit conficere corpus Christi; seu, sic ligatus, non possit solvere vel ligare suos subditos a peccatis; pro hæretico & incredulo habeatur. Quem errorem hujus sacri concilii approbatione damnamus, anathematizamus, & penitus reprobamus; cum sacræ scripturæ dicæ auctoritas, quod sive bonus, sive malus sit minister, per utrumque Deus effectum gratiæ confert. Non enim, quæ sancta, conquinari possunt; nec ipsa sacramenta propter hominum malitiam profanari. Unde facerdos, quantumcumque pollutus existat, divina non poteft pollutere sacramenta, quæ purgatoria cunctarum contagionum existant. Licite ergo a quocumque facerdote ab ecclesia tolerato divina mysteria audiuntur, & alia recipiuntur sacramenta.

Damnatione simili reprobamus quorundam opinionem erroneam, asserentem, episcopum, presbyterum seu facerdotem curatum non posse absolvere presbyteros forniarios a fornicationis reatu propter votum castitatis: Inhibentes, ne quisquam de cetero prædictam opinionem sub pœnis prædictis docere, tenere aut dogmatizare quoquomodo præsumat publice vel occulte.

## II.

*De constitutionibus.*

Fructus sanctorum decreta canonum antiquis fuiffent ordinata temporibus, si illorum exsecutio negligatur. Hinc est, quod nos Eberhardus Dei & Apostolicæ sedis gratia Saltzburgensis ecclesiæ archiepiscopus, Apostolicæ sedis legatus, statuta Romanorum Pontificum de celebrandis provincialibus conciliis & episcopalibus synodis diligenter cupientes observari, ordinamus, quod nostrum provinciale proximum concilium a festo sancti Augustini proximo futuro ad annum indicimus publice, & intimamus in hac civitate metropolitana nostra Saltzburgensi, per nos, Deo concedente, aut nostros procuratores solemnitate celebrandum; nisi ex emergente causa, urgenta, guerræ, pestilentiæ, aut alia, duxerimus locum immutandum. Quam mutationem loci eratim congruo tempore nostris litteris intendimus publicare. Ad quod conveniendum exnunc sub pœnis infra scriptis evocamus, citamus & requirimus omnes & singulos nostræ provinciæ suffraganeos, & alios quoscumque, qui de jure vel consuetudine ad provinciale concilium ire tenentur. Statuentes denique pro ulteriori canonum exsecutione, facro approbante concilio, ut singuli suffraganei nostræ provinciæ, qui per annum per seipsos, vel alium, in casu quo legitime non fuerint impediti, omisserint celebrare synodos episcopales, a pontificali officio, decoro ab omni exercitio jurisdictionis ecclesiasticæ per se vel per alium sint ipso jure suspensi; eorumque jurisdictio ecclesiastica, & illius liberum exercitium ad capitulum seu ecclesiam devolvatur, & devoluta persistat; omoiaque & singula emolumenta jurisdictionis ad ipsum capitulum pertineare, in publicam ipsius ecclesiæ, non singularium personarum vel officiorum utilitatem, donec hujusmodi synodos a congregaverit, convertenda. Adjicientes, quod sub pœna præmissa, omnes & singuli nostræ provinciæ suffraganei infra hinc & festum sancti Jacobi proxime venturum, suas synodos in suis diœcesibus studeant celebrare. In quibus de corrigendis excessibus, & reformandis moribus, præsertim in clero, cum Dei timore agatur, visitationes faciant, vel fieri procurent, mutatis mutandis, ordinationibus sancti Augustini canonicorum regularium, & sancti Benedicti, in certis partibus, hiem, nimium collapsorum, juxta canonicas sanctiones: quod & nos in nostra diœcesi Saltzburgensi fieri procurabimus, ut exhibeamus nos nostris fratribus in examplum. Si vero dicto tempore suspensionis durante, suffraganei nostri, vel alter eorum, eundem exercitio dictæ jurisdictionis ecclesiasticæ per se vel per alium se immiscuerit, aut capitulum & contra præmissa impediverit, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. Quod si per annum alium integrum suffraganei nostræ provinciæ concilium synodale convocare seu celebrare negligentes, ejusdem cresceme contumacia crescere debet & pœna) contra e dictos temerarios violatores canonum & nostrarum constitutionum sequenti provinciali concilio, aut concilio generali, & illud celebrari contigerit, de remedio providetur opportuno, juxta canonicas sanctiones. Suffraganei vero nostri, & alii, qui de jure vel consuetudine ad provinciale concilium ire tenentur, nisi congruo se tempore personaliter præsentaverint, excommunicationis sententiam incurrant, ipso facto, nisi tali necessitate & impedimento legitimo præpediti fuerint; extunc per procuratores suos legitimos comparere tenentur, sub pœna prædicta. Durentque concilia provincialia per duodecim; & episcopales synodi per tres dies,

ANNO CHRISTI 1420.

dies; nisi agendorum exigentia prolixius aut præcisius tempus exposcat.

Insuper sacro approbante concilio ordinamus, ut omnes & singuli nostri suffraganei in proximis ipsorum synodis per singulas diœceses, prout & nos in nostra proxima synodo Saltzburgensi ordinabimus sub pœna suspensionis a pontificali officio, studeant personas idoneas; probas videlicet & honestas; in testibus publicis sive synodales ordinare, qui per totum annum simpliciter & de plano absque ulla jurisdictione solicite investigent, quæ correctione & reformatione sint digna; & ea fideliter referant ad provinciale concilium aut synodum episcopalem, ut correctione digna animadversione congrua puniantur.

Ad reformationem quoque ordinum sancti Augustini canonicorum regularium, & sancti Benedicti nostræ provinciæ, cura officii pastoralis attendentes, sacro approbante concilio, ordinamus præsidentes capitulis antedictis, videlicet de ordine sancti Augustini canonicorum regularium, [a] dominum præpositum, metropolitanæ ecclesiæ Saltzburgensis; monasterii [illegible] Mariæ Virginis Nuiburgæ Pataviensis diœcesis præpositos; de ordine vero sancti Benedicti religiosos monasterii sancti Petri civitatis Saltzburgensis, & in Nideraltach Pataviensis diœcesis abbates: quibus plenam concedimus potestatem citandi & evocandi, per censuras etiam ecclesiasticas, omnes & singulos abbates, præpositos, priores, & quoscumque alios ordinum præditorum, qui ad capitula ipsorum provincialia consueverunt convocari, aut de jure vocari debebunt. Super quibus ipsis decernimus per cancellariam nostram fieri litteras opportunas, qui in eventum negligentiæ episcoporum, suffragaeorum nostrorum, si suas synodos non celebraverint in termis [b] superius expressis, & emendanda & corrigenda in omnibus & singulis monasteriis ordinum prædictorum nostræ provinciæ non correxerint & emendaverint diligenter, teneantur singuli suum capitulum provinciale in loco apto suorum monasteriorum, in festo sancti Michaelis proximo futuro, convocare & celebrare; ibique agere de reformatione ordinum & monasteriorum juxta institutiones dictorum ordinum, & canonicas sanctiones: jure tamen ordinariorum in omnibus semper salvo. Dictæque capitula provincialia prædictorum ordinum de triennio in triennium per prædictos ordines dictitiæ præcipimus in nostra provincia celebrari. In casu etiam diligentiæ, quo nostri suffraganei etiam suas synodos celebraverint, sedentique diligentiam suam pro reformatione ordinum præfatorum; ni-

a dominum vidlicet.

b sic expunctum.



ANNO CHRISTI 1420.

hilominus tamen volumus & ordinamus, ac dictitiæ præcipimus, ut præsidentes superius nominati debeant & teneantur de triennio in triennium, incipiendo a fine præsentis concilii, sua capitula celebrare: liberumque sit præsidentibus sæpe dictis terminum præfatum pro suis celebrandis capitulis prævenire.

Ordinamus denique, sacro approbante concilio, & in virtute sanctæ obedientiæ dictitiæ præcipimus & mandatis omnibus & singulis abbatibus, abbatissis, præpositis, prioribus, prioritiis, & aliis, quibus cura & administratio monasteriorum utriusque sexus dictorum ordinum nostræ provinciæ est commissa; quatenus infra hinc & festum Pentecostes proximæ futurum, debitum pastoralis officii sui diligenter impendant: ipsos præcipue ad tria substantialia ordinis, videlicet proprietatis abdicationem, obedientiæ exhibitionem, & castitatis observationem reducendo: prohibendo c congressus fine causa rationabili, & c congressum personarum suspectarum: ac observent & a suis subditis faciant observari, debitum officium diurnum pariter & nocturnum devote juxta regulas dictorum ordinum celebretur. In aliis verò quæ reformationem monasteriorum & ordinum præfatorum respiciunt, se tales ostrendant, quod nobis & suffraganeis nostris ipsos vitarintibus, de diligentia quam inveniemus, debeant merito commendari: scituri, quod si in præmissis, aut eorum aliquo negligentes exstiterint, aut aliqui ex subditis præmissorum rebelles & inobedientes inventi fuerint, contra tales per nos & nostros suffraganeos ad pœnas graviores procedemus juxta canonicas sanctiones.

III.

*De consuetudine.*

Consuetudines quæ gravamen ecclesiis inducere & demonstrantur, invalidas publicamus: locorum ordinariis [illegible] in omnem eventum eis resistant, firmiter injungentes.

IV.

*De renuntiationibus.*

Nullus ecclesiam, vel beneficium ecclesiasticum dimittere vel recipere præsumat sine sui superioris auctoritate; quod sub pœna excommunicationis vel suspensionis omnibus firmiter inhibemus.

V.

*De scrutinio.*

Statuimus, quod nullus ad examen per sacrorum ordinum susceptionem aliquatenus admittatur, nisi recenter confessus fuerit omnia sua delicta idoneo sacerdoti. Et quia pauci sunt, qui sua delicta cum sequelis eorum intelligant, per districtum informatorem debet instrui ordinandus, an expediat sibi ordinari, an vero [a] irregularitatis alicujus prætextu ei potius sit abstinendum.

Item quod nullus admittatur ordinandus vel promovendus ad ordinem super vicaria, ([b] nisi sit perpetua vicaria,) a qua non possit ad inordinatum placitum amoveri.

Statuimus insuper ad terrorem malefactorum, ut omnes episcopi provinciæ Saltzburgensis, ac eorum vicarii, quando volunt & debent suis temporibus ordines celebrare, committant expresse examinatoribus clericorum ordinandorum sub anathematis interminatione, ut inter cetera perquirenda, fideli diligentia perquirant, sub obtentu honoris percipiendi a singulis ordinandis, ut si patres, avi, aut progenitores eorum, usque ad quartam lineam ascendentem, capitaliter [illegible] detinuerint, occiderint, aut mutilarint temere clericum aliquem in sacris ordinibus constitutum, & pro clerico se gerentem. Eum vero, quem in aliqua præmissorum affectum per aliquem ipsorum progenitorum usque ad lineam memoratam invenerint, si hujusmodi factum fit notorium, non admittant. Prælati quoque, vel eorum vices gerentes, quorum interest investire vel instituere præfenatos, ante investituram vel institutionem cum summa diligentia de his quærant: & quos tales invenerint, nullo modo instituant ad aliquod officium vel beneficium ecclesiasticum. Examinatores insuper & prælati, ac eorum vices gerentes, qui secus in præmissis agere præsumpserint, in futurum suspensionis sententia percellantur: alias per locorum ordinarios graviter puniendi, nisi cum eis fuerit misericorditer dispensatum, & ab hujusmodi reatibus appareant absoluti.

VI.

*De filiis presbyterorum.*

Nullus illegitime natus ad aliquem sacrum ordinem, vel beneficium aut officium curam habens animarum, sine dispensatione sedis Apostolicæ admittatur in aliqua ecclesia sæculari. Et tales qui hactenus fuit admissi, si de his constiterit, per eorum ordinarios repellantur. Alioqui scienter contrarium facientes per unum mensem ab ingressu ecclesiæ noverint se suspensos.

VII.

*De officio archidiaconi.*

Inhibemus episcopis, archidiaconis, prælatis, ac eorum officialibus universis sub pœna suspensionis, quam in omnes facientes contrarium promulgamus, ne subditis suis, aut eis qui litigant, seu litigaverint coram eis, aliquam eis faciant inhibitionem, seu impedimentum aliquod præstent, sub quoeumque colore vel modo, publice vel occulte, quo minus causas suas appellationum, seu quæcumque alias ad examen superiorum spectantes, libere possint deferre.

VIII.

*De officio vicarii.*

Et quia ecclesiarum rectores vicariis suis adeo relinquunt exiguam portionem, quod ex ea nequeunt sustentari, generali concilio inhærentes statuimus, ut ipsis vicariis suis sufficiens & honesta portio de proventibus ecclesiæ assignetur. Alioquin ipsi rectores, si moniti non assignaverint, suis poterunt beneficiis spoliari. Nullusque sub pœna suspensionis ab officio, intitulatus ad curam animarum, vicariam perpetuam vel episcopalem, vel plus beneficii assumere præsumat.

IX.

*De officio delegati.*

Ad hæc plerumque contingit, quod judices delegati, [illegible] ad quos simplices commissiones sub forma communi dirigunturur, ultra quam patiantur vires rescripti præcedentis, terras, civitates, oppida & villas ecclesiasticis subjicium interdicto, invocantes etiam super hoc brachium sæculare. Nos igitur volentes inquis processibus hujusmodi obviare, præsenti scripto declaramus de fratrum nostrorum consilio & assensu, quod sacerdotes nostræ civitatis, diœcesis & provinciæ, ad observationem seu publicationem sententiarum hujusmodi interdicti minime teneantur; nec invocationi brachii sæcularis, quam fic ficiunt, aliquatenus eff parendum. Super interdicto vero ponendo, recurrant ad decretalem extravagantem, quæ incipit: Provide attendendum. Et eft Bonifacii VIII. cujus tenor sequitur in hæc verba: Provide attendendum, quod ut frequentius, quamvis non fine causa, sine culpa tamen multorum, interdicti sententiæ proferuntur: quodque tunc contradi judices nimis prompti ad proferendas easdem, etiam in negotiis, sive causis, quæ interdum

a Sed, sicut dicunt quidam, & bene, non est irregularitas.

b Hæc verba clausula in marg. sunt Bonifacii Bull.

c fame

d sumptus. e fortis hæ pestis.

f Sic. Bulla legati.

g Sic. Bulla legati.

h Sic. Bulla extravag. com. lib. 5. de sent. excom. c. 2.

ANNO CHRISTI 1420.

plus ex cupiditatis quam caritatis radice A perspicuis indiciis procedere arguuntur: quodque interdicti tempore divina organa suspendunctur & laudes: nec ecclesiastica sacramenta ministrantur, ut solent; tollunturque mortuis, seu minuuntur suffragia, præsertim per oblationem frequentem hostiæ salutaris: adeoque dentes & parvuli participantes rarius sacramenta, minus inflammantur & solidantur in fide: fidelium tepescit devotio, hæreses pullulant, & multiplicantur pericula animarum: præsentis constitutionis providemus edicto, ut nulla provincia, civitas, castrum, villa, locus, territorium vel districtus auctoritate ordinaria vel delegata suppornatur ecclesiastico interdicto pro pecuniario debito, vel pro cujusvis mineræ vel pecuniæ quantitate, quacumque occasione vel causa, seu quovis quæsito colore: pro ea maxime, quod ipsorum domini, rectores seu officiales, quicumque nomine censeantur, aut incolæ seu habitatores, aut singulares personæ, ipsorum statutis vel statuendis, ordinatis vel ordinandis terminis hujusmodi debitum seu quantitatem non solverint: hactenus, aut inantea non persolvent. Nos enim ex nunc decernimus irritam & inanes, si secus hactenus extitit attentatum, vel contigerit attentari; * illumque revocamus omnino. Non obstantibus quibuscumque contractibus, obligationibus, pactis, conventionibus, compositionibus, submissionibus, fideiussionibus, consensibus, processibus & sententiis super hoc habitis vel habendis, juramentorum, pœnarum spiritualium & temporalium, seu mulctarum appositione, vel quacumque alia firmitate valatis: nisi tali suppositio interdicti hactenus fuerit facta, vel inantea fieret de Apostolicæ sedis licentia speciali expressa, per ipsius sedis patentes litteras apparente.

a illud quoque: & ratificat.

## X.

### *De officio ordinarii.*

Sacerdos vero quilibet plebem * piam b sacra. docear diligenter, ut, cum in celebratione Missarum levatur hostia salutaris, quilibet B Deo devote fleclat genua sua, vel saltem se reverenter inclinet: idem faciens cum ipsa portat presbyter ad infirmum, quam in decoro habitu, superpolito mundo velamine, ferat manibus ac honorifice ante pectus cum omni reverentia & timore, semper nola parvula & tinnire, nisi locorum repugnet diffamia vel temporis qualitas, præcedentibus, ut ex hoc fides & devotio apud homines augeantur.

Cum mos uniciuique gerendus sit, & in C diversis diœcesibus nostræ provinciæ clerus & populus inveniatur variis vitiis & defectibus laborare, quæ omnia non possunt una quasi medela curari: Nos, cunctorum saluti nostri gregis, quantum possumus, providere volentes, aliqua duximus generaliter committenda; omnesque & singulos nostros suffraganeos, qui una nobiscum super populum nobis creditum in partem solicitudinis sunt vocati, & de contingentibus apud ipsos in clero & populo, quæ reformatione & emendatione indigent, habent notitiam certiorem; paterna exhortatione requirimus & monemus in visceribus Jesu Christi, ut gregi sibi commisso præfatum verbo doctrinæ pariter & exemplo, ac secundum qualitatem temporum & locorum ea quæ correctione & emendatione indigent, reformare & corrigere, dum ipsos suas synodos celebrare, & suas diœceses visitare contingit per seipsos vel alios Deum timentes, non omittant: in ipsorum pastorali officio taliter procedentes, ut tollantur scandala, evellantur vitia, & populus eis creditus numero & merito augeatur; ne sibdiorum sanguis in die districti judicii de ipsorum manibus requiratur: attendant, ut sint jurium, præsertim contra ecclesiastica crimina promulgatorum, & nostrarum constitutionum executores. Usuras prohibeant, quantum possunt; clericorum concubinatum cohibeant nimium scandalosum; providenant, ut divinum officium * canonice & debite persolvatur: ut mendicantes præsentati cum litteris ordinariorum in ipsorum mendicitate non graventur. Ut Mendicantes fratres fuis limitibus contenti, parochiales ecclesias & ipsarum jura non offendant; festivitates sanctorum nimis multiplicatas restringant. Item, quia divinum officium in ecclesiis cum solemnitatibus debitis persolvatur: habeantque archidiaconos, decanos & officiales in jure peritos, habentes peritiam causarum; quod tales justitiam celeriter faciant, præcipue pauperibus: abstineant se, & abstinere faciant tales ab immoderatis exactionibus circa lites: Quod de monasteriis ordinum sancti Augustini, canonicorum regularium, & sancti Benedicti, fuerunt diœcesium juvenes habiles mittantur ad studium generale: quod beneficiorum permutationes dumtaxat ex causis a jure permissis admittantur.

## XI.

### *De majoritate & obedientia.*

Sacro approbante etiam concilio statuimus, ut nulli clerici nobilium, capellani in capellis castrorum dominorum suorum celebrare præsumant, nisi ante episcopo, A vel loci archidiacono obedientiam faciant manualem, ut ad synodos veniant & capitula, certis temporibus & statutis mandata ecclesiastica recepturi, & suis dominis ac eorum castrensibus, secundum quod fuerit opportunum, relaturi; cum plebani, in quorum terminis castra consistunt, hoc facere frequenter non audeant propter tyrannidem suorum dominorum. Quod si secus quispiam facere præsumpserit, per loci ordinarium vel archidiaconum condigne puniatur. Statuentes etiam sub pœna excommunicationis jam latæ sententiæ, districte mandantes, ut si quando prædam vel spolium rerum ecclesiasticarum ad divinum cultum deputatorum, seu etiam ecclesiasticam personam captivam ad aliquam civitatem, villam, oppidum, seu castrum adduci contigerit, sacerdotes & capellani civitatum, villarum, castrorum, postquam fuerint, non expectato super eo * suorum mandato, abstineant a divinis interim, quoad personæ captivæ, atque res ecclesiasticæ prædictæ in præfatis locis detinentur.

a Mutatis, Sacerdotum.

## XII.

### *De his & qui vi metuque absolvunt, vel absolvuntur.*

b quæ vi ac metu causa fiunt.

Hos qui absolutionem, vel quamcumque revocationem ab excommunicatione, suspensione, vel interdicti sententiis, per vim vel metum extorserint, cum hoc, quod hujusmodi absolutiones, revocationes sunt irritæ, statuimus & publicamus, excommunicationis sententiæ subjacere.

## XIII.

* . . . . . .

Quia clerici & religiosi nonnulli, non attendentes, quantum sit obedientiæ bonum, quod victimis antefertur, & quod peccatum est ariolandi, nolle acquiescere; & scelus idololatriæ, obedire non velle; amissionem rerum suarum & corporis, & vanum metum allegant frequenter, ne consilium mandatum eisdem prælatorum. Qui, cum prosperitatis tempore multa bona receperint, laute vixerint de patrimonio crucifixi, imminente necessitatis articulo, pro honore illius adversitates sustinere detrectant, qui cum foret summe dives, ad obediendum Deo Patri pro salute nostra subiit onus volontariæ paupertatis: ex quo, propter contemptum clavium ecclesiæ, nervus ecclesiasticæ disciplinæ dissolvitur, & animas miserabiliter periclitari contingit: Sacra hujus concilii necessaria deliberatione statuimus, ut nulla rerum perditio, aut metus corporis, nec legitime probatus, subditi inobedientiam, mandatum prælati ex sequi non curantis, valeant excusare: adeo, quod si metus corporis dumtaxat * sentienti, proprio juramento, & non legitimis coram eo, a quo mandatum fuditus receperit, * ostensis fuerit documentis, nihilo minus loco cedat, ne notam transgressionis incurrere videatur. In his autem quæ in non faciendo consistunt, utputa, cum mandatur, non communicare excommunicatis, non celebrare in locis interdictis, ac alias hujusmodi, omnino nullum, nec rerum, nec corporum, quantumcumque probatus metus excusat; cum pro nullo metu debeat peccatum mortale committere; quod ex inobedientia surgere, sanctorum auctoritatibus comprobatur.

a Sententiam lata.

## XIV.

### *De alienatione.*

Quia plerumque cessiones actionum in fraudem fiunt; aliquando tamen pure & simpliciter, ex causa legitima: Statuimus, ut cessiones actionum, quæ ex justis causis vel causa procedunt, in præsentia episcoporum, judicum, seu officialium suorum, de licentia eorumdem, si fidelem legitimæ causæ, fiant: jurent etiam cedentes, quod non simulate, sed vere cedant. Alioquin secus factas determinamus non tenere.

b Quæ ex causa.

## XV.

### *De judiciis.*

Et quia quidam propter potentiam, quidam propter crudelitatem magnam personaliter citari non possunt: quidam etiam, quia in castris habitant, ita quod nulla poteft ad eos citatio pervenire: idcirco provida & necessaria deliberatione statuimus, ut contra tales citationes edictum apud parochialem ecclesiam ipsorum publice & legitime proponatur. Quia si parochialis sacerdos tales citare non possset metus causa, faciat juramentum hujusmodi coram aliquo presbytero honesto, qui ipsi judici de hoc faciat litteratoriam fidem. Et tunc in cathedrali ecclesia tribus Dominicis continuis publice in ambone cetentur, dummodo citandi infra unum dietam sint a cathedrali ecclesia constituti. Alioquin ad tres quindenas solemniter evocentur. Et extunc contra hujusmodi, ac si personaliter citati fuerint, procedatur, ut ex malitia valeant commodum reportare: propterea quod omnes homines & perversi, dum ad summum ecclesiasticum in causis, etiam de quibus ecclesia merito habet agnoscere, a judicibus evocantur, illius auctoritatis, quæ dis-

ANNO CHRISTI 1420.

citur; Qui honorat missam, mittentem A honorat, immemores existentes; nuntios ecclesiasticorum judicum citatione excommunicationis, vel alias judiciales & juris litteras defendentes, verbis probrosis, & quandoque duris verberibus quosdam captivantes, alios interdum suis rebus tenere, publice spoliantes, multipliciter afficiunt & perturbant, & impediunt citationes & literarum executiones, in non modicam ecclesiasticæ libertatis contumeliam & jacturam. Considerantes igitur malitiis hominum non esse aliquatenus indulgendum, hoc sacro approbante concilio duximus statuendum, ut ne reus nuntios acta judicialia deferentes per se vel per alium verberans, spolians vel captivans, lite etiam non contestata, auctoritate etiam hujus sacri concilii habeatur penitus pro convicto. Actor vero in causa reconventionis similia perpetrare per se vel per alium non formidans, super instituta contra reum actione amplius nullatenus audiatur. Et insuper uterque, ac omnes alii qui nomine & actione eorum talia facere præsumpserint, usque ad condignam satisfactionem laxo, & judicibus summaria cognitione super hujus sceleris præhabita, percellantur.

## XVI.

### *De foro competenti.*

Dudum felicis recordationis Pilgrinus prædecessor noster provide duxerat statuendum, ne prælatus, vel quivis alius clericus, alium prælatum vel clericum, aut etiam laicum quamcunque personam ecclesiasticam coram sæculari judice trahere vel convenire, aut tractus seu conventus sponte & B judicialiter præsumeret respondere: aliosqui tam trahentes quam tracti, ultra pœnas contra tales a jure promulgatas, excommunicationis sententiam incurrerent ipso facto. Verum nonnulli laici saluta sua immemores, contra pœnas prædictas, personas ecclesiasticas, etiam & pontificali præditi gradu dignitate, ad hujusmodi judicia * forensia & sæcularia indistincte trahere non verentur. Qui quidem judices sæculares * nec comparent propria in persona se citati, res de bona sua, atque beneficiorum suorum, decimarum & cæterarum invadendas, sic, quod ipsi laici exinde, occasione recepta, bona ecclesiastica invadere & occupare præsumunt in ecclesiasticæ libertatis detrimentum. Nos hujusmodi temeritatis audaciam reprimere cupientes, datam constitutionem prædecessoris nostri auctoritate hujus concilii de fratrum nostrorum consilio innovamus, & extendi volumus ad judices sæculares antedictos. Adjicientes quod si quando laicus clericum, seu ecclesiasticam personam, cujuscumque dignitatis vel conditionis existat, nostræ Salzburgensis, Brixinensis, Chiemensis, Seccoviensis & Laventinensis diœcesium, ad judicium sæculare trahere vel judicare præsumpserit, tam diu in territorio habentis & judicantis cessetur a divinis, doneo de hujusmodi injuria satisfecerint parti tractæ & absolutionis beneficium meruerint obtinere.

## XVII.

### *De vita & honestate clericorum.*

Esti per sacros canones & nostrorum antecessorum constitutiones indecentia in vita & habitu clericorum strictissime prohibeantur, nostri tamen subjecti temporibus præsentibus hoc minime attendentes, tam in habitu, quam reliquis ad honestatem in tertem domini electorum spectantibus habenas fuis dimiserunt. Nos igitur huic inhonestati clericorum occurrere volentes, nostrorum nihilo minus antecessorum constitutionibus in suo robore duraturis, statuimus, ut quicunque clericus in sacris ordinibus constitutus, vel in minoribus, & beneficiatus tantum, portaverit habitum a sacris canonibus vel a nostris antecessoribus prohibitum, si monitus fuerit, eo ipso amissionem illius habitus incurrat ipso jure, in aliquod opus pium * convertendum. Et ut hæc constitutio nostri temporibus effectu non careat, nostris suffraganeis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione divini judicii præcipimus, quod per suas diœceses aliquos discretos & honestos ecclesiasticos viros deputent, qui prædictis clericis, unica monitione tantum præmissa, præcipiant, ut infra * decemnium talem habitum deponant, & nullo amplius tempore resumant. Aliosquin ipsum habitum eis publice auferant, etiam violenter, & eum in opus pium convertant; cum consensu tamen ipsorum diœcesanorum, si habitus ipse notabilis fuerit æstimationis. Aliosqui præter talem consensum exequantur, quod in exemplum prædictorum nostrorum suffraganeorum intendimus observari.

C Cum plerique fratres ordinum mendicantium, ac religiosi ordinum aliorum intitulati, &c. ad ecclesias cathedrales suæ religionis habitum absque rationabili causa manifeste non deferentes, ad exceptationem in peccatis exemptionis allegando privilegium, & quo minime oportunum, tu animæ suæ periculum & plurimorum scandalum allegando, sicque excommunicationis sententia innodantur, qua ligati, damnabiliter exercere ea quæ sunt episcopalis ordinis non verentur. Nos tantæ temeritati providere volentes, sacro approbante concilio, ordinamus, ut sub pœna suspensionis ab ingressu ecclesiæ, nullus suffraganeorum nostræ provinciæ in sua diœcesi ad exercendum ea quæ episcopalis ordinis existunt, tales titulares episcopos admittat, nisi habitum suæ religionis manifeste deferant & sint conversationis laudabilis & bonæ famæ; omnesque tales, cum excommunicati sint, arctius evitent, & faciant eosdem ab aliis arctius evitari. Nullusque clericus vel scholaris nostræ provinciæ sub pœna suspensionis ab ordine quem susceperit ab eodem, quam contravenientes incurrere volumus ipso facto, sacros aut minores ordines: nec etiam laici utriusque sexus confirmationis sacramentum quoquo modo recipere præsumant. Nec invitentur tales, nec venientes sponte admittantur ad consecrandum basilicas, altaria, aut ad benedicendum quæcumque res sacras, nisi de absolutione ipsorum constiterit manifeste.

## XVIII.

### *De cohabitatione clericorum & mulierum.*

Ad arcendum concubinatus crimen, ut de clero penitus evellatur, summo studio per sacros canones est provisum. Quia tamen tempore, quo universalis ecclesia monstruose divisa perstitit, modica diligentia adhibita fuit in exequendo eisdem provisionibus, crimen præfatum in multis locis etiam provinciæ nostræ, cum maximo catholicorum scandalo, totius clericalis ordinis contemptu frequentatur. Cui morbo volentes occurrere, ut debemus, sacro approbante concilio decernimus, ut deinceps omnes in sacris ordinibus existentes, vel etiam in minoribus beneficiati, vel ad religionem aliquam Deo sponte oblati & obligati, qui concubinatus fœditate cælibatis votum notorie feu publice violarunt, tenendo notorie concubinas, pœnis infrascriptis ipso facto subjacant, ut videlicet si habuerunt beneficia sæcularia vel regularia officia, aut administrationes, vel dignitates, nisi infra duos menses prorsus † a se removerint, ipso jure inelligantur suis beneficiis, officiis, administrationibus & dignitatibus ecclesiasticis per hanc constitutionem privati. Et possunt ipsa beneficia, officia, administrationes & dignitates prædictæ libere per habentes potestatem alis conferri, impetrari, vel de eisdem aliis modis ecclesiasticis provideri. Si vero beneficiati non fuerint, & concubinas notorie & publice detinuerint, & infra duos menses a se non separaverint, sint ipso jure inhabiles ad quæcumque beneficia ecclesiastica assequenda, pœnis alis a sacris canonibus contra tales editis in suo robore duraturis.

## XIX.

### *De institutionibus.*

Statuimus, ut nullus clericus ad curam animarum ab episcopo vel archidiacono admittatur, nisi prius juraverit, quod nullam in adeptione beneficii, ad cujus curam præsentatus est, commiserit simoniam.

Cum decor ecclesiæ, exaltatio fidei, & errorum extirpatio per viros in utroque jure divino pariter & humano instructos ut plurimum procurari noscatur; illi, quoniam in provisione congrua, quæ ad status ipsorum decentiam expediret, stipendiis ecclesiasticis carentes, talentum eis creditum dispensare Dei populo non valentes, lucerna sub modio abscondi non effundit in domo domini luminis claritatem. Unde plerumque contingit, ut beneficia & officia ecclesiastica, præsertim quibus onus curæ & animarum & ecclesiasticæ jurisdictionis incumbit, minus idoneis providentur rectoribus; ex quibus populibus deficiunt pabula, & ovibus deficiunt alimenta. Ad quorum salutare remedium sacrosancta generalis Constantiensis synodus; saluti nationis Germaniæ providere intendens, decretum promulgavit inferius annotatum: Nos spiritualem animarum profectum nostræ provinciæ, quem pastorali cura dudum concepimus, exequi cupientes, præfatam constitutionem Constantiensis concilii facro approbante concilio publicantes, præcipimus & mandamus, ut institutio prædicta ab omnibus nostris suffraganeis in suis synodis proxime celebrandis intimetur & observetur. Quam extunc cum singulis in ipsa contentis volumus sub pœna suspensionis a collatione & electione beneficiorum per singulos beneficiorum collatores & patronos firmiter observari. Tenor vero constitutionis sequitur, & est talis. Sanctissimus dominus noster papa Martinus V. ad exaltationem fidei catholicæ, &c. Vide informationem ex concilio Constantiensi de qualitate beneficiandorum, &c. Inventis, &c.

Quoniam nonnunquam contingit, quod ad vacantem episcopatum, vel aliam prælaturam, aut quodcumque beneficium aut officium ecclesiasticum regulare vel sæculare duo in concordia eliguntur, seu institutur, & ... , qui minore jure utitur; ut eum cui ... jus ex est acquisitum, per potentiam ... per eædium fatigare & hauri-

ANNO DOMINI 1420.

re possit, attrahit favorem potentium laicorum, quibus, ut ei mutuent & affidant promissiones facit de beneficiis eorum filiis conferendis, & de juribus & libertatibus ecclesiasticis remittendis: nos huic morbo occurrere volentes remedio salutari præsentis statuti, hujusmodi promissores, & potentum laicorum attractores volumus ipso jure sententia excommunicationis esse innodatos, & nihilo minus eos fore ineligibiles ad hujusmodi dignitates: mutuatores etiam pecuniarum taliter in hoc casu volumus carere actionibus pro mutuo hujusmodi repetendo.

## XX.

### *Ut ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.*

Quoniam in quibusdam Alamanniæ locis laici fundatores ecclesiarum, vel heredes ipsorum, potestate in qua hucusque ecclesia fulliuit, abutuntur, partem decimarum, vel aliarum obventionum ecclesiasticarum in beneficiis in quibus jus obtinent patronatus, sibi retinent ex pacto* cum præsentatis, clericis, [illegible] cancerosio & simoniaco censuræ ferrum apponimus, decernentes, ut ex quo aliquid constiterit, plures eos hujus (modi) perpetrasse flagitium, anathemate feriatur, & ejus terra ponatur sub ecclesiastico interdicto, donec ecclesiam liberam sub suo jure dimittat, salvo jure patronatus, quod eis de jure reservamus, cum possint per juris ignorantiam excusari. Qui vero cæca cupiditate ducti, taliter a patronis beneficia perpræsentationem recipere non verentur, officio beneficioque priventur, nec ad beneficium vel actus ecclesiasticos admittantur, nisi per sedem apostolicam cum ipsis fuerit dispensatum. Episcopi vero, vel archidiaconi, qui talibus scienter curam commiserint animarum, ob institutionem hujusmodi * beneficiorum collationem, personas sint suspensi, &c.

* *f. cum præsentatis.*

* *f. ob institutionem personæ.*

Cum beneficia ecclesiastica sine diminutione conferri debeant, quidam ecclesiarum patroni, personis idoneis prætermissis, tales adeo cum præsentant, qui portionem, * quam talibus debeant esse contenti, suis usibus retiduum totaliter applicando. Unde ad hujusmodi mali perniciem extirpandam, statuimus, quod si tales clerici se portione debita spoliari videntes, ad episcopum illam querelam non detulerint, auctoritate præsentis concilii sint ipso jure suspensi; nihilo minus per episcopum eis dem ecclesiis spolientur. Si vero ad superiorem super hoc detulerint quæstionem; ipse episcopum per censuram ecclesiasticam ab hujusmodi molestatione & exquisita exactionis malitia compellat: adjicientes nihilo minus, quod si in hac (re) pertinax patronus extiterit, ad præsentationem, &c. ecclesiæ proximo vacaverit, nullatenus admittatur.

Ad nostrum (quod dolenter egerimus) pervenit auditum, quod nonnulli episcopi, comites, barones, nobiles, ac eorum potestates & officiales, dum aliquam vacare contingit in nostra provincia prælaturam, beneficium vel officium ecclesiasticum, statim gentes inibi mittunt armorum, quæ graves faciunt in ipsis prælaturis vel beneficiis expensas. Et quod deterius est, nonnunquam hi ad quos electio vel præsentatio spectat futuri prælati, compelluntur eligere aut præsentare per abusum potestatis secularis, vel potentiæ inordinatæ. Quandoquidem nullatenus admittunt ad possessionem etiam jam a suo superiore confirmatum, donec de certa pecunia quantitate concordent cum laicis antedictis atque persolvant earndem. Nos hujusmodi damnandæ ambitionis audaciam reprimere cupientes, auctoritate hujus sacrosancti concilii statuimus, ut nullus, quicumque ecclesiastica vel mundana, etiamsi pontificali vel ducali præfulgeat dignitate, talia de cetero facere præsumat, per quæ offenditur ecclesiastica libertas, & ecclesiæ multipliciter aggravantur. Quod si factum fuerit, ossi infra mensem a tempore hujusmodi vacationis restituerint aut remiserint jam promissum, quod indebite extorserunt ipsi, & per locorum episcopos, & ceteros prælatos jurisdictionem habentes, universi clerici & laici impedientes defunctorum legata, seu ultimas voluntates, per excommunicationem in personas, & interdicti in loca sententias, quinodecim tamen dierum canonica monitione præmissa ferendas, ab hujusmodi impedimentis desistere compellantur. Ad quarum executiones & debitas aggravationes procedente tempore faciendas, episcopi & prælati, ad quos testamentorum defensio, utroque jure suadente, dignoscitur pertinere, tam benevolos se exhibeant & paratos, ne hujusmodi negligentia de eorum manibus in die districti judicii requiratur.

A

B

C

D

E

## XXII.

### *De pignoribus.*

Ad omnium quoque dubitationem, sive quæstionis materiam amputandam, statuimus, ut, si quis prædium suum, cui jus attinet patronatus, cuiquam obligaverit indistincte, jus præfeandi apud ipsum obligantem retineat. Cum tale jus ultimari non possit, & ..... in sortem nequeat computari. Cum semper fructus rei pignoratæ in sortem debeant computari, juxta canonicas & legitimas sanctiones.



ANNO CHRISTI 1420.

## XXIII.

### *De testamentis.*

Ad hæc, quia quidam in quibusdam partibus consuetudo, immo corruptela detestabilis observatur; videlicet, quod tam clericus quam laicus in lecto ægritudinis constitutus, ultra quinque solidos usualis monetæ, vel aliam summam juxta loci consuetudinem limitatam, nec pius locis, nec personis ecclesiasticis, pro animæ suæ remedio, aut aliis quibuscumque, ordinare legata; considerantes prædictam consuetudinem & sacris canonibus & sacris etiam legibus obviare; cum omnium jura clament, quod ultima voluntas & ultimum hominis testamentum immobile perseveret: & quod nihil fit, quod magis homines deceat, quam ut suum testamentum liberum statuere, ac tamen cum testatores Deo odibilem, animabus & bonis moribus inimicam, auctoritate hujus facti concilii penitus reprobamus, firmiter statuentes, ut ubicumque jura a testamentorum non prohibent factione, vel in lecto ægritudinis constituto, legandi, disponendi & ordinandi de bonis collatis circa pia loca, personas ecclesiasticas, & alias quæcumque, dummodo contra legitimas non veniat sanctiones, libera sit facultas. Volentes & præcipientes districte, ut per locorum episcopos, & ceteros prælatos jurisdictionem habentes, universi clerici & laici impedientes defunctorum legata, seu ultimas voluntates, per excommunicationem in personas, & interdicti in loca sententias, quinodecim tamen dierum canonica monitione præmissa ferendas, ab hujusmodi impedimentis desistere compellantur. Ad quarum executiones & debitas aggravationes procedente tempore faciendas, episcopi & prælati, ad quos testamentorum defensio, utroque jure suadente, dignoscitur pertinere, tam benevolos se exhibeant & paratos, ne hujusmodi negligentia de eorum manibus in die districti judicii requiratur.

a Parta dicit pactis.

b In quodam MS. defunctorum latet.

## XXIV.

### *De parochiis.*

Nos sanctorum patrum, qui ecclesiæ sanctæ Dei & personis ecclesiasticis terminos, quos non licet transgredi, posuerunt, statuta considerantes, hujus sacri approbatione concilii, universis sacerdotibus tam religiosis quam secularibus, cujuscumque ordinis, conditions sive status existant, in civitate diœcesis vel provinciæ Saltzburgensis degentibus, sub debito juramenti quod episcopo in receptione sacerdotii præstiterunt, sub interminatione divini judicii firmiter inhibemus, ne quis alienum parochianum, cujus cura per episcopum, vel loci archidiaconum, seu ejus vicarium, alii est concessa, (excepta necessitatis causa, quæ legem non habet;) ad confessionem recipere, aut ei aliquod ecclesiæ sacramentum porrigere præsumat, non petita desuper & obtenta licentia proprii sacerdotis: cum a [illegible] juris exsistat, talem a tali crimine solvi non possit aliquatenus, vel ligari; & ex hoc ordinem ecclesiæ per majores & sanctos patres divina providentia institutum confundi & perturbari. Et hoc præfens statutum per universos plebanos singulis quatuor temporibus, & in præcipuis festivitatibus coram suis parochianis præcipimus publicari.

## XXVI.

### *De jure patronatus.*

Ad exstirpandam illam detestabilem corruptelam quorundam ecclesiarum patronorum, qui rectoribus earum defunctis, spoliant dotem & ecclesiam rebus mobilibus, & interdum immobilibus, in salutis propriæ dispendium & scandalum plurimorum, statuimus, ut sive clericus, sive laicus hoc facere præsumpserit, cujuscumque dignitatis, etiam pontificalis exsistat, sit a jure præsentandi ea vice suspensus ..... ecclesiam conferat: & si ipse negligens fuerit, superior eam conferat ipsa vice: uterque autem sit excommunicatus ipsa juris ..... & arctius ab omnibus evitetur, donec cum debita satisfactione restituat sic ablata.

ANNO 1420.

A morte archiepiscopi vel proprii episcopi prædictæ provinciæ confiterit, per se vel per alium Missam pro defuncto dicat, in remedium archiepiscopi aut episcopi memorati.

Præ-

ANNO CHRISTI 1420.

## XXVII.

### *De celebratione Missarum.*

Prædecessorum nostrorum ducti vestigiis statuimus, inhibentes hujus sacri approbatione concilii, ut nullus sacerdotum novitiorum illa die, qua primam Missam celebrare voluit, in exordio publicationis sanctissimi sui officii obtaturus Deo primitias gratiæ ac salutis sibi collatæ, aliquos ad convivium invitare, aut invitatos habere, aut procurare per se vel per alium ullo modo præsumat: sed ad solum Deum, cujus militiæ est adscriptus, dirigat aciem suis cordis, maxime die illa devotus, curis & solicitudinibus temporalium, quibus mentes hominum distrahuntur, exentas; remotis vanitatibus histrionum, qualibus tumultibus & insolentiis reproborum, qui etiam sæpe venire affolent non voeati.

## XXVIII.

### *De baptisma.*

Baptismus cum summa reverentia celebretur, maxime in difficultate & pronunciatione verborum, in quibus sacramenti virtus exsistit; his scilicet verbis: Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Doceant igitur sacerdotes tam matres quam feminas, in necessitate debere (illos) parvulos baptizare eadem forma in suo idiomate. Et, quod patres & matres proprios infantes, si summa necessitas exigat, poterunt baptizare. Et, si sacerdotes super hoc diligenter requirentes debitam formam in baptismo invenerint, quod factum est, approbent, supplentes circa baptizatum, quoad unctionem olei in pectore & in scapulis, & chrismatis in vertice, quod a laicis est omissum. Si autem in baptismate debitam formam invenerint observatam, non differant parvulos baptizare.

Item, statuimus, ut in cunctis ecclesiis baptismus, chrisma, oleum & eucharistia sub fideli custodia clavibus adhibitis asserventur, ne possit ad illa manus temeraria extendi. Pallæ quoque altaris, vasa, corporalia & vestimenta ministrorum munda & nitida conserventur. Nimis enim videtur abturdum in sacris sordes negligere, quæ deficerent etiam in profanis.

## XXIX.

### *De immunitate ecclesiarum.*

Quamquam duduin ecclesiarum advocati, ut ab indebitis vexationibus earum abstineant, & contuetis juribus sint contenti, A saluberrimis monitionibus antiquorum conciliorum sint causati: quia, cum plerique domini temporales, & laici alii provinciæ Saltzburgensis, in ecclesiis, monasteriis, seu quibuslibet piis locis, in quibus jus advocationis præteuduer, suis juribus non contenti, inconsuetas & enormes novitates exercent, attentant in ecclesiæ libertatem non modicum detrimentum. Nos hule morbo occurrentes, cupientes, auctoritate hujus concilii statuimus, ne advocati ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum piorum locorum quorumcumque dictæ nostræ provinciæ, quocumque etiam nomine censeantur, de cetero talia præsumant; nec ecclesias, monasteria, & alia pia loca, ultra consueta & debita onera ullatenus aggraventur & infestent, quocumque quæsito colore. Alioquin ipsos, & eorum quemlibet, auctoritate hujus sacri concilii excommunicationis volumus sententiæ subjacere ipso facto: a qua, donec de hujusmodi indebite extortis ac illatis violentiis ecclesiis, monasteriis, atque locis aliis pius, competenter satisfecerint, nullatenus absolvatur.

B Abusum quoque, seu consuetudinem quorumdam laicorum, imo potius corruptelam sacris canonibus & legibus inimicam, quam quidam judices & potestates sæculares ad instantiam se præcedentium habere * auctores contra prælatos ac clericos beneficiatos nostræ provinciæ, seu etiam contra tales ex officio procedentes, licet de facto, ipsos prælatos ac beneficiatos in bonis immobilibus spectantibus ad ecclesias, monasteria & beneficia eorumdem, quasi quodam citationis edicto publico solent ad judicium evocare, licet nulliter & de facto; allegantes, quod non contra clericos, sed ipsorum bona dumtaxat judicent & procedant: non attendentes, quod clerici & clericorum bona eodem gaudent privilegio, & nulla sit res de rebus & personis ecclesiarum attributa judicandi facultas. Nos hanc consuetudinem, facto approbante concilio, penitus reprobamus, decernimus, præfatam consuetudinem fore iniquam, rationi & juri penitus inimicam: statuentes sub pœnis præmissis, quas contra facientes incurrere volumus ipso facto; ut nullus, cujuscumque status, conditionis aut ordinis exsistat, etiamsi pontificali aut ducali præfulgeat dignitate, præfatam reprobatam consuetudinem observet, aut observari faciat, nec ipsius prætextu personas ecclesiasticas prædictarum diœcesium in ipsorum bonis & possessionibus perturbare, inquietare aut judicare præsumat; decernentes irritum & inane, si secus contra præmissa a quoquam fuerit attentatum, sententiæque latæ, licet de facto ac... im-



ANNO CHRISTI 1420.

impossibiles, cum omnibus inde secutis nullius existere roboris vel momenti.

## XXX.

### *De simonia.*

Ut labes pravitatis simoniacæ in nostra provincia penitus exstirpetur, nos, sacro approbante concilio, ordinamus, ut constitutio generalis concilii Constantiensis inferius descripta in singulis ecclesiis cathedralibus & aliis ecclesiis collegiatis per ordinarios aut eorum inferiores ter in anno publice intimetur; ut in pœnarum afflictione nullus valeat crimen prædictum ignorantia excusare: adjicientes, ut ad locum ordinarii & executionem ipsius & aliorum jurium, pro exstirpatione pravitatis præfatæ, procedant contra quosliber transgressores. Alioquin contra negligentes executionem hujusmodi, & simoniam active vel passive committentes, in futuris provincialibus conciliis sacrius, anctore Domino, procedemus. Tenor vero [illegible] sequitur in hunc mundum:

*Martinus, &c.*

„ Multæ contra simoniacam pravitatem
„ ab olim factæ sunt constitutiones, quibus
„ morbus ille non potuit comperenter ex-
„ stirpari. Nos volentes de cetero, ut pos-
„ sumus, attentius providere, sacro ap-
„ probante concilio declaramus, quod or-
„ dinati simoniace ab executione suorum
„ ordinum sint eo ipso suspensi. Electio-
„ nes autem, postulationes, confirmationes
„ & quævis provisiones simoniacæ ecclesia-
„ rum, monasteriorum, dignitatum, perfona-
„ tuum, officiorum & beneficiorum ecclesia-
„ sticorum quorumcumque deinceps fiantur,
„ nullæ sint ipso jure, nullumque per illos
„ jus cuiquam acquiratur: nec promoti,
„ confirmati, aut provisi, faciant fructus
„ suos; sed ad illorum restitutionem, tam-
„ quam inique ablatorum, percipientes
„ tenentur. Statuentes insuper, quod
„ dantes & recipientes ipso facto sententiam
„ excommunicationis incurrant, etiam si
„ Pontificali aut cardinalatus præfulgeant
„ dignitate.

## XXXI.

### *De sententia excommunicationis, suspensionis & interdicti.*

Item in quibusdam locis, ut accepimus, in tantum accrevit temeritas & præsumptio laicorum, quod si quando auctoritate ordinarii, seu delegati, in terram villam aut castrum interdictum generale po- A natur, iidem laici officium sacerdotum, imo quod ipsis sacerdotibus est prohibitum, usurpant, curantes, ut ecclesiasticam per hoc magis censuram elidant, apud loca taliter interdicta sepeliræ præsumant in cœmeterio corpora defunctorum. Licet autem jam pridem contra præsumptores hujusmodi inter alia sit provisum, * ut non refu- *) P. M. ante praec. N.
mantur divina, quam quæ tumulata sunt corpora, fuerint exhumata: quia tamen per illos, contra quos interdictum ponitur, antequam satisfaciant, frequenter in B pœnam deducitur, ut exhumationis pœna ab ordinario seu delegato ante omnia finiatur remittatur: ne forte hujusmodi delinquentium temeritas hac actione impunita remaneat, & per hoc cæteris detur audacia similia præsumendi, sacri approbatione concilii statuimus & mandamus, ut quicumque amodo intra cœmeterium loci interdicti aliquod corpus, seu corpora defunctorum sepeliræ præsumpserint, aut qui talia præsumentibus opem vel operam quocumque modo adhibuerint, excommunicationis incurrant sententiam ipso facto: a C qua non nisi per solum metropolitanum vel diœcesanum, aut cui super hoc fuis vices specialiter commiserit, absolvantur. Metropolitanus vero, vel ejus diœcesanus, aut eorum in hac parte vicarii, nequaquam ad impendendum talibus absolutionis beneficium procedant, nisi prius sepultis taliter corporibus exhumatis, ecclesiæ & personis, quibus ex hoc injuria dignoscitur irrogata, satisfactum fuerit competenter: & nisi super facta exhumatione & satisfactione præstita, ordinarii, aut si copia ipsius haberi non valeat, officialium suorum literas absolutionis ipsis pro testimonio exhibeant & ostendant, ad communionem ecclesiæ nullatenus admittantur.

## XXXII.

### *De hæreticis.*

Cum nonnulli (quod dolenter ferimus) Vvicleffitarum & Huffitarum hæresibus & erroribus infecti, & de eisdem infamati & suspecti, terminos nostræ provinciæ, sub agni specie gerendo lupum, latenter intrantes, ausu temerario præsumunt prædicare, tenere & docere occulte & publice prædictorum errores & hæreses dudum ab universali ecclesia & generali Constantiensi concilio tamquam erroneos & hæreticos condemnatos: nos saluti gregis dominici nobis commissi, saluti animarum & hujic morbo periculoso pervigili cura providere volentes, ne scintilla mali in principio succrescat in flammam, & fermentum vil-

ANNO CHRISTI 1400. modicum totam massam corrumpat, sacro approbante concilio, sub interminatione maledictionis æternæ, ac sub excommunicationis sententiis in singulares personas, & interdicti in loca, si communitates aut domini locorum intra scriptis negligentes aut culpabiles fuerint, quas contra facientes, seu negligentes incurrere volumus ipso facto; inhibemus, ut nulla * ecclesia mundanave persona nostræ provinciæ, cujuscunque status, conditionis aut ordinis existat, etiam si pontificali aut ducali præfulgeant dignitate, præfatis erroribus & hæresibus infectos, infamatos aut suspectos, in suis ecclesiis, monasteriis, parochiis, dominiis, terris, civitatibus, oppidis, villis, castris aut domibus ac locis aliis quibuscunque, ad prædicandum, docendum aut dogmatizandum publice vel occulte admittant, feu affiumant, quovis quæsito colore: nullusque præfatorum eorumdem prædicationem audire, aut prædicationibus interesse præsumat quoquo modo. Ordinamus, ut omnes Christi fideles utriusque sexus memoratæ nostræ provinciæ, postquam audiverint eos, qui sunt hujusmodi, fuisse interiti, præfatis hæreticis & erroribus infectos, infamatos ac suspectos, in præfata nostra provincia morari, docere, dogmatizare errores prædictos, ipsos statim suis superioribus, quorum præsentiam commodè adire poterunt, sine omni excusatione & negligentia, sub pœnis, ut superius expriminitur, denuntiare nullatenus omittant. Omnibus ducibus, comitibus, baronibus, capitaneis, burgravius, castellanis, magistris civium, consulibus, judicibus & officialibus aliis quibuscumque distinctè præcipimus & mandamus sub pœnis præmissis, ut ad requisitionem suffraganeorum nostrorum, eorumdem vicariorum, seu inquisitorum provitatis hæreticæ, seu cujuscumque alterius prædictorum, taliter de hæresi infectos, infamatos aut suspectos incarcerare, captivare aut detinere debeant & teneantur. Et si tales fe præxenderent in facris ordinibus constitutos, nobisque ac nostris suffraganeis, archidiaconis, vicariis, & eorumdem officiis, ac hæreticæ provitatis inquisitoribus deputatis, pro nunc autem in nostra provincia postea deputandis, tradant & affignent taliter denuntiatos & suspectos, ut pro extirpatione tam periculosissimis libere procedant & procedi faciant justa canonicas sanctiones. Receptatores quoque, fautores & defensores eorumdem, pœnis, ut præmittitur, volumus subjacere. Et quia tales infecti, infamati & suspecti de erroribus supradictis, ut plurimum per simulatam conversionem, ad unitatem ecclesiæ redeunt fraudulenter, sacro approbante concilio ordinamus, ut ultra pœnas talibus post conversionem ipsorum & errorum abjurationem a jure inflictas, per annum, postquam abjuraverint, carceribus mancipentur, nec relaxentur ab eisdem, donec de vera & sincera ipsorum conversione verisimiliter præsumatur. Adjicientes, ut omnes & singuli nostri suffraganei ad extirpationem tanti mali viriliter affurgentes, omnia & singula jura contra hæreticos ac de hæresi suspectos & infamatos, contra ipsorum receptatores, fautores & defensores, ac potestates seculares, qui requisiti legitime, negligentes fuis dominis a privitate hæretica extirpare, promulgara provide exequantur & observent, & a suis subditis faciant inviolabiliter observari, paterne, ut tenemur, in hoc ipsorum officium excitantes.

* f. videlicet fidei

## XXXIII.

### *De Judæis.*

Non ambigui juris est, Hebraicam gentem a fidelium crucifixi populo aliquo discretionis extrinsecus fignaculo debere esse separatam. Unde, sanctæ memoriæ Gudo tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, in hanc nostram provinciam a sacrosancta apostolica sede legatus, provide decrevit, statuendo, ut Judæi in publicum se exhibentes, pileum deferre debeant cornutum: non portantes pœna pecuniaria præcipimus multa puniri. Nos autem volentes prædicti legati bonam intentionem, quantum in nobis est, effectui mancipare, omnibus sæcularibus potestatibus, cujuscumque conditionis & præeminentiæ existant, quocumque nomine censeantur, sive communitates, sive singulares reipublicæ præsidentes existant, sub excommunicationis sententia præcipimus, & districte inangimus, ut per se, vel per alios suos familiares, quemcumque Judæum, pileum talem in publico non deferentem pecuniaria pœna, juxta eorum arbitratum taxanda, quacumque conditione, provocatione vel excusatione frivola obtentaria, protinus puniant.

Præcipimus etiam pro meliori hujus providi statuti executionis effectu, ut prædictæ potestates per se vel per alios possint & debeant Judæum sic pileum cornutum non portantem aliqua veste, vel alia re, publice & flatim in itinere quo visus est, pignorari, ut sic eo civitatem non excolvat antedictam. Et quoniam non tantum masculos Judaicæ superstitioni inhærentes a Christiano populo convenit separari, sed etiam ejusdem superstitiosæ feminas atque virgines a catholicorum gente volumus esse segregatas. Unde præcipimus sub eisdem pœnarum exactionibus, ut mulieres vel virgines dictæ superstitioni infidentes, extra se in publicum exhibent Christianorum nostræ provinciæ, nolam fonantem in aliqua sui corporis deferant parte: alioquin ipsas per dictas potestates pœnis & modis præscripsis in virtute sanctæ obedientiæ mandamus affligi.



ANNO CHRISTI 1400. cæ curæ animarum præexistentibus præcipimus, rebelles mulieres communione privare, ac eas alias ecclesiasticis supponere censuris. Universis etiam sæcularibus potestatibus sub ejusdem districtionis pœna injungimus, ut ad ad corroborationem & executionem hujus necessarii statuti faciant statuta pœnalia, quibus hanc sanctionem faciant exactissime observari, &c. Deo gratias.

*In hoc ipso Concilio factum fuit illud singulare, quod episcopi, aliique Prælati inter se fœdus inierunt contra Laicos, a quibus Clerici & ecclesiæ vexabantur, quod ut ordine & efficacior fieret, Patres communi omnes gravamina sua exposuere Sigismundo Regi, & ejus auxilium in postrorum invocarunt. Rex eos per regias litteras fusse de præsidio suo fecerat: quo prædicta Antistites muniti edidere anno sequenti tabulas confœderationis, quæ ibi publicentur invitem affixæ non sacro demaxat, sed etiam temporali gladio. Litteræ sunt ipsæ.*

Nos Eberhardus Dei gratia Archiepiscopus Salisburgensis, S. Sedis Apostolicæ Legatus &c. Nos ejusdem gratia Hermannus Frihngensis, Albertus Ratisbonensis, Gregorius Passaviensis, Berthoullus Bixiniensis, Rimbrus Gurcensis, Engelmannus Chiemensis, Ulricus Seccoviensis, & Wolgangus Lavantinus episcopi Provinciæ Salisburgensis suffraganei, litter patentibus attestamur pro nobis & successoribus nostris: Postquam pro bono publico pacandæ provinciæ ad reoprendam immunitatem ecclesiasticam & bonum regimen conciliam provinciale octava post festum S. Martini die, in urbe Salisburgensi per nos Archiepiscopum Eberhardum convocatum, & rite celebratum fuit, ubi inter cætera ad dictum concilium diversi defectus, gravamina, & importunitates delatæ fuerant, quæ nobis, nostris Prælatis, & clero a quibusdam sæcularibus principibus, dominis, & equitibus, vasallis, eorumque officialibus, & subditis in dicta Provincia commorantibus contra Pontificia, & Cæsarea jura, clerique immunitatem attentantur. Quapropter etiam nos, & illud concilium, serenissimum principem nostrum clementissimum dominum D. Sigismundum Romanorum Regem pro assistentia contra dicta gravamina humiliter invocavimus, & (cum eor ipse noster clementissimus Dominus Romanorum Rex fuis regiis litteris deliper affeuravverit) quod nos matura deliberatione, & Capitulorum nostrorum consilio conferderavimus, usque etiam vigore præsentium confœderamus sequenti modo, & promittimus etiam hoc fœdus servare, nobisque inviccem succurrere sub fide principali fideliter & candide.

Primo itaque, si aliquis ex sæcularibus cujuscumque status & conditionis contra unum, aut plures nostrum, vel Prælatos, clericque immuniatem inique egerit, tunc gravatus, vel gravati secundum jura, aut statuta hujus Provinciæ, contra talem interdictis & excommunicationis procedat, vel procedant, donec resipuerit, & parti gravatæ satisfecerit; & si ejusmodi secularis persona resipuerat, nec satisfacere vellet, & sic in fua temeritate permaneret, post sex septimanas incepti procedatur inviccem invocabimus, nostri, nobisque Prælatorum & cleri causa pro assistentia contra tal-

ANNO CHRISTI 1420. lem sæcularem personam; & qui inter nos invocatus fuerit, in sine moro processum, & excommunicationem patentibus litteris in sua diœcesi contra talem sæcularem publicare teneatur, juxta tenorem processus fideliter & candide continuando usque ad eorum resipiscentiam. Si autem, quod Deus avertat, vales personæ in contumacia perseverantes, & gladium spiritualem censuratum spernerent, deberetque invocari gladius temporalis, præsertim nostri prænominati clementissimi D. Romanorum regis, id fieri debeat nostrem omnium, aut potiorum e nobis consensu & consilio; ita tamen ut nos, & nostrum quilibet, qui ita invocatus fuerit, ut permittitur, assistentiam, consilium, aut consensum sine mora impertiri teneamur, & teneatur, præclusa omni omnino tergiversatione, aut dolo. In quorum omnium fidem, & perpetuam rerum scriptarum memoriam hasce litteras fieri, & nostris, nostrorum Capitulorum dependentibus sigillis roborari curavimus. Datum post Nativitatem Christi anno, 1419. Dominica immediate ante festum S. Antonii: *Appensa sunt sigilla oblideriim.*

ANNO CHRISTI 1420. ARE CHRISTI 1414.

*(2) JOANNES DEI GRATIA PRÆPOSITUS & archidiaconus ecclesiæ Saltzburgensis, universis & singulis domini, abbatibus, præpositis, cæterisque prælatis, archidiaconis, parochialium ecclesiarum rectoribus, plebanis ac clericis quibuscumque per diœcesim Saltzburgensem constituris.

QUAMVIS per sacrorum canonum & provincialium conciliorum statuta recte ac honeste vivendi normam adeo sit sufficienter comprehensa, quod si omnino negligerentur excusatio, quodammodo de cetero aliqua nova conderentur statuta: quia tamen eorumdem tam salubrem mirum, plerorum nostris temporibus memoria quasi vanitas, eorum fere omnium dammodo obsuscavit oblivio, tamquam prodita nunquam extitisset. Et quia justa palpitatis cujusdam dictum, nunquam nimium dicitur, quod nunquam satis. Subscriptæ ordinationes juris communis, ac provincialium statutorum innovationes & declarationes in episcopali synodo in civitate Saltzburgensi nuper celebrata, cui de mandato reverendissimi in Christo patris domini nostri Eberhardi sanctæ Saltzburgensis ecclesiæ archiepiscopi, apostolicæ sedis legati, & ex commissione ejus speciali præsidimus, alias emanarunt. Ad quorum humilem ac devotam observantiam & executionemque promptam & debitam, vos omnes & singulos in domino exhortamur, prout divinam ex hoc reportare remunerationem, præfatique reverendi domini nostri archiepiscopi poenam & ultionem debitas & condignas volueritis evitare.

I.

*Declaratio poenæ statuti provincialis contra notorios concubinarios editi.*

Contra crimen concubinatus clericorum plurimum scandalosum, & hinc merito detestandum, non aliter, nec melius, quam dudum in provinciali concilio statutum fuit, videmus posse provideri. Innotescimus tamen, & ad memoriam revocamus eiusdem concilii . . . . . Omnes namque, qui a die publicationis statutorum provincialium, infra duos menses concubinas suas, quas notorie tenuerunt, a se prorsus non removerint, si beneficiati fuerint, sciant se suis beneficiis statim ipso facto, absque alia privationis sententia, auctoritate eiusdem concilii esse privatos; nec aliquid juris amplius competere, aut aliquem se titulum habere in eisdem: tenerique se idcirco ad restitutionem omnium fructuum & proventuum quos levaverunt, seu in futurum levabunt ex eisdem. Possunque eorum beneficia per habentes potestatem libere alias conferri, vel a curia etiam imperari. Qui vero beneficiati non fuerint, sciant se auctoritate ejusdem concilii ad habendum quæcumque ecclesiastica beneficia perpetuo inhabilitatos.

II.

*Quod clerici non debent secum tenere mulieres juvenes & de inconinentia suspectas.*

Et quoniam juxta apostolum non solum a malo, sed etiam ab omni specie mali debemus abstinere, prohibemus, ne clerici in domibus suis habeant feminas juvenes, de quibus suspicio posse merito oboriri. Qui autem feminarum famulatu carere nequiverint, tales sibi assumant, quæ propter ætatem, morumque gravitatem, aut, si fieri poteſt, consanguinitatem, omnem merito suspicionem excludant.

III.

(2) Termino appositæ ab Eckhart S. Augustini (ut supra statutum fuerat) anno 1420. celebrata synodus provincialis illa, cui Joannes Præpositus Salzburgensis præsedit, cujusque fasciculum videtur in Synagmate Conciliorum, Hermiæ prioribus subjuntur: ubi tolerata quæque statuunturque contra concubinarium &c. Pleraque vero sumpta fuere ex Conciliis per superiores Archiepiscopos, aut Legatos Apostolicos Guidonem, & Joannem Tusculanum celebratis, quorum Hermia singulatim octonarum, maximeque illa, quæ ab Eberhardo in Synodo Salisburgensi nuper habita fuit anno. *Hansizius Germ. Sacr. t. 2. pag. 471.*



ANNO CHRISTI 1420.

III.

*Quod clerici in domibus suis tabernas tenere, aut ad tabernas & luiorum convivia accedere non debeant.*

Inhibemus insuper, prout etiam per sacros canones & provincialium conciliorum statuta prohibitum extat, ne clerici officium tabernariorum exercere præsumant, & ne in suis domibus tabernas teneant, aut vinum more tabernariorum vendant. Tabernas quoque & luiorum convivia (quod valde honestatem dedecet clericalem, ipsorumque clericorum vilescere facit auctoritatem) clerici omnino deviteut, nisi necessitatis causa in itinere constituti.

IV.

*Quod clerici venationi & ludo aleorum & taxillorum insistere non debent.*

Venationi cum canibus, nec ad aucupationibus cum falconibus, nisi, aut hujusmodi voluptuosis clerici omnino non insistant, nec canes tales venaticos aut aves in domibus tenent, aut secum per viam ducant. Ad aleas etiam & taxillos non ludant, nec hujusmodi ludis interfint, nec ludos tales in domibus suis exercere permittant.

V.

*Quales presbyteros debeant sibi assumere plebani in adjutorium exercitii curæ animarum.*

Omnibus insuper Saltzburgensis diœcesis plebanis prohibemus, ne in adjutorium exercitii curæ animarum, aut ad capellanarum assumant presbyteros lusores, potatores, ebriosos, aut laicorum convivia frequentantes, per quos multum plebs scandalizatur fidelis. Nullum etiam facerdotem alienigenam & penitus incognitum, suæ ordinationis literas, seu formatas omni suspicione carentes non habentem; * & vero literas commendatrias proprii episcopi, a aut fide digno testimonio, seu longi temporis conversatione de vita & moribus ipsius fuerit informatus; assumere præsumant.

V I.

*Quod plebani inducere debent sibi subditos presbyteros ad observantiam statutorum provincialium & synodalium ordinationum, & ad deferendum habitus honestos & clericales, a laicorum habitu discrepantes.*

Studeant quoque plebani suorum domesticorum, præsertim clericorum sibi subjectorum, diligentem curam gerere, ipsos ad observantiam constitutionum provincialium, & hujus sanctæ synodi ordinationum, mortum honestatem, clericalisque habitus decentiam respicientium, inducendo; nec patiantur eos deferre habitus a sacris canonibus vel provincialibus concilliis interdictos: sed faciant ipsos deferre vestes in colore & scissura honestatem clericalem decentes; nimia longitudine vel brevitate non notandas, circa pectus & scapulas, ut moris est laicis, non strictas, & corpori bene adjacentes; sed bene amplas, & aliquantum plicatas, manicas decentes, usque ad contactum manus protensas, infra vero brachium deorsum ultra unius palmæ longitudinem minime dependentes, cum goleriis licitis salem unius pollicis collo adjacentibus: scissuras, seu aperturas a latere omnino non habentes, nec retro: ab anteriori tamen parte, propter majorem ambulandi commoditatem, ad altitudinem unius palmæ cum media, vestes non prohibemus aperiri. Vestes etiam ad equitandum deputatas, prout commoditas postulaverit, ante & retro poterunt, honeste tamen, aperire. In scissuris hujusmodi, in goleriis, seu aliis vestium extremitatibus foderaturas expositas, & notabiliter præminentes non habentibus.

Abusum quoque istum clericorum, quo se sæcularibus hominibus conformantes pallia deferunt, nudis joppatis manicis strictas, ut nunc moris est, multiplicter plicatas, seu * rigatas, aut alias laicales habentibus, nulla veste manicata cooperitis, cum expositis brachiis, nequaquam tolerent. Aliasque tam decenter & honeste clericos sibi subditos incedere faciant, ut per decentiam habitus extrinsecam morum valeant ostendere honestatem. Hanc autem habitus honestatem exhortamur præcipue ipsos plebanos, sicut & ceteros clericos, observare, quatenus in omnibus suis subditis se normam & exemplum præbeant.

V I I.

*Quod sacramenta ecclesiastica, & alia spiritualia, libere, sine contentione & pactione præcedente, debeant ministrari.*

Volumus quoque & præcipimus singulis Saltzburgensis diœcesis presbyteris, quatenus circa sacramentorum administrationem omnem observent parigatem, libere, sine pactione aut conventione pravia, ecclesiastica sacramenta, & alia spiritualia administrando. Expoſt vero antiquus & lau-

ANNO CHRISTI 1420.

& laudabiles ecclesiarum consuetudines A pia fidelium devotione, per ministrorum sustentationem introductas non intendimus prohibere, ad quas etiam observandas superiores officii laici ecclesiastica possunt censura compelli.

VIII.

*Quod non sint tolerandi pro aliqua questu publice delinquentes, & quod potestate absolvendi in casibus reservatis sacerdotes abusi non debent.*

Districte quoque prohibemus, ne quis B sacerdotum adulteros, concubinarios, seu fornicarios, aut alios quoscumque publice delinquentes, gratia vel favore, aut pro aliquo temporali emittat. Nec obtentam a superiori in casibus reservatis ad certum personarum numerum licentiam, cum venalem exponant, non nisi ad solvendum aliquid ex pacto, eadem licentia utendo; sed gratis & libere, prout expediens fuerit, ad omnes, sine personarum acceptione, hujusmodi dia casualia uantur potestate.

IX.

*Quod pro sepeliendis preventis nil est exiorquendum.*

Pro sepultura quoque præventorum presbyteri nil extorquere præsumant.

X.

*Qualiter adulteri & concubinarii publici sint admonendi, & ab ingressu ecclesiæ excludendi.*

Ad extirpandum quoque adulteria & concubinatus publica crimina, quæ in diœcesi Saltzburgensi plurimum sunt frequentata, hunc volumus & præcipimus ordinem per singulas Saltzburgensis diœcesis parochias observari, videlicet, ut infra duorum mensium spatium in qualibet ecclesia parochiali aliquo die Dominico vel festivo, quando major adfuerit populi multitudo, publice in ambone admonentur & requirantur in generali omnes & singuli utriusque sexus homines præfatis criminibus publice implicati, quatenus ab hujusmodi adulterio & concubinatu penitus & omnino desistant. Si qui vero generali sperata admonitione se non correxerint, sequenti Dominica in specie admoniantur, ut se emendent, ..... se illi, cæteris domus inhabitant, quatenus ipsi ultra non hospitent, admoneantur & requirantur. Quod si nec tamen monitis se correxerint, sequenti Dominica essent, ab illos qui eos hospitare præsumpserint, ab ingressu ecclesiæ publice excludant, coram quibus exposit presbyteri nullatenus divina celebrare præsumant. Idem quoque de coniugibus utriusque sexus, qui temere sibi mutuo cohabitare recusant & nolunt, & de hospitantibus eosdem, etiam si non sit notorium eos alibi adulterari, volumus per omnia observari.

Hunc quoque ordinem perpetuis temporibus in posterum præcipimus observari: ita quod generalis ista monitio in Dominica prima quadragesimæ publice proponatur, speciali continenter admonitione & exclusione sequentibus diebus Dominicis, prout supra dispositum, continuatis.

XI.

*Qualiter se debeant habere plebani ad eos, quos ad auctoritatem superiorem remittunt.*

Quotiens vero ad superiores auctoritatem aliquos remitti contigerit, plebanus eosdem reversos, nisi literas testimoniales superioris ostenderint, pro absolutis nequaquam teneant, nec sacramenta eis ecclesiastica, nisi pœnitentia, aut saltem pœnitentiæ parte peracta, administrent: quod præsertim circa adulteros & alios criminosos notorios volumus exactissime observari. Et ut fraudibus via præcludatur, hujusmodi notas & manifestos criminosos ad auctoritatem superioris literis suis clausis, causæ & facti narrationem plene continentibus, transmittant: eosdemque reversos, non ad simplices remissionis schedulas, sed ad literas superioris interrogent continentes *, ad ecclesiastica remittant sacramenta.

* Forte, ad sensum

XII.

*Quod matrimonia clandestine non sint contrahenda: & quod socius aut consanguineus facientes ad episcopalem auctoritatem sint remittendi.*

Et quoniam ex clandestinis matrimoniorum contractibus plurima sæpe insurgunt pericula animarum, quibus occurrere cupientes, quod super hoc a jure provide statutum existit, præcipimus observari; ut videlicet, cum matrimonia fuerint contrahenda, prius per presbyteros publice in ecclesia proponantur, bono comperenti termino præfinito, ut infra illum, qui voluerit & valuerit, legitimum impedimentum opponat: & ipsi etiam presbyteri infra illum nihilominus inveniant, an aliquod impedimentum obsistat, solicitare. Cum apparuerit probabilis conjectura contra copulam contrahendam, contractus interdicatur expresse, donec, quid fieri debeat, manifestis constiterit documentis. Qui vero aliter contrahere præsumpserint, ad episcopalem auctoritatem puniendi fecundum juris dispositionem remittantur.



ANNO CHRISTI 1420.

XIII.

*Quod matrimonia in ecclesiis & mediante presbytero contrahi debeant: & quod non post, sed ante carnalem copulam nupciarum solemnis matrimonia sint benedicenda.*

In contrahendis quoque matrimoniis hanc volumus honestatem pro reverentia sacramenti observari, ut videlicet non nisi per presbyteros, &c, si commode fieri potest, in ecclesia, * aliquando in alio loco honesto, sine strepitu, cum honestate debita fiant matrimoniorum copulationes. Matrimonia quoque quæ benedicenda fuerint, non post, ut moris erat, sed ante ipsarum carnalem consummationem, ac solennitatis nupciarum celebrationem, pro benedictionis ipsius reverentia benedicantur.

* Forte, omnino, aliquando. M.

XIV.

*Quod patrini baptismales non multiplicentur.*

Et quia ex cognatione spirituali, sicut etiam ex carnali, impedimentum oritur matrimonii, impedimus contrahendum, & dirimens etiam contractum. Unde, ne nimium inter homines ejusdem parochiæ hujusmodi multiplicentur attinentia, mandamus, quaterius presbyteri parentes baptizandorum puerorum inducere studeant, ut uno tantum viro, vel una muliere, prout canones disponunt, fint contenti. Ad quod si forte facile induci non possunt, saltem ultra duos, unum scilicet virum, vel unam mulierem, nequaquam admittant.

XV.

*Quod presbyteri informare debent populum, qualis & quam lata spiritualis cognatio in baptismo & confirmationis sacramento oritur.*

Injungimus insuper omnibus plebanis, quatenus populum sibi commissum publice in ambone informare studeant, quod, sicut inter quemlibet levantem aliquem de sacro fonte, & ipsum levatum, sic & inter omnes filios & filias, levantem & ipsum levatum, & inter coniugem levantis carnaliter prius cognitum seu cognitam, & ipsum levatum, nec non inter parentes levati & ipsum levantem, & ejus coniugem, carnaliter prius cognitum vel cognitam, cognatio oritur spiritualis impediens matrimonium contrahendum, & dirimens jam contractum. Et ea quæ de levante sunt dicta, etiam de baptizante modis expressis declarent esse intelligenda.

In confirmationis quoque sacramento ratione prius confirmantis, & ad confirmationem aliquam tenentis, non autem ratione ligaturam aut fasciam folummodo fronti alligantis, seu chrisma dumtaxat abluentis, eisdem modis ut in baptismate, hujusmodi propinquitatem provenire populo denuntiare & declarare.

XVI.

*Forma juramenti, quam præstare debent testes synodales in omnibus suorum archidiœcesionorum.*

Jurabunt testes synodales, vel saltem fidem loco juramenti, piabunt in hac forma. Primo, quod per totum annum usque ad synodum proximam diligenter inquirent, simpliciter tamen de plano & absque ulla jurisdictione, quæ correctionis & reformationis tam in clero quam in populo sint necessaria: & quod illa fideliter referent in concilio provinciali & synodo episcopali proxime celebrandis, postquam fuerint requisiti: usfurarios, adulteros, concubinarios notorios, seu manifestos, & quoscumque manifeste & publice delinquentes, tam in clero quam in populo, quos debita ad hæc adhibita diligentia perquisiverint, deferre & denuntiare, quando super hoc requisiti fuerint, denunciare non omittent.

XVII.

*Statuta summatim & ordinate sub certis titulis collocata, populo b collocanda.*

b Forte, communicanda.

Quoniam multa statuta provincialia tam antiqua, quam etiam promulgata, necnon & quæ synodales ordinationes laicos concernunt, quorum * quæ etiam satis dignoscuntur esse pœnalia. Unde, ne ipsos ignorantes contingat detrimentum incurrere, quod dignum est eos postmodum c vetitos sustinere; idcirco statuimus & ordinamus, quatenus singuli Salzburgensis diœcesis plebani eadem statuta laicos respicientia, prout inferius summatim subjectis rubricis & titulis ordinate continentur, quam citius poterunt, eorum habita copia, aliquo die Dominico vel festivo, ad deinceps singulis annis bis: semel scilicet in Dominica prima Adventus Domini, & semel in Dominica prima Quadragesimæ, plebi

* Sic, habet scilicet, sed falsis mendosum.

c Sic, habet scilicet, sed falsis mendosum.

ANNO CHRISTI 1420.

sibi commisse publice in ambone vulga- A ri lingua clare & intelligibiliter intinent, publicent & exponant: ad observantiam eorumdem, prout unumquemque concernunt, * dignosticint, eamdem plebem fideliter exhortando.

XXIII.

*De usurariis & eorum poenis, ex statutis domini Guidonis titulo sancti Laurentii presbyteri cardinalis, & Apostolice sedis legati, quod incipit: Item dolentes.*

Excommunicati sunt ipso facto usuras exercentes: qui sic excommunicati, ter in anno, videlicet in Coena Domini, in Assumptione gloriosæ Virginis Mariæ, in Nativitate Domini, per plebanos & majores suos debent denuntiari, aliis poenis contra usurarios editis nihilo minus salvis.

XIX.

*De eodem ex statuto domini Joannis episcopi Tusculani Apostolice sedis legati, quod incipit: Quia usurarii.*

Usurarii dicuntur etiam, qui sub titulo emptionis usuras exercent, emendo scilicet bona, pro quantitate quæ mutuo petitur, & revendendo eidem, redemptionis tempore pro quantitate eadem adauctio numero usurarum. Et hæc constitutio una cum constitutione Gregorii X. in generali concilio edita publicari debet singulis annis in Quadragesima, lecto evangelio in singulis ecclesiis cathedralibus & collegiatis. Et tunc etiam usuras exercentes contra dicti concilii tenorem, ac illi qui eos retinent in domibus propriis, nominatim & in specie excommunicati debent denuntiari. Et usurarium, etiam occultum, dum tamen usurum vel trium fide dignorum testium ipsum constiterit usuras exercuisse, nec pro eo satisfactum fuerit, nullus recipere debet ad ecclesiasticam sepulturam. Alioquin ecclesiastici, in cujus cœmeterio de consensu prælati five capituli tale corpus sepultum fuerit, exhumatum ecclesiastico subjacet interdicto.

XX.

*Ubinam concilii generalis, de quo supra fit mentio, quod habetur in cap. Usurarum, de usuris, libro sexto, in effectu est talis, ut sequitur.*

Constitutio Lateranensis concilii contra usurarios edita debet inviolabiliter observari: scilicet, quod manifesti usurarii ad communionem altaris & ecclesiasticam sepulturam, & oblationem faciendam, admitti non debent. Et qui eorum oblationes receperint, aut ad ecclesiasticam eos sepulturam admiserint, compelli debent reddere quod acceperint, & ad arbitrium episcopi ab officio suspendi. Item secundo præcipitur dominis terrarum, & universitatibus, seu communitatibus, ne permittant alienigenas in terris & locis suis conducere domos, & jam conductas retinere ad exercendum usuras. Contrarium facientes, si sunt episcopi, aut eorum superiores, suspensionem; alii vero inferiores, excommunicationis; communitates autem interdicti sententias & poenas incurrunt ipso facto: quas suspensionis & excommunicationis poenas, si episcopi, & eorum superiores, aut singulares personæ per mensem sustinuerint animo indurato, eorum terræ, quamdiu hujusmodi usurarii in ipsis permanserint, ecclesiastico subjaceant interdicto: & nihilo minus laici ab hujusmodi excessu per suos debent ordinarios compesci.

XXI.

*Ex eodem concilio generali, quod habetur de usurariis in cap. Quamquam, libro sexto.*

Manifesto usurario, licet mandaverit usuras restitui, ecclesiastica sepultura denegari debet, nisi primo, prout facultates patiuntur, satisfaciat, vel de restituendo idonee caveat illis, quibus restitutio facienda, si præsentes fuerint: vel, ipsis absentibus, loci ordinario, aut ejus vices gerenti, sive rectori parochialis ecclesiæ in qua habitat, coram fide dignis de parochia; in cautione hujusmodi exprimendo quantitatem usurarum receparam, si hujusmodi fuerit quantitas manifesta: alioquin, aliam quantitatem ipsius recipientis arbitrio moderandam: qui, si sciente minorem quam visibiliter creditur, moderetur, tenebitur ad residui satisfactionem. Et eos contra hanc constitutionem sepeliendo, Lateranensis concilii poenam incurrunt. Testamenta quoque talium usurariorum alias facta non tenentur: nec debet aliquis interesse, nec eos absolvere, aut etiam admittere ad confessionem.

XXII.

*De constitutione concilii Viennensis, quæ habetur in Clementina (contra eos) de sepulturis.*

Sepelientes scientes usurarios manifestos, etiamsi exempti fuerint, ipso facto excommunicationis sententiam incurrant: a qua, nisi satisfactio prius competenter eis quibus ex hoc injuria est irrogata, facta fuerit, nullatenus absolvi debent.

ANNO CHRISTI 1420.

XXIII.

*Ex statuto domini Pilgrini Saltzburgensis archiepiscopi, quod incipit: Apud multos.*

Usurarii, postquam a suis rectoribus trina monitione fuerunt nominatim moniti, si infra mensem non deliterint, eo ipso excommunicationis sententiam incurrunt. Et ecclesiarum rectores & prælati tenentur suos subditos manifestus usurarios monere & inducere, ut infra mensem ab hujusmodi pravitate desistant, & de perceptis satisfaciant cum effectu. Quod si non fecerint, eos excommunicatos denuntient, certificantes nihilo minus eos, quod si in hoc peccato decesserint, ecclesiastica sepultura carebunt. Quos si rectores sciente sepelierint, similiter ipso facto ejusdem communicationis sententia sunt ligati. Et manifesti usurarii dicuntur, quorum [illegible] vox & fama, & certa sunt indicia & argumenta, quod pecunias mutuant ad usuras, easque recipiunt; vel fructus rei pignoratæ ex pacto, vel alias sibi imbursant, nec computant in sortem pecuniæ mutuatæ.

XXIV.

*De spoliatoribus & raptoribus stratarum, ex statuto domini Joannis Tusculani, quod incipit: Spoliatores stratarum.*

Excommunicati sunt ipso facto spoliatores stratarum, & raptores transeuntium per vias, & eisdem dantes auxilium vel favorem.

XXV.

*De his qui scienter emunt prædam, ex statutis domini Eberhardi Saltzburgensis archiepiscopi.*

Nullus prædam aliquam scienter emere vel tenere præsumat: alioqui nisi infra mensem prædam ipsam, aut ejus æstimationem, si deprædata & ablata haberi non possit, restituat, excommunicationis sententia percellatur.

XXVI.

*Qualiter decimæ sunt persolvendæ, & qualiter quidam debtant laici decimas usurpantes, ex statuto domini Guidonis cardinalis, Apostolicæ sedis legati.*

Decimæ tam antiquæ, quam etiam de novalibus majores & minutæ, juxta laudabilem consuetudinem patriæ, integraliter sunt persolvendæ. Et laici decimas,





ANNO CHRISTI 1420.

A maxime novalium & minutas sibi usurpantes, ab ingressu ecclesiæ usque ad satisfactionem condignam sunt suspensi.

XXVII.

*De his qui imponunt aut exigunt nova passagia, vel antiqua augmentant, ex statuto domini Joannis Tusculani episcopi, quod incipit: Imponentes.*

Nova passagia imponentes & exigentes, vel antiqua augmentantes, singulis annis summus Pontifex in Coena Domini denuntiat excommunicationi subjacere: quos etiam, five fuerint ecclesiasticæ, five sæculares personæ, quocumque nomine censeantur, locorum ordinarii per se vel suos vicarios omni anno in eadem die Cœnæ Domini, pulsatis campanis & accensis candelis, excommunicatos & ab omnibus evitandos usque ad restitutionem integram debent denuntiare.

XXVIII.

*Quod etiam in lecto ægritudinis potest quis testari, contraria consuetudine non obstante, ex statuto domini Eberhardi archiepiscopi Saltzburgensis, quod incipit: Ad hæc.*

Non obstante consuetudine, quæ potius est corruptela, ubi jura testamentorum a sanctionem non prohibent, quilibet, etiam in lecto ægritudinis constitutus, legare, disponere & ordinare potest de bonis sibi collatis a Deo piis locis, aut alias. Et impedimentum præstantes, per prælatos compesci debent ecclesiastica censura.

XXIX.

*De his qui sempore interdicti sepelunt corpora defunctorum, aut sepeliendus opem præstant, ex statuto domini Eberhardi archiepiscopi Saltzburgensis, quod incipit: Item in quibusdam.*

Excommunicati sunt laici sepelientes intra cœmeteria locorum interdictorum corpora defunctorum, aut qui sepeliendibus opem vel operam præstant: a qua non absolvantur, nec per ordinarium loci, vel per eum cui super hoc specialiter committitur fuis vices. Hujusmodi tamen absolutio non est impendenda, nisi prius exhumentur sic tumulata, & satisfactum fuerit ecclesiæ & personis, quibus exinde injuria dignosciur irrogata. Nec etiam illes ad communionem ecclesiæ admittantur, nisi habeant exhumationem & absolutione prædicta litteras ordinarii vel sui officialis.

ANNO CHRISTI 1420.

A

## XXX.

*Quod mulieres per exclusionem a communione prohibendæ sunt ab illicito vestitu, ex statuto domini Ebrehardi Saltzburgensis archiepiscopi, quod incipit : Cum in partem.*

Mandatur sub pœna excommunicationis omnibus laicis, & sub obtestatione divini judicii, ut uxores suas & filias & alias mulieres, in præfestia vel familiari potestate constitutas, faciant honeste incedere: prohibeantque, ne nimiam in vestibus longitudinem, & (ab) aliis mulierum ornamentis excessiuitam superfluitatem habeant. Quibus etiam mandatur sub pœna excommunicationis, ut in his parent maritis suis, alias eucharistiæ communione priventur, & per censuram ecclesiasticam arceantur. Et in fine mandatur sæcularibus potestatibus sub pœna præfata, ut ad corroborationem hujusmodi statuti faciant hanc constitutionem exacte observari.

## XXXI.

*De hiis qui occidunt, verberant, aut qualitercumque manus violentas in clericos injiciunt, aut eos captivant, seu captivatos tenent. Ex statuto domini Guidonis cardinalis apostolicæ sedis legati, quod incipit : Item cum in plerisque.*

B

Occidens, verberans, aut qualitercumque manus violentas in clericos injiciens, seu eos capiens, singulis annis in synodis episcopalibus excommunicati denunciari debent, & nominatim illi, de quibus constiterit manifeste.

## XXXII.

*De eodem, ex statuto ejusdem domini Guidonis, quod incipit : Quodcumque vero.*

Vulnerans enormiter ecclesiasticam personam, occidens vel captivans, non nisi per sedem apostolicam debet absolvi. Et si quid tenebar ab ecclesia, illud ipso facto perdit, quod in utilitatem ecclesiæ debet converti. Et generaliter in diœcesi, in qua aliquem canonicum cathedralis ecclesiæ, vel in dignitate ecclesiastica constitutum capi contigerit, aut captivum detineri, usque ad liberationem ipsius, & debitæ satisfactionis exhibitionem. Similiter & in parochia, in qua res clericis violenter ablatas detineri contigerit, usque ad satisfactionem & restitutionem cum ea cessari debet a divinis.





ANNO CHRISTI 1420.

## XXXIII.

*De eodem, ex statuto domini Friderici Saltzburgensis archiepiscopi, quod incipit : Statutum.*

Capitvato domino archiepiscopo Saltzburgensi, aut aliquo ipsius suffraganeo, seu invasa ecclesia Salzburgensi, aut quacumque alia ecclesia cathedrali provinciæ Saltzburgensis, hostiliter & injuriose, ut de subversione status ejus verisimiliter timeatur, statim postquam hoc innotuerit, per totam provinciam Saltzburgensem cessari debet a divinis. In terris tamen principum cessari non præcipitur, nisi ab offensis hujusmodi cessare; & emendam præstare infra mensem admoniti contemplerint.

## XXXIV.

*De eodem, ex statuto ejusdem Friderici, quod incipit : Item cum hi.*

Qui violentas manus in clericos injiciunt debent in parochia, in qua delictum commissum fuerit, aut in qua injicieos domicilium habuerit, per rectores ecclesiarum singulis Dominicis & festivis diebus excommunicati denunciari : & qui tales violentos injectores sciente ad divina vel ecclesiasticam sepulturam receperint, sunt ab officio suspensi. Qui vero in prædicta denuntiatione, postquam sibi per ordinarium fuerit specialiter demandata, negligens fuerit aut remissus, per viginti dies ab ingressu ecclesiæ & ab officio est ipso facto suspensus.

D

## XXXV.

*De eodem, ex statuto domini Joannis Tusculani episcopi, apostolicæ sedis legati, quod incipit : Eos qui.*

Captivantes, seu captivos detinentes clericos & personas ecclesiasticas, si infra octo dies, postquam requisiti fuerint, eos non relaxaverint, omnibus Dominicis & festivis diebus per prælatos & rectores ecclesiarum, in quarum limitibus hujusmodi captivantes aut detinentes commorantur, & personæ hujusmodi ecclesiasticæ fuerint captivatæ aut in quibus captivæ detinentur, excommunicati publice denuntientur. Et nihilo minus, ubi hujusmodi ecclesiasticæ personæ captæ detinentur, quamdiu taliter detinentur, clerici hoc scientes cessare debent a divinis : contrarium facientes excommunicati sunt ipso facto.



ANNO CHRISTI 1420.

## XXXVI.

*De hiis qui verberant vel capiunt nuntios legatorum apostolicæ sedis, archiepiscoporum delegatorum judicum & aliorum : aut eos qui de curiis eorum veniunt, aut eos occidunt : ex statuto domini Joannis Tusculani, quod incipit : Si qui in tant.*

A

Capientes, verberantes nuntios legatorum apostolicæ sedis de latere missorum, seu archiepiscoporum, aut episcoporum, vel delegatorum; & eisdem literas auferentes, vel dilaniantes, seu ipsos in jurisdictionem, (aut) eis commissa quomodolibet, manifeste vel occulte impedientes : similiter & illi qui ad curiam eorum legatorum, archiepiscoporum, episcoporum, vel delegatorum venientes, aut abinde recedentes offendunt in personis, aut bona quæ secum habent, spoliant, excommunicati sunt ipso facto.

## XXXVII.

*De eodem, ex statuto domini Eberhardi archiepiscopi Saltzburgensis, quod incipit : Præterea.*

B

Reus verberans, spolians & captivans nuntium judicis, literas judiciales defrentem, pro convicto debet haberi : & idem in actore in causa reconventionis.

## XXXVIII.

*De hiis qui bona decedentium clericorum occupare præsumunt, ex statuto domini Guidonis cardinalis apostolicæ sedis legati, quod incipit : Item ad aures.*

C

Patroni ecclesiarum tam clerici quam laici, advocati, judices & principes bona decedentium clericorum occupantes & usurpantes, excommunicationis vinculo, quousque ablata restituant, debent innodari.

## XXXIX.

*De eodem, ex statuto domini Friderici Saltzburgensis archiepiscopi, quod incipit : Item statutum, & statuto domini Joannis Tusculani apostolicæ sedis legati, quod incipit : Nonnulli.*

D

Raptores, invasores & occupatores bonorum clericorum detinentium, ipso facto excommunicationis sententiam incurrunt. Et in locis, ubi talia bona violenter ablata conservantur, tamdiu cessari debet a divinis, postquam hoc rectoribus ecclesiarum innotuerit, donec ablata hujusmodi successori defuncti reddantur, in pristino loco reponantur, ac alia satisfactio competens subsequatur.

## XL.

*De eodem, ex statuto domini Eberhardi archiepiscopi Saltzburgensis, quod incipit : Aut extirpandam.*

A

Ecclesiarum patroni, sive clerici aut laici, qui rectore ecclesiæ mortuo, dotem & ecclesiam reliquo mobilibus seu immobilibus spoliant, cujuscumque dignitatis fuerint sint a jure putandi illa vice suspensi, & collatio ad immediatum superiorem devolvitur. Insuper etiam ipso facto excommunicationis sententiam incurrant.

B

## XLI.

*De hiis qui imponunt tallias & exactiones ecclesiasticis personis. Ex statuto domini Pilgrini archiepiscopi Saltzburgensis, quod incipit : Cum ecclesiæ.*

Imponentes clericis & ecclesiasticis personis, & recipientes ab eisdem exactiones, tallias & collectas; si infra mensem, postquam per ecclesiarum prælatos monitis fuerint, non destiterint, vel de damnis illatis competenter non satisfecerint; excommunicati sunt ipso facto, & terræ ipsorum ecclesiastico subjacent interdicto.

C

## XLII.

*De hiis qui ecclesiasticas personas compellunt solvere pedagia vel quidagia de rebus suis. Ex statuto ejusdem domini Pilgrini, quod incipit : Constitutionem : & in cap. de censibus, lib. 6.*

Bonifacius VIII. statuit, quod si universitas seu communitas, vel singularis quæcumque persona, cujuscumque dignitatis fuerit, per se vel per alium, suo vel alieno nomine ecclesias vel ecclesiasticas personas compulerit solvere pedagia vel quidagia, seu exactiones pro rebus suis, quas causa negotiationis non deferunt, universitas talis est interdicta, & personæ singulares excommunicatæ. Nec valet contraria consuetudo. Et hæc constitutio per prælatos, archidiaconos & plebanos debet solenniter publicari.

D

## XLIII.

*De hiis qui occupant, invadunt aut usurpant sibi ecclesiastica bona. Ex statuto domini Joannis Tusculani, quod incipit : Dignum.....*

E

Sæculares ecclesiasticæve personæ, quacumque dignitate præfulgeant, (Romanorum dumtaxat rege & ejus conjuge & filiis exceptis) * ecclesias & ecclesiastica bona, jura, & jurisdictiones, seu ecclesiarum vassallos publice occupare aut invade-

* f. quæ

re,

re, vel scienter usurpare, seu occupatori- A
bus, invasoribus, aut usurpatoribus hujus-
modi potestatem quomodolibet, auxilium
vel favorem * præstiterint: nec non
qui bona ecclesiarum titulo pignorum de-
tineant obligata, a quibus receperint ultra
sortem: nisi requisiti infra mensem satisfe-
cerint, ipso facto excommunicati, & ter-
ræ ipsorum ecclesiastico subjacent interdi-
cto; quod clerici terræ offensorum ad so-
lam denuntiationem prælati offensi obser-
vare tenentur: alioquin ante satisfactionem
coram celebrante a divinis sunt ipso facto
suspensi. B

* f. de pas-
sim.

## XLIV.

*De eodem, ex statuto ejusdem domini Joannis Tusculani, quod incipit: Nullus de cetero.*

Qui prætextu guerrarum, quas habent
cum advocatis ecclesiarum, earumdem ec-
clesiarum bona subripuerint, aut ecclesias
ipsas, aut earum villas & incendio vel ho-
stilitate devastant, aut homines earum suis
bonis spoliant, excommunicati sunt ipso
facto; nec possunt, nisi sufficienter emen-
daverint, absolvi.

## XLV.

*De eodem, ex statuto ejusdem domini Joannis, quod incipit: Prohibemus.*

Qui propter debitum aut fidejussoriam
obligationem alicujus personæ singularis,
bona ecclesiastica ad ipsam ecclesiam & ca-
pitulum communiter pertinentia ceperit,
seu spoliaverit, nisi requisitus infra quinde-
cim dies a die requisitionis numeratos re-
stituerit, excommunicationis sententiam ipso
facto incurrit.

## XLVI.

*De his qui ad vacantes ecclesias mittunt armatos, & faciunt sibi expensas. Ex statuto domini Eberhardi Saltzburgensis archiepiscopi, quod incipit: Ad.....*

Prælati principes, & alii nobiles atque
officiales eorumdem, qui ad vacantes præ-
laturas, beneficia sive officia, mittunt gen-
tes armorum, & inibi expensas faciunt E
graves, aut compellentes eligere per abu-
sum potestatis secularis, aut potentiæ inordi-
nate, non qui electum & confirmatum
non admittunt, ad ipsum ecclesiam & ad
certa pecuniæ quantitate; nisi infra men-
sem emendaverint quod fecerint, excom-
municati sunt ipso facto: a qua sententia
nisi absolvantur, donec satisfaciant, & ex-
torta restituant: in quibus etiam non pro-
dest eis restitutio.



cto excommunicationis sententiam incur- A
runt.

## L.

*Ex statuto domini Eberhardi Saltzburgensis archiepiscopi, quod incipit: Quoniam. De patronis qui partem advocatiæ, cum præsentant, sibi retinent ex pacto.*

Laici patroni ex pacto sibi retinentes par-
tem decimarum, vel aliarum obventionum
ecclesiasticarum in beneficiis, cum præsen- B
tant clericos ad ea, excommunicati debent,
& terra eorum ecclesiastico interdicto sup-
poni, donec ecclesiam liberam dimittant
sub suo jure: salvo tamen eis jure patro-
natus. Clerici autem taliter ab ipsis reci-
pientes beneficia, officio & beneficio pri-
ventur; nec ad beneficium vel actus eccle-
siasticos admittantur, nisi per sedem Apo-
stolicam cum eis fuerit dispensatum. Epi-
scopi vero & archiepiscopi, qui hujusmo-
di coram ipsis commiserint animarum, sub re-
stitutione hujusmodi beneficiorum & colla-
tione perpetuo sint suspensi.

## LII.

*De eodem, ex statuto ejusdem domini Eberhardi archiepiscopi Saltzburgensis, quod incipit: Beneficia.*

Clerici qui præsentantur ad ecclesias per
patronos cum assignatione alicujus portio-
nis, ut residuum ipsius patronorum appli-
cetur, si de hoc non deferunt querelam ad
episcopum suum, sunt ipso jure suspensi,
& per episcopum hujusmodi beneficiis spo-
liandi. Patroni vero per episcopum, cum
hoc ad ipsum deductum fuerit, ab hujus-
modi exactione compescantur. Et si in hoc
pertinaces reperti fuerint, ad præstæratio-
nem hujusmodi ecclesiarum, cum proxime
vacaverint, nullatenus admittantur.

## LIII.

*De laicis qui sine consensu prælatorum bona fabricæ ecclesiarum deputata administrant. Ex statuto domini Joannis Tusculani, quod incipit: Laicos.*

Laici sine assensu prælatorum & capitu-
lorum bona fabricæ ecclesiæ deputata ad-
ministrare non possunt. Et qui contrarium
fecerint, si infra mensem, postquam per
ordinarium loci moniti fuerint, non desi-
stunt, excommunicati sunt ipso facto.

## LIV.

*De his qui ecclesias & earum ædificia violenter & sine prælatorum assensu incastellare præsumunt, aut gentes ibi tenere. Ex statuto ejusdem domini Joannis Tusculani, quod incipit: Nonnulles.*

Qui ecclesias, campaniliæ, seu alia ec-
clesiarum ædificia violenter & sine præla-
torum assensu incastellare, aut personis ar-
matis munire præsumpserint, & eorum he-
redes hujusmodi violentiæ participes, per
suos superiores excommunicationis pœna
percellantur.

## LV.

*De hiis qui prohibent, ne quis conquiratur coram ecclesiastico judice; aut qui condunt statuta contra ecclesiasticam libertatem. Ex statuto ejusdem Joannis Tusculani, quod incipit: Personis.*

Universitates civitatum & locorum pro-
hibentes, ut nullus conquiratur coram ec-
clesiastico judice; ac statuta condentes con-
tra clerum & ecclesiasticam libertatem, in-
terdicti: singulares vero personæ talia com-
mittentes, quacumque dignitate præfulgeant,
excommunicationis sententias ipso fa- C
cto incurrunt.

## LVI.

*De hiis qui tradunt ecclesiasticas personas coram judice seculari. Ex statuto domini Pilgrini Saltzburgensis archiepiscopi, quod incipit: Sæpe.*

Trahentes clericos & ecclesiasticas per-
sonas coram judice seculari, nemon ecle-
siastica personæ convestæ sponte coram ta-
libus judicibus secularibus judicialiter res-
pondentes, excommunicati sunt ipso facto.

## LVII.

*De eodem, ex statuto domini Eberhardi Saltzburgensis archiepiscopi, quod incipit: Dudum.*

Judices sæculares, qui personas ecclesia-
sticas ad judicia sua sæculaia evocare aut
trahere in ipsorum contumaciam, ipsis non
consentientibus, ecclesiastica bona invaden-
da decernere præsumpserint, excommuni-
cati sint ipso facto. Et quotiens laicus, cu-
juscumque dignitatis existat, ecclesiasticam
personam ad judicium secularem trahere aut
judicare præsumpserit, tamdiu in interdicto
trahentis & judicantis existat, & divinis,
donec satisfecerint parti tracta, & absolu-
tionis beneficium meruerint obtinere. D

Ita

ANNO CHRISTI 1420.

## LVIII.

*De eodem, ex statuto ejusdem domini Eberhardi, quod incipit: Quamquam, in paragrapho; Abusum.*

Invalida & iniqua est constitutio, qua judices seculares trahere conantur personas ecclesiasticas ad judicium seculare, etiam super bonis ecclesiasticis: & contra facientes excommunicati sunt ipso facto; & eorum processus ac omnia inde secuta nullius sunt momenti.

## LIX.

*Provisio contra Hussitas, ne admittantur ad prædicandum; & quod eos sententi sui superioribus denuntient. Ex statuto domini Eberhardi Saltzburgensis archiepiscopi, quod incipit: Cum nonnulli.*

Mandatur sub interminatione maledictionis æternæ, sub excommunicationis pœna latæ sententiæ in singulares personas, & interdicti in loca, ne quisquam ex illis, qui fuerint ex istis, etiam si Doctorum vel ducali præfulgeat dignitate, Viclefistas & Hussitas, & de eorum hæresibus & erroribus infamatos aut suspectos, in quibuscumque locis ad prædicandum, docendum & dogmatizandum admittat, seu affuat, publice vel occulte. Et omnes utriusque sexus Christi fideles dictæ provinciæ, postquam audiverint, sciverint, aut eis constiterit, hujusmodi hæreticos & suspectos in provincia morari vel docere, &c. sub pœnis prædictis denuntiare teneantur suis superioribus, si eorum præsentiam commode adire possunt. Principes quoque & comites, & eorum judices & officiales, ad requisitionem episcoporum, vel locumtenentium vicariorum, tales incarcerare, captivare & detinere debent & tenentur sub pœnis prædictis, etiamsi se prætendant in sacris constitutos; quos tamen suis superioribus præsentare teneatur. Et contra eos procedatur juxta canonicas sanctiones. Receptatores quoque, fautores & defensores eorumdem pœnis subjaceant præfatis. Insuper ordinatur, ut ultra pœnas juris, non abjuratores hujusmodi errores per annum carceribus mancipentur; nec relaxentur, donec de vera constet ipsorum & non simulata conversione. Hortantur demum suffraganeis, ut contra tales viriliter insurgant, & jura ecclesiarum & observentur, & a suis faciant subditis inviolabiliter observari.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE S.J.

R. P. Theodorus Mercator Societatis nostræ Theologus Ursulanus scribens die 20. Octobris anni 1661. monuit, in divin bibliotheca Ambrosiana domini Octavii L. B. Baronis de Nostitz Juventæ in Silesia extare MS. in a. Libium, cujus primæ tres paginæ mala manu evulsæ sunt; deinde tecenti claraëtere legitur titulus, cui subjecta sunt quæ sequuntur ab eo prænominato transcripta.

## STATUTA SYNODI PROVINCIALIS

habitæ in choro ecclesiæ collegiatæ in Calisch, Gnezznensis diœcesis, anno Domini MCCCCXX.

*Processus circa electionem episcopi Strigoniensis.*

*..... hujus facri concilii innovamus.*

Sicuidum est quod voletibus ecclesiam vacantem obtinere quod alterq de tribus modis ipsis vacantibus provideur? Aut ipsa ordinatur vacans ecclesia per provisionem aut electionem aut per postulationem solemnem. Provisio pertinet ad superiorem, in qua non est negotium formi concilii. Electio autem & postulatio ad inferiores in quibus forma concilii generaliter necessario observanda est. Forma autem ipsius concilii tempore est forma scrutinii, compromissi & inspirationis; vel quasi secundum alterutram istarum quæ[illegible] libet eligentium, solemniter postulatione in ecclesiis, aut cathedralibus & collegiatis, debet denunciatio præcedere. Per formam autem scrutinii proceditur modo [illegible] Ecclesia cum pastoris regimine destituta, capitulum seu canonici [illegible] tatenus tantum ad electionem ecclesiarum. De quo fiat publicum instrumentum, in quo narrabitur quod die tali præce-

*Ex libellis Barnetii de Stoffelis, in Gallia, etc.*

D dente vel translato, a defuncto tali prælato, talis ecclesiæ, ejusque corpore ecclesiastice tradito sepulturæ, capitulum seu canonici qui tunc præsentes erant, convenientes, talem terminum cum continuatione dierum sequentium ad electionem celebrandam unanimiter statuerunt qui termino-erit competens, ut infra ipsum abientes qui sunt citati commode venire possint, confederantes locorum distantias & personarum & temporis qualitatem; non tamen nimis longus, quia in electione mora est periculosa, &c. *Sequitur.*

*Canon de supplenda negligentia prælatorum.*

Contingit nonnunquam, &c.

*De permutatione.*

Nullus ecclesiam vel beneficium, &c.

*De tempore.*

Cum electorum ordinatio, &c.

*De filiis presbyterorum;*

Cum illigitime natis, &c.

*De clericis peregrinis;*

Nullus clericus, &c.

*De officio archidiaconi.*

Statuimus quod archidiaconus, &c.



ANNO CHRISTI 1420.

*De officio vicarii.*

Ne forte contingat, &c.

*De officio ordinarii.*

Statuimus quod deinceps futuris temporibus, &c.

*De majoritate & obedientia.*

Cum inferior superiori regulariter, &c.

*De procuratoribus.*

Quamvis in omnibus peragendis causis.

*De alienatione mutandi judicii causa facta.*

Quia plerumque cessiones actionum, &c.

*Liber secundus: De judiciis.*

Quoniam quidam propter potentiam, quidam propter crudelitatem magnarum personarum accedere non possunt ut citentur, quidam etiam qui in castris, &c.

*De foro competenti.*

Quoniam plures ecclesiastici census redditus, &c.

*De feriis.*

Ut ecclesiastica celebratio celebritatum habeat ecclesiarum nostræ provinciæ concordiam, statuimus infra scriptis diebus tam clericos quam Jaicos a servilibus operibus abstinere. In festivitatibus videlicet Nativitatis, Circumcisionis, Epiphanæ, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, cum duobus diebus immediate sequentibus, necnon Corporis Christi, & Beatæ Crucis Inventionis, & Exaltationis, & omnibus diebus Dominicis, & in festivitatibus Beatæ Mariæ Virginis, feliciet Annunciationis, Visitationis, Conceptionis, Purificationis, Nativitatis, & Assumptionis, item in die Angelorum quod dicitur festum sancti Michaelis. Item in festo Nativitatis sancti Joannis Baptistæ, item in diebus Apostolorum Philippi & Jacobi, Petri & Pauli, Jacobi majoris, Bartholomæi, Matthæi, Simonis & Judæ, Andreæ, Thomæ, & Joannis, Matthiæ, & divisionis Apostolorum prædictorum. Item in diebus martyrum Stephani, Innocentum, Laurentii, Adalberti, Stanislai. Item confessorum, Martini, Nicolai. Item Mariæ Magdalenæ, Elisabeth, Hedwigis, Catharinæ, Agnetis, Dorotheæ, Margarethæ. Item festum Omnium sanctorum. Item episcopus festivitates patronorum suæ ecclesiæ in his diœcesis poteat facere celebrari. Item in diebus Marci & Lucæ evangelistarum. Item quatuor doctorum ecclesiæ Gregorii, Ambrosii, Augustini, Hieronymi, quorum festivitates fideles memoriæ Bonifacius Papa mandavit universis ecclesiis sub officio duplici solemniter venerari. Item ut populus in eus parochiali ecclesia divino officio præsaudito ad sua opera licita dimittatur. Item quaelibet parochialis ecclesia festum patroni sui, in cujus est honorem principaliter dedicata, & anniversarium dedicationis diem in sua parochia facit celebrari, sicut constitutionibus rationabilibus cujusibet diœcesios.

*De jurejurando.*

Communicationes, conspirationes, & colligationes, &c.

*Liber tertius: De vita & honestate clericorum.*

Quia licet prælati quoadque supra, &c.

*De indiscretionibus.*

Præsentis constitutionis auctoritate facto approbante concilio inhibemus, ne quis archiepiscopatum, &c.

*De sede vacante.*

Quoniam nonnunquam contingit quod ad vacantem episcopatum, &c.

*De rebus ecclesiæ non alienandis.*

Indemnitatibus ecclesiarum providere volentes, &c.

*De emptione.*

Si quis emerit animalia, &c.

*De testamentis & ultimis voluntatibus.*

Clericus de proventibus anni gratiæ, &c.

*De anno gratiæ.*

Licet alias per bonæ memoriæ archiepiscopum Goezneuensem Jacobum prædecessorem nostrum.

*De parochiis.*

Universis sacerdotibus tam religiosis quam sæcularibus, &c.

*De decimis.*

Veteris testamenti serie, &c.

*De statu monachorum & ecclesiarum regularium.*

Compatientiatem a monachis contrahi difficilius inhibemus, &c.

*De capellis monachorum.*

Nullus religiosus cujuscumque ordinis continue deservire valeat in parochialibus ecclesiis sæcularium ultra octo dies abque parochialis ecclesiæ ordinarii licentia, &c.

*De consecrationis ecclesiæ vel altaris.*

Si ecclesiam pollui humani sanguinis aut seminis effusione, &c.

*De celebratione Missarum.*

Si per nos aut suffraganeorum nostrorum aliquem, &c.

*De custodia eucharistiæ.*

Statuimus ut in cunctis ecclesiis Eucharistia, Christus, Oleum Sanctum, Aqua Baptismi, sub fideli custodia, &c.

*De observatione jejuniorum.*

Ad hæc etiam prohibemus ne quis adultus, &c.

*De ecclesiis ædificandis.*

Ecclesiam seu basilicam de novo nullus ædificet, nec antiquam fulferat, nisi per episcopum vel ejus commissarium, &c.

*Liber quartus: De sponsalibus.*

Ultimus contensus intervenit de præsenti.

*De cognatione spirituali.*

Spiritualis cognatio five paternitas in vigiori casibus matrimonium impedit, & dirimit jam contractum. Scilicet inter levantem & levatum, &c.

*Quintus liber: De simonia.*

Licet Hell summus sacerdos, &c.

*De Judæis.*

Judæis item omnibus, &c.

*Contra Christianos qui ad ritum transeunt Judaorum.*

Remedium contra hæreticos. Primum remedium, &c.

*De fornicatione.*

Excommunicatus & anathematizatus, &c.

*De clericis excommunicatis ministrantes.*

Cum scripsum sit in lege Domini, &c.

*De privilegiis & privilegiorum excessibus.*

Potestas statuimus ne religiosus cujuscumque ordinis, &c.

*De injuriis & clericorum percussoribus.*

Et quia de prælatis & canonicis, &c.

*De penitentia & remissionibus.*

Doceant maxime ante Quadragesimam sacerdotes, &c.

*De sententia excommunicationis.*

Statuimus & præsentis concilii auctoritate inviolabiliter præcipiunt, &c.

*De*

ANNO CHRISTI 1426.

*De regulis juris.*

Sanctorum patrum regulis & statutis quilibet Christianus rogatur, in vita vebis & factis ut fciat & facat quod acceptum eft a Deo, &c.

Acta funt hæc in choro ecclefiæ collegiatæ in Califch, Gneznenfis diœcefeos, anno à Nativitate Domini MCCCCXX. indictionis decimæ tertiæ, Pontificatus fanctiffimi in Chrifto patris & domini noftri domini Martini fuperna providentia Papæ V. anno 111. die Mercurii xxv. menfis Septembris, hora Tertiarum vel quafi: præfentibus reverendis in Chrifto patribus & dominis, Alberto Cracoviefi, Jacobo Plocenfi, & Andrea Pozznanienfi, necnon venerabilibus & egregiis viris dominis Clemente abbate monafterii de Mochlina ordinis canifi Benedicti, Stephano Paleck Callicum, Nicolao Peifer Sandomirienfis facræ Theologiæ profefforibus. Nicolao de Krikus archidiacono. Petro Wolferami fcholaftico, Ladislao de Operaldo Gneznenfi, & Stanislao de Pfarmibura Cracovienfium ecclefiarum canonicorum, & decretorum doctoribus licentiatis, aliifque prælatis tam religiofis quam faeculariibus, tunc in fancta provinciali fynodo in Spiritu-fancto legitime congregatis.

*Subfcriptio Notarii.*

Et ego Joannes Alberti de Wiclatava electus Gneznenfis diœcefis publicus apoftolica & imperiali auctoritate notarius, quia dictorum patrum, ac

A Actioni, correctioni, moderationi, eorumque approbationi parnatum & fententiarum promulgationi, aliifque omnibus & fingulis præmiffis, in dum fieut præmittitur coram præfato reverendiffimo in Chrifto patri domino Nicolao fanctæ Gneznenfis ecclefiæ archiepifcopo, ac fancta provinciali Gneznenfi fynodo, & per fupradictum archiepifcopum & primatem agerentur, & ficut una cum præmonimatis teftibus præfenti. bus interfui, eaque omnia & fingula de fieri vidi & audivi; ideo me arduis occupato negotiis per alium fidelem notarium fcribi feci de mandato quoque ipfius domini archiepifcopi primatis fidei diligenti inftantiatione : eximde prout publicitum inferui, conferci fe in hanc publicam formam redegi, & me huic fubfcripfi, figilio quoque & nomine meo foliitis & confuetis una cum appofitione figilli ipfius requiftus confignavi in fidem & teftimonium præmiffarum.

OBSERVATIO P. PHILIPPI LABBE, S. J.

Abrahamus Bzovius in Annalibus Ecclefiafticis ad annum Chrifti MCCCCXII. a num. primo ad octavum refert plurimas I. acta fynodi Pragenfis Huffitarum haereticorum die XIII. Julii eiufdem anni celebratæ; II. eoumdem vigintiunum articulos contra Thaboritas, ac prorollionem publicatam de quatuor articulis de quibus xxiv. Martii MCCCCXIII. Baftiæ difficultatem adhuc fuiffe pofita memorabimus, III. capita XVII. expoftulationis adverfus Hoffitas, quibus ipfe regem, quae to pro eorum, & libertate notarius, quia dictorum patrorum, ac



ANNO CHRISTI 1426.

B effectualiter obfervetur: Quodque interim nullus fut patronus ecclefiafticus provinciæ prædictæ, advocatiam, feu jus patronatus, aut jus aliud quod habet in aliquo beneficiorum hujufmodi, in fraudem hujus ordinationis in genere vel in fpecie alienabit perpetuo vel ad tempus: Quodque etiam quilibet talis patronus in litteris collationis, præfentationis, nominationis, aut dispofitionis fuæ ad beneficium quodcunque, ad collationem, præfentationem, nominationem, aliamve dispofitionem fuam pertinent, quod interim vacare contingat, gradum & ordinem perfonæ, cui aliquod beneficium conferre, vel ad quod ipfum præfentare, nominare, vel de quo alias dispofitio patronum hujufmodi contigerit, realiter exprimat.

Provifo femper, quod in promotionibus hujufmodi omnimoda ftatutorum, gradaum, & meritorum perfonarum prædictarum realiter attendatur: Et quod hi qui nullo modo, aut confederatis eorum gradibus & meritis exiftent fint promoti, aliis in promotionibus hujufmodi præferantur.

Quodque ut provifionis hujufmodi certior in futurum habeatur notitia, fingulis contrafratres fuffraganei noftri, in fingulis convocationibus, five concilifs provincialibus interim celebrandis, nomina & cognomina omnium & fingulorum qui per eos interim promotorum, & ad aliorum patronorum fpiritualium præfentationem, nominationem, vel aliam dispofitionem admifforum, vel inftitutorum, una cum nominibus beneficiorum ad quæ promotæ fuerint, coram nobis aut fuccefforibus noftris afluentibus exhibeant & præfentent, ac penes noftrum, de fuccefforum noftrorum regiftrum realiter dimittant: Volentes & tenore præfentium declarantes; quod præfens noftra ordinatio ad patronos ecclefiafticos prædictos, tam mafculos quam feminas diœcæ provinciæ extendatur. Per hanc tamen provifionem, præjudicare non intendimus patronis prædictis, quominus ipfi & eorum finguli de beneficiis prædictis, perfonis quibus incertis penfionibus annuis auctoritate regia onerantur, quoufque de beneficiis ecclefiafticis per eos conferendis fit provifum, fed quod ipfi talibus perfonis ante omnia, de beneficiis hujufmodi providere poffint; ita quod deinde ad quod alia beneficia poftea vacatura præfentem ordinationem obfervent in omnibus fi- C cut decet. Vobis igitur auftoritate dicti concilii & noftra, in virtute obedientiæ firmiter injungendo mandamus, quatinus præmiffa omnia & fingula, per veftras civitatem & diœcefim publicari ut convenit, facientes, ordinationem prædictam, quatinus præfentem veftram contenti obfervetis, & per veftros fubditos faciatis inviolabiliter obfervari.

Auctoritate etiam prædicta omnibus & fingulis coepifcopis, confratribus, & fuffraganeis noftris per litteras veftras mandantes, quatinus ipforum finguli præmiffa omnia & fingula, quatenus perfonas eorumdem concernent diligenter D obfervent; & facta publicatione ordinationis prædictæ, per fuas civitates & diœcefes, ut præfertur, eamdem a fuis fubditis faciant inviolabiliter obfervari. De die vero receptionis veftræ præfentium, modoque & forma exfecutionis veftræ earumdem, nos citra feftum fancti Michaelis archangeli proximo futurum ad ultimum debite certificetis per veftras, diœcis confratribus noftris & fuffraganeis mandantes, quod eorum finguli de publicatione ordinationis hujufmodi, nec non de modo & forma executionis præfentium literarum noftrarum, citra feftum omnium Sanctorum proximo futurum ad ultimum certet certidem certiores, per fuas literas patentes harum feriem continentes, E auctoritate legitima. Datæ in hoftipio reftidentiæ noftræ juxta Vreflaupe feftum decimofexto die menfis Julii, An. Dom. MCCCCXXI. & noftræ translationis anno octavo.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Nicolaus Harpesfeldus hiftorias ecclefiafticas Anglorum feculo xvi. conpiic. ter. refert ab hoc Henricio Chichleio auaiiiae habitam fuiffe anno seccccxx. provinciarum fynodum, in qua Richardus quidam Vesthamus Vvigornienfis ecclefiæ clericus defunus eft, quod libris excecudis magicæ figuris incantatis afpectis aiterat. In vero eiiiem illud confeffus, fe potuum jam fafcinatum in illis aere habere profeffus eft, quod per eam faepe quæ cupiffet, facere non poiuiffet. Ab epifcopis publica illi penitentia impofita fuiffe dicitur, qui in folemni publicaque populi proceffione veftiis illis codicibus aperta a fonte ac tempo ad ecclefiam ufque cimiteri: codicifque illi igne pofita palam abfumpti fuerunt.

ANNO CHRISTI 1426.

*Ex cod. MS. in regiftro principali archiepifc. Cantuar. conscriptus Chichley vol. 3. fol. 87. a.*

HENRICUS permiffione divina Cantuarienfis archiepifcopus, totius Angliæ primas, & Apoftolicæ fedis legatus, venerabili fratri noftro domino Richardo Dei gratia Londonenfi epifcopo falutem & fraternam in Domino caritatem. Cum in conventione prælatorum & cleri noftræ Cantuarienfis provinciæ, quinto die menfis Maii ultimo præterito celebrata in ecclefia cathedrali fancti Pauli London, nonnullis propofitionibus & querelis pro parte Univerfitatum Oxonii & Cantabrigiæ, coram nobis in præfentia præfatorum & cleri prædicti, fuper defolatione Univerfitatum prædictarum, occafione non promotionis graduatorum, in eiifdem facultis & expofitis, fuo compatientes affectu, de veftro ac ceftorum venerabilium confratrum noftrorum, aliorumque prælatorum & cleri provinciæ antedictæ confenfu parifer & affenfu, ad laudem Dei omnipotentis, dictarumque Univerfitatum exaltationem, & incrementum, ac relevationem, & prospicientes perfonarum prædictarum, quæ ante hæc tempora in eaiiis facultatibus profecerunt, & Deo dante in poftmodum proficient, in eiifdem debeverimus, & fuiimus & forma fequentibus bodinavcrimus providendum; videliicet, quod quifcumque patronus ecclefiafticus dicitur provinciæ, quodcumque beneficium ecclefiafticum, quod ad ipfius collationem, præfentationem, nominationem, aliamve dispofitionem quameumque pertinens poft publicationem ordinationis noftræ hujufmodi primo vacare contingat, aliiui perfonæ alterius Univerfitatum prædictarum graduatum fcholaftica habenti; Doctori videliicet Theologiæ, Decretorum, Legum, vel Medicinæ, Magiftro Artium, Licentiatove, aut Baccallario in aliqua facultatum prædictarum, dum tamen in artibus Baccallaureus in facultate fua antea determinaverit, feu alias, in ordine facerdotali conftitutus fuerit, juxta & fecundum ipfius patroni propriam electionem offerre, & fi illud acceptare voluerit conferre, feu alias aliquam ex perfonis graduatorum hujufmodi ad beneficium ecclefiafticum, de quo præferatur; cum vacaverit, præfentare, nominare, aut pro perfona hujufmodi juxta beneficii fic vacaturi, juridque dicto patrono in eodem competentis qualitatem, disponere teneatur: dolo, fraude, feu malo ingenio quibuslumque cefiatibus in ea parte; feuque extunc collatione, præfentatione, nominatione, feu quavis alia dispofitione quorumlibet duorum beneficiorum, ad cujufcumque talis patroni collationem, nominationem, feu aliam dispofitionem pertinentium fub ejufdem patroni dispofitione libera remanente, tertium quodcunque beneficium ecclefiafticum, ad ipfius collationem, nominationem, præfentationem, aliamve dispofitionem, pertinens alii perfonæ alterius Univerfitatum prædictarum, fic ut præmittitur, graduatæ conferre, ipfumve ad illud præfentare feu nominare, aut alias quocumque ad ipfum beneficium dispofitum esiam ii nequatur. Sicque fucceffive modis & forma prædicti ufque ad decennium plenarie completum



Henrici Chichley Cantuar. archiepifcopi, contra exceffiva ſtipendia Capellanorum, facta xvi. Julii anno domini MCCCCXXI.

*Ex cod. MS. in regiftro principali archiepifc. Cantuar. conscriptus Chichley vol. 3. fol. 88. a.*

HENRICUS permiffione divina Cantuarienfis archiepifcopus, &c. Venerabili fratri noftro, domino Richardo Dei gratia Londonenfi epifcopo falutem, & in domino caritatem. Nuper in concilio nofto provinciali in ecclefia cathedrali fancti Pauli London, quinto die menfis Maii ultimo præterito celebrato, coram nobis, vobis, exteriifque confratribus & coepifcopis noftris, exhibita fuit per clerum noftræ provinciæ antedictæ, quædam conftitutio provincialis de bonæ memoriæ dominum Simonem Sodbury dudum Cantuarienfem archiepifcopum predecefforem noftrum, de confilio confratrum, coepifcoporum, & fuffraganeorum fuorum, contra exceffiva ſtipendia capellanorum, tam parochialium, quam aliorum annualla per provinciam noftram Cantuarienfem ubiliibet celebrantium, edita, tenorem in omnibus continens fubfequentem.

In Dei nomine Amen. Nos Simon permiffione divina Cantuarienfis archiepifcopus totius Angliæ primas, & apoftolicæ fedis legatus, de confilio fratrum & fuffraganeorum noftrorum ftatuimus, ut upiiiet capellanus in noftris civitate, diœcefi feu provincia Cantuarienfi, pro aniiuabus defunctorum annualia celebraturus, feptem marcis, aut tribus marcis cum eftaritis: Alii autem qui curæ animarum deferviens, octo marcis, aut eibariis & quatuor marcis ftertlingorum annuatim contentent, nullatenus expacto ultra id perceperit, nifi aliter loci diœcefanus cum fir qui tuis animarum deferviens primitus decreverit fore faciendum. Si ofteiiatum clericus contra hanc noftram conftitutionem dando feu recipiendo veniye præfumperit, excommunicationis fententiam incurrat ipfo facto; a qua nifi per diœcefanum loci in quo delictum non poterit abfolvi. Qua quidem conftitu-

ANNO DOMINI 1422. tione (sic ut præmittitur) coram nobis exhibita de publice perlecta, solmus per partem cleri dictæ provinciæ nostræ inibi congregati cum instantia non modica requisiti, quatinus constitutionem hujusmodi juxta omnem vim, formam & effectum ejusdem auctoritate dicti concilii de novo publicari, & executioni debitæ demandari decernere dignaremur. Nos idcirco petitionibus dicti cleri tanquam justis & rationi consonis favorabiliter inclinati, constitutionem ipsam ex consensu vestro & aliorum confratrum, conspiscoporum, & suffraganeorum nostrorum adtunc inibi congregatorum, citra festum sancti Michaelis proximo futurum, auctoritate concilii prædicti, per nostras civitatem, diœcesim, & provinciam prædictas publicandam fore, & debite promulgandam; nec non lapso dicto festo sancti Michaelis publicationque dictæ constitutionis facta debite, ut præfertur, censuras in eadem constitutione latas, quoscumque subditos nostros & suffraganeorum nostrorum, si eidem, ut præfertur, contravenire præsumpserint, sub modo & forma in eadem constitutione contentis, juxta omnem vim, formam, & effectum ejusdem artare decrevimus, prout per præsentes decretimus & ligare. Vestra igitur fraternitati tenore præsentium committimus & A mandamus in virtute sanctæ obedientiæ nihilominus injungentes, quatinus has literas nostras constitutionem antedictam in se continentes; ipsamque constitutionem per vestras civitatem & diœcesim auctoritate nostra debite publicantes seu publicari facientes, ipsam in quantum ad vos pertinet, juxta dicti nostri decreti formam observetis, & a quibuscumque subditis vestris faciatis inviolabiliter observari. Auctoritate insuper nostra metropolitica & diffinitiva, quatenus per literas vestras harum serie continentes, cum omni celeritate possibili transmittere studeatis, firmiter injungentes, quatinus ipsi constitutionem prædictam per ipsorum civitates & diœceses, debite publicantes, ipsam quatinus eos & eorum subditos concernit, observent, & faciant, ut præmittitur, inviolabiliter observari. Mandamus eidem, quod eorum singuli nos de publicatione sua hujusmodi constitutionis citra dictum festum sancti Michaelis ad ultimum debite certificent, per literas Vosque part forma per literas vestras patentes harum serie continentes curetis reddere certos. Datæ in hospitio residentiæ nostræ juxta Westmonasterium decimo sexto die mensis Julii, anno domini MCCCCXXI. & nostræ translationis anno octavo.

ANNO DOMINI 1422. /** CAPITULUM PROVINCIALE NIGRORUM MONACHORUM APUD WESTMONASTERIUM, ANNO DOMINI 1422.

Celebratum anno domini MCCCCXXII.

Ex ver. cod. MS. in bibl. Cotton. sub effigie Vitellio. c. 12. f. 132. a.

CUm plura sint exorbitantia & enormia inter professores ordinis sancti Benedicti nigrorum monachorum in Anglia, & reformatione digna, ajlia hic dusi notanda. Et primo incipiendum est a partibus & capitibus, quorum actus & vita sunt subditis in exemplum.

Inprimis providerint de abbatibus, tam de his qui habent bona & possessiones a conventu diversa, cum hoc non sit fundabile in regula, nec in intentione fundatorum seu collatorum ipsorum, quam de abbatibus singulis dicti ordinis superioribus, & prælatis, ut juxta constitutiones sanctorum patrum & regularia institutæ, vigilanter intendant curis animarum, personaliter conversando, saltem singulis festivis diebus in choro & conventu, si non legitime præpedisantur, ad officiandum & celebrandum divina, propter quæ dicitur officium, nec se subtrahendum commanendo in suis manerijs. Item moderetur sumptuosa & enormis ipsorum equitatura scandalosa tam in vario & inregulari apparatu falerstorum quam in faleratura equorum; & quod qui majores fuit inter eos ultra xx. equos, comparatis summatijs, & cum frænis deauratis, sub pœna gravi temporali cameræ apostolicæ applicanda equitare non permittant.

Item sub gravi pœna temporali ut supra, &c. præcipiant quod singuli abbates & priores dicti ordinis tempori quam non exempti, tritum ipsi qui bona habent, a suis conventibus discrera, quod semel in anno singulis annis vir. infra mensem post festum Michaelis immediate sequentem, plenam ipsum, & fidelem ratiocinia, omnium bonorum dicti monasterijs suis & ipsis qualitercumque spectantibus, in capitulis coram toto conventu requisiti reddere tenantur omnia debitorum, quibus debentur, & a quibus debentur, & causas plane in scriptis redigentes.

Item nihil de bonis & rebus suorum dictorum monasteriorum ultra viginti solidorum aliquibus personis donent; alienent, vel vendant sine moriva deliberatione in expresso consilio, consentu, & assensu totius conventus.

Item quantum ad conventus sint omnes per regnum uniformes in habitibus, tam in formis, quam colonibus; & flatura circa formam cucullarum, flocorum, capurum clausarum pro equitatura, & quia de flocis fit magnus excessus, cum manicis ipsorum pro majori parte in pluribus locis protendantur usque ad terram, quod de cætero non excedant pugnum manus medium ulnæ in longitudine, & tritim quarterionum in latitudine, & de capiciis cucullarum certa tridatur forma; ut omnes uniformiter in suis habitibus incedant ut alii religiosi faciunt; ac pannus ille nitidus de Voysesto qui magis initiatis quam monachisti conficeur, omnibus tam abbatibus quam monachis penitus interdictus existat, & quod qui talibus utitur diplum istius teneatur solvere cameræ apostolicæ.

Item qui monitiones & folatia secundum mores locorum habuerint & recipiunt, si infra tempois & diem mutationum & folatiorum ipsorum, festivus dies, ut aliquod festum principale, vel duplex, seu xii. lectionum contingat, teneantur interesse matutinis, missæ majori, & vesperis infra chorum cum cæteris de conventu; & qui contrarium fecerit ab hujusmodi folatiis per quarterium suspendatur.

Item quia ejus cum ipsis religiosis exceptis certis casibus quodammodo est interdictus; penitatque infinmitate modernorum, & longa ac diutina observantia in contrarium, videtur multum expedire, ut hat auctoritate apostolica





ca modificatio gratiosa, & præcipue attenta quam sumpuosum fuerit, & quam importabile providere conventibus, qui multum a mari distant & aquis fertilitatem piscium habentibus, & alio genere quam de carnibus; & idcirco ordinamus, ut carnem flatura quæ die carnium per annum medictas conventus computatis officialiis, qui intra portas monasterii primo die perfonaliter esuriant, sint in refectorio in prandio, nec comedant ipso die carnes ad excessum; sintque in ipso refectorio lacticiniis, piscibus, & pingnedine earnium ut homasis faturis contenti.

Item ab exaltatione sanctæ Crucis usque ad caput Quadragesimæ per regulam & flatuta indicium ipsi profectoribus regulare jejunium, quamquam inter ipsos minime observetur, & hoc tempore indultinde comedant carnes, & plures comant: videtur vero conformen rationi & conficientiæ regulæ, quod modificetur, ut auctoritate apostolica flatuatur quod nullus hoc tempore exceptis senibus, & actualiter infirmis ac debilibus, & juvenibus infra xx. annum sue ætatis existentibus comet, sed unico prandio in die contentetur, diebus dominicis, principalibus duplicibus, ac xii. lectionum festis, & solemnitate Natalis Domini, quo ad odaxerore Epiphaniæ [illegible] ac omnes [illegible] abstinent.

Item quia proprietas religiosorum execrabile & detestabile scelus existit, quæ maxime iis diebus per receptionem pecuniarum contra jura communia & flatuta furtepit & inficit simplices conventuales, providetur, ut flatutum dimini Benedicti papæ xii. contra hoc dictum vita. in rubrica ne victualia ministrentur in pecuniis, firmiter observetur, & quod ordinetur nunus fidelis dispensator communicus, qui habeat recipere omnes pecunias in præfecuti contenabilibus quomodocumque appropriatis ea affignatis, & de ipsis provideat singulis hujusmodi conventualibus, de habitibus & aliis sibi necessariis, non in pecuniis, sed in ipsis rebus omnino pecuniis exceptis, quæ fuerit ministrandis; & abbates ac priores qui in iis negligentes fuerint incurrant ipso facto formidabilem D pœnam suspensionis, & sui officii multationem seu suspensionem; & si contingat hujusmodi conventuales visitare sua parentes & amicos, de licentia sui superiorum, hoc semel in anno ad magis fiat, & tunc habeant personas æmulares honestas, ad ducendum eos & reducendum, quibus certa femma pecuniarum pro expensis per abbatem vel officiarium prædictum ministratur, fiatque fidele rationicinium de receptis & exceptis post iter completum; nullusque monachus retineat in sua custodia scyphum argenteum seu cochlearium, vel alia jocalia aurea vel argentea, seu libros, sine brevi & scripture indentata, cujus una pars remaneat in manibus sui prælati sub pœna propriietatis; nec talia recipiat vel donet sine licentia speciali; & si alicujus habitus seu vestimentum sit confractum, tradatur officiario qui habeat reficere, seu novum loco ipsius recompensare absque mora.

Item nullus monachus habeat cellam vel cameram distinctam seu privatam, nec aliquo modo licet eas ad talia loca privata dotere quæcumque mulieres ad loquendum, comedendum, seu potandum, nisi propriæ matres seu sorores, nec ad alia loca monasterii præter ad hospitium hospitum, & hoc cum speciali licentia, & sub testimonio & præsentia officiarium ad talia recipienda deputatorum: Nec E licet alcui monacho infra monasterium nisi in dormitorio communi de nocte quæ fiere pœnitentia sui prælati, & infirmis fratribus in loco suis dumtaxat exceptis.

Item cum juxta beatum Augustinum inter omnia certamina Christianorum duriora sunt prælia exflitantia, ubi quotidiana pugna & ratra victoria, & fecundum eundem qui familiaritatem multorum vitare noluerit cito labitur in ruinam, nec reflat per apostolum remedium nisi per fugam, flatuimus difficile quod nullus religiosus dicti ordinis in villis seu civitatibus ubi sua monasteria sitjantur, licentiam habeat exeundi seu ingrediendi, secundum quod fuit prælatis permissum, nisi ipsos licentiandi ad comedendum, potandum, seu loquendum in ipsis locis, præterquam cum multis nobilibus, interdictatis, cum ex hoc gravia oriri potuunt scandala & incentiva vitiorum.

Item ut falsi animarum consilitus providetur, & inobedientiæ temeritas debite præcavetur, necessarium videtur prorogare a sede Apostolica certis periculis diligentiam feu possellatem sufficientem ad declarandum & reducendum omnia flatuta, & ordinem, & professiones ejusdem, conservantiam tam Romanorum pontificum, quam ipsorum legatorum & subdelegatorum, ac aliorum superiorum quorumcumque, cum plura sint hujusmodi flatuta & varia; pœnas vero spirituales & temporales contra non observantes ipsis jam sufficientia, & quod ipsi sit auctoritate apostolica delegati flatuere, & decernere valeant certum limitatum modum observandi, ad quam observantiam singuli professores tam præsentes, quam futuri, & non ad aliam omnes astringantur, sub pœnis temporalibus dumtaxat per suos superiores arbitrarie infligendis.

Item cum juxta regulam beati Benedicti singulis professoribus ipsius jubetur, ut vestimentum, pluteolæ solum cum flaminis & femoralibus hoc fafficere credunt; flatuatur, quod non solum in flaminis, sed etiam cum habitu regulari femoralibus & caligis, absque pedulibus omnino dormant, linceaminibus de pano lineo & camisis incedatur.

Cum secundum regulam beati Benedicti, nec debet monachus possidere quod abbas non dederit vel permiserit habere; quodque in plerisque monasteriis ad mirandum causam ..... nisi ex inæqualitatis permittunt prælati suos monachos pro suis necessitatis emendis pecunias relinquere, ne hujusmodi retroptio pecuniarum caulet vel indicat proprietatis vitium, ita flatuatum & ordinatum, quod quilibet monachus sub pœna proprietatis teneatur de pecuniis quibuscumque, & quomodocumque receptis & expensis, suo prælato fidelem compotum reddere totiens quotiens prælato visum fuerit expedire, & ad minus semel in anno ad hoc etiam minime requisitus: Et liquid superfluerit non expendito, sine fraude potest plenarie in prælati dispositione. Et ne prælati aut alii superiores hujusmodi bona per subditos in sua dispositione sic facta illa retineant aut appropriet, pro ista sola voluntate libere disponenda, ordinatum est, & flatutum, quod nullus talis prælatus aut superior recipiat aliquid de prædictis, nisi ad ordinetem utilitatem sui monasterii; & hoc de assensu, & consensu quatuor vel quinque de senioribus,

Cum facra monachorum religio in hac vile lacrymabili ubi velut fignum reponitur adfagitam, fperatur tempore refpicit, infpenda, fic fuota paftorum teftimonia vitæ radiaret puritate, & mentis mundicia refulgeret, quod nec populus habeat unde per miniftratum ordinem fibi detraha?, nec monachos per violentam fufpicionem quo noere poffit; ut omnis amodo in hac religione toffatur occafio fcandali, pomatque de cætero populus tam plebeius feu cofloftum, & mundus fuis labiis circunftantium fifencia & clauftrum, ad complacentiam altiffimi, honorem ordinis, & piffimam exhortationem Chriftianiffimi principis regis noftri, unanimi patrum affenfu pariter & confenfu, canonica auctoritate qua poffumus in præfenti ftatuimus primo firmiter & diffinimus, ut de cætero, tam abbates omnes qui hora a conventu poffident diferera, de quorum bonorum difcretione mentio fatis fit expreffa de *Regularis*, capitulo *Eleoti* in fine textus, & per Ioannem Aton in conftitutionibus Ottoboni, capitulo de *Prælatis*; necnon per venerabilem Simonem Cantuarienfem in *Iuis* conftitutionibus provincialibus, capitulo *Etenim ne reftitur*, quam fingoli alii, qui bona participaliter cum conventu obtinent concreta, quocumque fuperioritatis nomine fint vocati, juxta formam traditam extra, de ftatu monachorum, capitulo *Cum ad monafterium*, priori, & in conftitutionibus Benedicti xii. capitulo xxiv. necnon & provincialibus capitulis generalis capitulo 3. fuper gregem fibi commiffum diligenter invigilent, *Rubricaque* quantum per tertium juris vim & effectum eorumdem canonum & conftitutionum in clauftro, choro, & capitulo, pro fratrum inftructione, correctione, & regimine; necnon pro celebratione divinorum in feftis folemnibus perfonaliter intereffe, nec occafione cujufcumque confuetudinis in contrarium laborantis, ab hac affiduitate ratium menfium fpatium conjunctim, & fibi continue fucredentium fe fubtrahant, nifi quatenus præpedidionem habeant canonicam & excufabilem fatis de tempore abfentandi.

Præterea cum contra fcripturæ doctrinam ille linum cum fata contextum induit, qui de profeftorfius diverfi generis inordinatum habitum fibi fumit; ac etiam alterius fecundum facros canones fericio induxit aut purpura, nec Chriftianum induere convenit, neque aurum habentes in ornatum, aut crofis ornamenta aut pedoria pariter habere bene valent; ideirco ut omnes ejufdem noftri ordinis & profeffionis, tam fuperiores quam inferiores, tamquam fi eliant fingulis unius morie, ejufdemque conditionis unum domo, in fuis fuit habitibus; ejuscommque phalaraturis conformes & conformes, uterius unanimiter ftatuitur, & diffinitum diffinimus, ut poft horum per ufum confumptionem, quibus nunc fungunur abfque renovatione faciant fibi fieri de cætero juxta ritum, formam, & modum in proximo generali capitulo ordinandos, flocon, cucullas, & capas, ornatumque pro quibus fuo ftatui concordes, juxta traditiones Viennenfis concilii in *Ne in agro*, conftitutionem Benedictinorum capitulo xxiii. Abbatis capitulo primo cæteraque conftitutionum patrum venerabilium antiquorum; nec punto vrysfeto duplicam, aut duplicem, phalaraturaque deauratæ & nimium fumptuofa; fub pœna in ipfo capitulo generali ftatuendis ulterius abuti audeant aut vellint, fed fub eadem pœna ne ultra alitra prohibitiones, inhibitiones, exhortationeque quas fcripferunt fancti patres, hæc omnia ulterius per nos veluti per aggravatam fententiam refpicta, infpenda, pariter & interdicta, neque ipfis licear prælatis dum per viam equitant, aut alibi in itinere tranfeant, ultra numerum de propria fatem familia vicenarium, nifi in cæftibus per conftitutiones papales capitulo xx. expreffatis, quomodocumque fecum ducere aut in fociafeco fervitio retinere; fed femper cum ipfo ftent contenti, atentque provideant, ne ex eo modulia penfatis & morbius in temporibus & perfonis fit apparatus curiofus nimis aut nimium excefivus.

Præterea cum finguli prælati noftri ordinis proinde ex hominibus affumpti funt, ut pro hominibus conftituti, tamquam prudentes villici fuper fervos Dei, quatenus fingulis pro ipfis, ipfi vero omnibus & de omnibus in villicatione fibi traditis fidelem pariter & prudentem Deo & colegio faciant rationem, non eadem auctoritate qua prius fuerint injungimus, diffidicitque fingulorum conficientias oneramus, quatenus juxta apoftolicæ fedis fegati domini Ottobonii decretum, Rubrica *De reddendo compoto* una cum glofia Ioannis Aton fuper eumdem, necnon fecundum conftitutiones Simonis Cantuarienfis archiepifcopi, capitulo *Etenim ne reftitur*, in ipfi prælati quam ipfi adminiftratores fingulis qui de more fedent, aut de jure deberent fingulis annis femel ad minus, aut in capitulo, aut in alio fcotum ad id negotium deputato, coram quibuscumque fex fratribus cum confenfu capituli in hac parte electis, fidele ratiocinium & plenarium de fingulis receptis & expenfis etiam irrequifiti faciant, nominaque creditorum cum debitoribus & cauffis fi quæ fuerint plene & fideliter abfque fraude redigant feu redigi faciant in fcripturam, nec dent aut donent prætorum aliqui de bonis mali in adminiftrationem taliter concefis, aut in curialitate, prodigalitate, aut liberalitate, fummam aliquam notabilem, nifi in urgente manifefta neceffitate, & tunc hoc faciant ad minus manifeftis ac profectum, & fine dilapidationis fpecie aliqua.

Præterea cum juxta fapientia eloquium tonemen ad omnia roborantur virtutes, cum de labore penitatur utilitas laborantibus, quæ poft clauftralis ponderis sedium recreabilis fofatti concederetur grata merces votivis, prout tenemur, defiderantes affectantes hujufmodi onera clauftralia cum mentis hilaritate continuo deportari volumus, opportunumque fore decernimus, ut fratres fingoli dum per curiam minantur, fo- [illegible] latis corporaliter fe inmittant tam diebus feriabilibus, quam in feftis duodecim lectionum hoc tempore occurentibus, abfque excefiu tamen & cum frano modeftiæ honeftis fofatis licitique recreationibus de laudabili loci confuetudine approbatis monachorum indulgeant & exercerant moderate; in diebus tamen folemnibus, feftifque duplicibus fefti in. lectionum, ac Natalis domini feftivo tempore ufque in octavas Epiphaniæ, ab hac lege ob id dumtaxat exceptis, ut in viam domini a mane laboratinibus ad vefperam, præter æternæ retributionis donum in futuro in præfentiatum ipfa vefpera recreationis ftipendium fumere licear & folamen.

Præterea cum angufliofum fit indique aut legem & ftatutum de non recipienda a fratribus pecunia pro quibuscumque neceffitatis, aut innaturam & confuetudinem patriæ, loco, tempore conveniens prout in canone pofita de quatuor penfatis naturis, & complexionibus quæ in hominibus fatis funt debiles his diebus, quamodoque + refectionem pifcium aut aliorum dumtaxat regularium cum fint juxta medicos id ipfumque experientia fatis docet naturæ moltum contrariis fhomachoque nocive, poffet plebs obediente humiliter amplius in viribus attenuari quam regula jubet, aut de jure libet; populus vero diverfis cervicis cibum illum velut levillimum fafidiens cum Hebræis afpirare ad olias carnium, illicitequæ appetere poftponens; non non proprifis voluntatiffve poftionibus in hac parte delefi, fin prima regulæ generalis claufula, qua fertur omnia per difpofitionem abbatis fieri, totaliter fuffulti, quinimo ulterius alteri imitantes fpecie qua fertur quotiens minus funt hofpites in abbatia fic pæcefiare quod vafe ad fuam menfam vocare fratres, capitulo lvi. decretalium & canonicum extra de ftatu monachorum cum ad monafterium in refectorio ubi fcribatur ex indulgentia, poteft abbas nunc hos nunc illos, prout neceffitas poftulat advocare, ipfoque in camera fua petinis exhibere; necnon fingulis fratribus fanctorum patrum beati Bernardi in *De difpenfis & præceptis*, & fancti Thomæ doctoris angelici in *Quodlibet* [illegible] quæftie hoc [illegible] ftatu monachorum, cum ad monafterium fuper vefto quamquam ex indulgentia & refectorio, & W. Durandi in fpeculo judicialf titulo, *De legatis ver*. . . . ftatuit pro noftris locis & temporibus adeo jufte, poffibiliter, & honefte, legem de eis carnium moderatur, modificatus, & de cætero decernimus obfervari, et quotidie juxta Benedicti xii. ftatuta capitulo xxvi. medicras capitulo vel convenias in clauftro actualiter refidentis in refectorio regulariter fe refictat, nec alibi ipfo die carnes fumere licear abfque ratione fatis notabili, & tunc de majoris in monafterio licentia fpecialf, & cum ulterius fecundum jam dicta fanctionum jura inftituatur non promittantur, affirmantur, cum moribus utentium approbantur, fintque nonnulle leges moribus utentium incongruum hodie permitus abrogatæ prout expreffe decretatur abfque ulteriori ufu fed de cætero cum chorum ipfum ita de cætero regulariter obfervetur, veluti in domibus magis religiofis moribus utentium ita temporibus approbatur; ac ut quemadonodum in republica primo penfanda eft vo- [illegible] luntas, non quæ eft unius tantummodo, fed multorum, ita in imponendis jejuniorum oneribus attendatur, non in illius refectionem, in quo eft fingularitet fpiritus domini & libertas, fed ad communitatis indigentiam, & debilitatem complexionis in eadem, volumus etiam ulterius & ordinamus, quod nullus his temporibus utputa ab Idibus Septembris ufque ad caput Quadragefimæ præterquam juvenes dummodo fint crefcentes in loco regulari, videlicet refectorio, cenant aut cœnare præfumant quovifmodo, dominicis diebus, feftis principalibus duplicibus & xii. lectionum, ac Natalis domini feftivo tempore ufque in octavas Epiphaniæ, ab hac lege ob id dumtaxat exceptis, ut in viam domini a mane laboratinibus ad vefperam, præter æternæ retributionis donum in futuro in præfentiatum ipfa vefpera recreationis ftipendium fumere licear & folamen.

Præterea cum angufliofum fit indique aut legem & ftatutum de non recipienda a fratribus pecunia pro quibuscumque neceffitatis, aut in-



differenter concedere juxta confuetudinem inchoatam, in diverfis locis, cum inficiare nequeat, quoniam hinc oritur alia difpofitio ad peculium, & fic in parte concefio præter jura, inde vero præter occulta * convicia, clandeftina negotia, aliaque varia illicita multa, maxima injuftitia, materia murmuris quod fuper omnia penitet & prohibet nofter ordo, idcirco prius, quia melius magifque expedienc fore fupponiendum in manus objectoris incidere, quam leges & prohibitiones religiofæ nofitæ normæ: Secundo, quia fatis fufficiens effe confidimus, fi per viam intimationis fit quifque difcipulus quemadmodum ille magifter optimus, cujus omnis actio nofter eft inftructio, & qui juxta beatum Auguftinum de operibus monachorum, juxta fententia Ioannis Chryfoftomi homelia quadam cum gloffa commun fuper evangelium Ioannis 12. locutus habet & pecuniam, ut omnem abfcinderet malefaciendi materiam & moribus condecenteret infirmorum: Tertio, quod illud jugum conftitum effe perfegimus, ubi majus periculum imminet, ibi cautius operet agere, & propter vitatudum malum majus quod minus de eodem genere fapit cum filentio tolerare, hoc non fimile fuperioris libjectio, dum tamen non fint fine difcretione, juvenes, aut in expenfis prodigi, feu minus in regimine fapientes, permittantur parim; [illegible] tolerantes juxta laudabilem eorum confuetudinem usque ufum parvum pro neceffitatis recreationibus pecuniam recipere & expendere, non quidem ad libitum, fed in iis dumtaxat quæ fingularitatem & cum difcretione. Et ne hoc permiffione nec tolerantia libertas in materiam evadat feropuli, feu ad peccatum, quatenus ipfe frano difponat per regulas petitus interdicti, non ulterius ufum, formam, & modum de receptis feu recipiendi per confratres pecuniam taliter capientes pro viribus moderari, ac nec cuiquam fuerit fit in facto, nec rem quidem remanens quomodolibet in concefio, aliteri immo & fictiori modo quo potoimus firmiter injungimus, firmifque mandamus, quatinus ipfoum fingulf fubfecti qui hujufmodi pecuniam taliter recipiunt in loco ufus de taliter receptis totiens quotiens fuperiori vifum fuerit expediens admittendo fe femel in anno irrequifiti aut fcripto aut verbo juxta ipfius fuperioris arbitrium fidelem rationem pariter & retationem faciant * velque omnino præter vitam temporetanis vitium quamdoquomque aut qualitercumque fibi concefam pecuniam * fe retinant quod juxta traditionem regulæ nec ab- [illegible] bati deferit nec permittit, feu in quo ipfi non fe femper promptos exhibuerint ad poenitentiam plenarie in fuperioris arbitrio & difpofitione, per hanc tamen poftionem aut relationem nonjomas fuperiorem aliquem in aliquo pronomen aut promptiorem effe ipfum feftuum fi quod fuerit a fratre auferre aut penes fe retinere, nifi in hoc ufu id ideo applicet, & tuno hoc fiat cum fanfori confenfu & aliqua raneccia vitio feu murmurandi libidine aliquafus.

Præterea, cum fecundum beatum Auguftinum, qui nullatum non vult vitare fcrifectum fit fortiff labitur in ruinam, nec reftat temetimi per apoftolum nifi per fugam, hinc conftitutionibus Benedicti provincialifque capitali in hac parte inhitentes omnes noftri ordinis profeffiones adjuramus in domino & [illegible] inftantius exhortamur, quatinus illum interiori homine mentaliter retrolvens, [illegible] ulterius, quomodo juxta fapientia eloquentes

* F. vesperum. [illegible]

* F. vesperum omnino pro [illegible] Lege. vel fic. [illegible]

b Verba, Harmonia.

ANNO DOMINI 1422.

*Multi perierunt propter mulieris speciem*, asserat-que ipsius colloquium fieri quasi ignis exardescens, in quantum honeste poterunt, aut commode valeant, ipsarum familiaritatem omnino diffugiant, nec cum ipsis loco aliquo colloquium habeant, nisi sufficienti honestatis testimonio, & tunc taliter ut omnis vitetur materia scandali, nullaque detur occasio de colloquio delinquendi: Et quia adeo inficit mulieris consortium ut colloquium, & propterea juxta *Hieronymum, numquam solus ad ipsius domum habiturus est accessum*; ideo ut prius adjuramus in A domino & exhortamur, ac in abundanti ulterius demandamus, ut ad villas ubi aut mulieres habitant, aut ipsi fratres mutuum inter se accessum nullum penitus habeant, nec cum eis aut aliis quibuscumque, nisi in causa dumtaxat nobili, in iis locis comedant, bibant seu quomodocumque se reficiant, & tunc de superioris licentia expressa & consensu.

Acta sunt hæc & inacta in domo capitulari de Westmonasterio, anno domini MCCCCXXII. invictissimique conquestoris & nostri principis Henrici quinti anno octavo.

# CONCILIUM PROUINCIALE. APUD VERNONIUM,

Exeunte Januario vel ineunte Februario 1422. de Mandato Regis celebratum, ad deputandum ad Concilium Papiense, Senas postmodum translatum.

Ex Bessin Concil. Rotomag. Prov. p. 183.

CONstat ex litteris regiis ad Capitulum Fiscannense abbatiali sede vacante inscriptis; ut certa die per suos deputatos apud Rotomagum interesse non omittant, inde cum cæteris ad locum præstituendum profecturi. Si quid præterea pro Ecclesiastica disciplina, vel morum reformatione peractum fuisse, schedæ Fiscannenses non indicant.

Dux tamen Betfordiæ ibidem Angliæ Regi, cujus vices & locum gerebat, novum fidelitatis sacramentum inter manus Archiepiscopi Rotomagensis a singulis præstari voluit: Verum domini Evrardus Caurel, al. Corel, Prior S. Georgii de Medunta, & Guillelmus Ste- B phani Cantor, monachi Fiscannenses ab ejusdem loci capitulo deputati, exceperunt se regia duntaxat auctoritate vocatos, nec ullatenus archiepiscopali, non posse, nec debere, nec velle, inter Archiepiscopi manus præstare, ne sui monasterii juribus & privilegiis aliquid propterea detractum foret in futurum. Quamobrem toto approbante consessu judicatum est, ut idipsum inter manus Abbatis S. Michaelis ad Tumbas tunc Normanniæ Cancellarii præstarent; quod & ita fecerunt, uti ex aliis authenticis instrumentis, quæ ibidem asservantur, perspicuum est.

ANNO DOMINI 1423.

# *** ORDINATIO HENRICI CHICHLEY

Archiepiscopi Cantuariensis, pro decenti regimine & gubernatione, tam advocatorum, quam procuratorum, & cæterorum ministrorum curiæ Cantuariensis.

Ex vet. exemplari in bibl. Cottoni.

HEnricus permissione divina Cantuariensis archiepiscopus, totius Angliæ primas, & apostolicæ sedis legatus, dilectis in Christo filiis officiali curiæ Cantuariensis nostræ, & decano ecclesiæ beatæ Mariæ de Arcubus London dicti officialis nostri commissario, ac alteri dictæ curiæ præsidenti cuicumque salutem gratiam & benedictionem. Cum inter cætera nostræ curiæ prædictæ statuta, primo per recolendæ memoriæ Robertum, deinde per Joannem, olim Cantuarienses archiepiscopos prædecessores nostros, ad Dei laudem ac dictæ curiæ honorem, & exaltationem, ac ministrorum ejusdem regimen & justitiæ directionem edita & solenniter publicata; & per vos singulosque alios dictæ curiæ ministros, quantum statuta ipsa vos & eos concernunt in principio admissionis vestræ & eorum cujuslibet jurata, salubriter fuerit & sit antiquitus ordinatum, quod advocati & procuratores ejusdem curiæ, dum causas in ea tractandas habuerint, sive secum socios habeant in causis, sive non, dum causæ hujusmodi tractantur in dicta curia, nullatenus se absentent ab ipsa, sine præsidentis dictæ curiæ petita licentia & obtenta ex causa legitima per ipsum præsi- C dentem primitus approbanda; & quod frequentatio aliarum curiarum aut consistoriorum vel judiciorum tempore consistorii dictæ curiæ ipsis nullatenus [a] præmittatur.

Cumque insuper tam super his non servatis, quam aliis contra statuta dictæ curiæ & laudabiles consuetudines ejusdem exorbitantibus, reformandis per nonnullos Cantuariensis ecclesiæ archiepiscopos prædecessores nostros, varia mandata officialibus & præsidentibus dictæ curiæ nostræ directe evenerunt, quorum aliqua in libro statutorum curiæ prædictæ ad perpetuam rei memoriam sunt conscripta; & præsertim super habitibus procuratorum dictæ curiæ tempore consistorii ejusdem, [a] & honestati convenit induen- D dis & deportandis, ac super decretis judicialibus per alium quam dictæ curiæ advocatum privatum aut publice non petendis, aliisque observandis prout & sicut in mandatis ipsis (ad quæ nos referimus) plenius continetur: Nos igitur considerantes & plene intelligentes, quod nonnulli advocatorum & præsertim procuratorum curiæ nostræ prædictæ, statutis prædictis licet per ipsos juratis, & aliis mandatis de quibus præfertur [b] se confirmare hactenus curarunt, sed

a prædic-tur.

a Forte | ... B.

b F. in- formam. h

ε



ANNO DOMINI 1423.

sed potius eis parere & obedire non sine animarum suarum periculo neglexerunt: Volentes præterea non tantum ejusdem curiæ honori, sed ne propter non servationem præmissorum partium ad dictam curiam confluentium causæ protelentur, aut justitia depereat debita consideratione prospicere: Et ut dictorum advocatorum, procuratorum ac aliorum ministrorum ejusdem curiæ neglectibus & insolentiis hujusmodi citius occurratur; vobis communiter & divisim firmiter injungendo mandamus, quantum omnes & singulos dictæ curiæ nostræ advocatos & procuratores in vim juramentorum suorum, per publicationem harum literarum nostrarum coram eis in plena curia facienda; & alias, ut honestati convenit, moneatis; quos etiam nos tenore præsentium sic monemus, quantum de cætero, dum causas in ipsa curia tractandas habuerint, sive secum socios habeant in ipsis sive non, temporibus & horis dum causæ tractari debeant in curia prædicta nullatenus se absentent ab ipsa, sine ipsius curiæ præsidentis licentia petita & obtenta, ac ut præmittitur approbata; & quod ad ipsam cessante impedimento rationabili per dictæ curiæ præsidentem approbando tempestive veniant, ante solutum judicium, sine licentia, ut præfertur, minime recessuri. Quodque [illegible] prædictæ [illegible] ministri temporibus quibus ipsam curiam teneri contigerit, aliis curiis, consistoriis vel judiciis nullo modo intendant, sub pœna amissionis status, quem advocatus seu procurator aut alius minister quiscumque ipsius curiæ in eadem habuerit, quam post publicationem præsentium, tertio in aliquo præmissorum culpabilis inventus & pronuntiatus fuerit, ipsum incidere decernimus ipso facto.

Pro prima vero offensa in præmissis & circa ea ipsum delinquentem per mensem: Pro secunda vero per tres menses, a statu quem in dicta curia habuerit nunc prout extunc, & extunc prout exnunc suspendimus in his scriptis. Moneatis insuper ut præfertur procuratores quosque curiæ nostræ prædictæ, quod diebus & horis quibus consistorium in ipso teneri contigerit locum ipsum consistorialem tabordo & caputio induti, cum manicis togarum convenientibus ingrediantur, & aliter locum ipsum ingredi non præsumant, nec aliquod decretum judiciale ipsius curiæ præsidentem fieri seu interponi petant aut procurent, nisi prius super hoc per aliquem advocatum dictæ curiæ tunc præsentem publice id petatur. In quibus duobus casibus & eorum altero procuratorem quemcumque præfatæ curiæ post monitionem hujusmodi eis factam, & has literas nostras publicatas in curia prædicta, huic ordinationi & decreto nostris contravenientes totiens quotiens in ipsorum aliquo culpabilis inventus & pronuntiatus fuerit, pœnam duodecim denariorum custodi registrorum, acto- A rum scribæ, & bedello curiæ prædictæ ut infra scribitur solvendorum incurrere volumus ipso facto; decernentes quod de dictis duodecim denariis, sex denarios registrorum custodi, tres denarios actorum scribæ, & tres denarios bedello præfatæ curiæ sic contravenienti solvere teneatur; ante quorum duodecim denariorum absque remissione aliqua absolutionem plenariam, procuratori hujusmodi cuicumque in his quæ ad officium suum spectant, omnis audientia penitus denegetur; & ab officio procurandi in curia prædicta vigore hujus decreti nostri absque pronuntiatione alia interim sit suspensus: Et ne præsens ordinationis nostræ decretum ratione ignorantiæ in oblivionem transeat, & a me- B moria recedat; volumus, & vobis firmiter injungendo mandamus, quatenus præsentes literæ nostræ infra unum diem post publicationem earumdem in libro statutorum dictæ curiæ conscribantur; statuentes, quod eædem sic conscriptæ in initio cujuslibet termini statim post missæ de Spiritu sancto decantationem, de cætero perpetuis temporibus futuris in plena curia publice & intelligibiliter perlegantur: Ad quas per se vel per clericum suum tunc perlegendas custodem registrorum dictæ curiæ qui nunc est juramento adstringi, & quemcumque alium qui pro tempore erit sub juramento ad hæc in sua admissione præstando volumus & decernimus alligari. In cujus rei testimonium, sigillum no- C strum præsentibus est appensum. Datæ in manerio nostro de Mortelake XVI. die mensis Octobris, anno domini MCCCCXXIII. & nostræ translationis anno decimo.

## OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Ad eundem annum 1423, quatuor a quibusdam revocantur concilia.

Primum GNEZNENSE Lanciciæ celebratum præside Nicolao Gneznensi archiepiscopo cum ceteris Poloniæ præsulibus adversus grassantem sectatorum Vvicleffi, Hussi, similiumque hæreticorum in proximo Bohemiæ regno subjectisque provinciis debacchantium vesaniam, ne eorum lue inficeretur plebs suæ fidei commissa. Verum de Polonicis dicendum erit alias pluribus seorsim, vel in appendicibus.

D Alterum TREVIRENSE, de quo nihil certi apud idoneos scriptores reperi.

Tertium MOGUNTINUM: de quo Nicolaus Serarius noster libro V. Rerum Moguntiacarum hæc pauca in Conrado III. quem 87. episcopum 47. archiepiscopum & 31. electorem indigetat. *Anno 1423. provincialem coegit synodum, quæ & in lucem exiit*, quam necdum mihi vidisse contigit.

Quartum COLONIENSE a Theodorico ejusdem urbis archiepiscopo coactum ad abolendas Vvicleffistarum Hussitarumque hæreses, reformandosque fidelium mores. In libro statutorum seu decretorum provincialium & diœcesanarum synodorum sanctæ ecclesiæ Coloniensis ex pervetusto & authentico codice anno 1554. in lucem Coloniæ edito hæc habentur pag. 251. & sequentibus quæ describenda curavimus.

*** STA.

ANNO CHRISTI 1423.

# * STATUTA ECCLESIÆ COLONIENSIS

a Theodorico archiepiscopo in provinciali synodo edita anno MCCCCXIII.

* Statutorum Coloniensium, f. 231.

" * * *Theodericus* " *Dei gratia sanctæ Coloniensis ecclesiæ archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, Westphaliæ & Angariæ dux, &c.*

## I.

*Contra fornicarios seu concubinarios clericos.*

LICET per sacros canones sanctorum patrum satis abunde contra notorios presbyteros, similiter & clericos in sacris ordinibus constitutos & beneficiarios, focarias & concubinas, & mulieres suspectas in domibus suis, & extra domum in parochia publice habentes, provisum existat: quia tamen succrescente malitia temporis moderni, labes hujusmodi criminis in ecclesia Dei in tantum inolevit, quod scandala plurima in populo sunt exorta, & verisimiliter exortæ proderunt in futurum, & ex fide dignorum relatione percepimus quod quidam ecclesiarum prælati, & alii, etiam capitula, ad quos vel ad quem immediate correctio conjunctim vel divisim ex statuto seu consuetudine dignoscitur pertinere, obtentu commodi temporalis, vel exneglligentia, tales in suis iniquitatibus sustinuerunt & sustinent: ideo hoc sacro provinciali concilio approbante, monemus omnes & singulos ecclesiarum prælatos, & alios quoscumque nostræ provinciæ, etiam capitula & collegia, ad quos vel ad quem hujusmodi presbyterorum, clericorum in sacris ordinibus constituorum, ac beneficiatorum & aliorum correctio conjunctim vel divisim immediate spectare dignoscitur, quatenus intra sex septimanarum spatium, post præsentium statutorum provincialium publicationem, monitis in specie, de nominatim sub pœna iuris, & alis maxime formidabilibus, omnes & singulos presbyteros & clericos in sacris ordinibus constitutos, ut intra novem dierum spatium post hujusmodi monitionem eis factam, quorum dierum tres pro primo, tres pro secundo, & reliquos tres pro tertio & peremptorio termino præfigimus, suas focarias seu concubinas a se removeant, & ipsas ab eorum cohabitationibus, & a parochia penitus expellant, ipsas vel alias minime in eorum habitationibus & parochia admittant. Alioqui inobedientes, ab officiis divinorum suspendant, & si protervitas eorum hoc exegerit, beneficiis suis priventur. Et si prælati & aliqua etiam capitula, ad quos correctio præceptorum immediate conjunctim vel divisim pertinere dignoscitur, præceptos concubinarios effectualiter non correxerint, ita quod ipsi præceptas mulieres a se & parochia non removeant cum effectu vel animo, aut alias in eorum habitationes vel parochias resumpserint: & præceptiprælati, & capitula tales presbyteros vel clericos, beneficiatos vel non beneficiatos, in suis iniquitatibus per spatium sex septimanarum sustinuerint, extunc volumus quod correctio talium presbyterorum & clericorum, beneficiatorum & non beneficiatorum, ad diœcesanos locorum plenarie devolvatur. Et si diœcesani locorum per sex spatium mensium hujusmodi delicta reliquerint incorrecta, cum extunc possint notari de negligentia, volumus & statuimus, quod extunc illorum delictorum & delinquentium correctio ad nos libere devolvatur, non obstantibus quibuscumque pactis, consuetudinibus seu statutis. Inhibemus etiam, ne beneficiati prædicti filios, vel filias, aut concubinas dotent, aut dicent de patrimonio crucifixi, aut talium nuptiis, vel exequiis audeant interesse: & qui contra fecerint pœna canonica percellantur.

## II.

*Contra sæculares interdicentes suis subditis, ne civilia & necessaria commercia cum clericis habeant, seu solita obsequia eis exhibeant.*

Item licet per sacros canones de provisum contra obtinentes temporale dominium, interdicentes suis subditis, ne prælatis aut clericis seu personis ecclesiasticis quicquam vendant, vel emant aliquid ab eisdem, neque ipsa blada molant, coquant panem, aut alia obsequia exhibere præsumant; cum talia in derogationem ecclesiasticæ libertatis præsumantur: quia tamen persæpe universitates civitatum, oppidorum, villarum & aliorum locorum, necnon collegia, societates, seu corpora ministeriorum seu officiorum mechanicorum, præscriptis similia, & interdum majora committunt, & contra tales provisum est: Ideo statuimus & ordinamus, omnes & singulos ad hoc opem, consilium, auxilium vel favorem



ANNO CHRISTI 1423.

rem præbentes, excommunicationis sententiam incurrere ipso facto. Et quia per præmissa providimus clericis contra laicos, volentes etiam providere laicis contra clericos, statuimus quod ipsis laicis de clericis conqueretibus, ab ipsorum clericorum judicibus fiat justitia expedita.

## III.

*Officialis in causis appellationum a suffraganeis, servabit jura communia.*

Item statuimus quod officialis nostræ Coloniensis, qui fuerit pro tempore in causis appellationum, quæ ad curiam nostram ab audientia suffraganeorum nostrorum seu eorum officialium devolventur, seu hactenus sunt devolutæ, servet jura communia, & maxime illa, quæ introducta sunt per felicis recordationis Innocentium papam IV. quæ hodie sunt inserta libro sexto decretalium. Alioqui ipsum officialem nostrum ab officio suspendimus.

6. Bonifac. de appell. lib. 6.

## IV.

*Contra abrogantes pias & laudabiles consuetudines.*

Item cum præsumptuosa quorundam dominorum temporalium, judicum, scabinorum, consulum, universitatum, civitatum, oppidorum, villarum & aliorum locorum, necnon collegiorum, societatum seu corporum ministeriorum & officiatorum mechanicorum, rectorumque aliorum locorum vel communitatum, aut quocumque nomine vel titulo nominare le præsumunt, seu præsumant in futurum: in nonnullis nostrarum civitatis & diœcesis, necnon provinciæ terminis, contra Dei ecclesiam suam extendentium potestatem temeritas sic excrevit, quod consuetudines & observantias vetustas & laudabiles, pia fidelium devotione introductas, non absque scrupulo hæreticæ pravitatis infringere moliuntur, inhibendo, seu opem, operam, consilium, auxilium & favorem ad hæc præstando, aut aliis calliduis & occultis machinationibus, seu condictis verbis aut facti perficiendo, ne tempore exequiarum, ac in septimis, tricesimis, & anniversariis parochianorum defunctorum, aut alias quocumque tempore, panes, carnes, vel casei, seu pisces, vinum vel cerevisia, seu candelæ vel denarii, aut alias res quæ libet, prout juxta morem & consuetudinem prædictam earumdem ecclesiarum, capellarum, vel altarium sub antiquis temporibus obtentum fuit, a Christi fidelibus utriusque sexus hominibus offerantur: ne etiam quis minus, aut aliud quam certam monetam, aut ejus valorem, aut petias effractæ monetæ, aut consimile (in præjudicium ecclesiasticæ libertatis, ac contra constitutiones & observantias memoratas) offerat temporibus antedictis, cum præmissa in divinæ majestatis offensam (a qua majestate laici præscripti suas merito sibi datas recognoscere deberent potestates) ac ecclesiarum earumdem ac consuetudinum, & observantiarum prædictarum grandem perniciem tendere dignoscuntur. Nos igitur hujusmodi ausibus nefariis occurrere cupientes, districtius inhibemus, ne quis in modis præscriptis, vel alis quibuscumque dictas consuetudines infringat aut infingere sive violare procuret, aut talia mandata vel statuta & novas consuetudines, immo verius corruptelas, de novo introducant, nec per se aliosve, quibuscumque machinationibus, condictis verbis vel factis qualitercumque efficiendo impediant, quominus dictæ aut quævis aliæ oblationes ecclesiis aut ecclesiasticis personis quibuscumque juxta vota fidelium libere offerantur: nec ad prædicta facienda vel non facienda dent consilium, auxilium, opem, operam, vel favorem publice vel occulte.

Insuper districte præcipiendo mandamus ut in contrarium attentata si quæ sint, revocent, & revocari procurent cum effectu intra mensem post publicationem hujusmodi nostri statuti. Alioqui in omnes & singulos, in præmissis contrarium facientes, & in his aut aliquo ipsorum inobedientes & rebelles, excommunicationis sententiam, quam etiam ipsos per jus commune incidisse reputamus, ferimus in his scriptis: a qua, nisi rectori ecclesiæ, capellæ, vel altaris, cujus oblatio (ut permittitur) impedira fuerit vel diminuta, de injuriis, damnis, expensis, & interesse, prius integre satisfactum fuerit, nullatenus absolvantur: Volentes, quod universi & singuli ecclesiarum rectores, & eorum vices gerentes prædicti, quorum interest, præmissa suis parochianis singulis mensibus semel publicare non omittant. Et si universitas in præmissis vel aliquo præmissorum deliquerit, vel contraffecerit, & ecclesiastico supponimus interdicto.

## V.

*Stationariorum seu quæstuariorum officia solis tantummodo sacerdotibus concredenda.*

Item statuimus & inhibemus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ne quis de officio quæstionatus eleemosynarum se intromittat, nisi in sacris ordinibus fuerit con-

ANNO DOMINI 1423. constitutus. Nec amboonem ad prædicandum populo, aut caritativa postulandum subsidia, aut indulgentias sibi commissas insinuandum, vel aliud quam in eorum litteris apostolicis, vel diœcesani episcopi continetur, exponendum, nisi in facerdotio constitutus, ascendere præsumat. Mandantes universis & singulis diœcesianis nostris capitulis & aliis, ad quos talium constitutio dignoscitur pertinere, ne alicui, nisi secundum formam statuti, litteras concedant, & extra istam formam concessas, quantocitius revocare procurent.

A

## VI.

*Contra deambulantes in templis sub officiis divinis.*

Item statuimus, ne canonici ac beneficiati in ecclesia, aut etiam intra ecclesiam vel cœmeterium de loco ad locum, nec stando vel sedendo inutiliter fabulentur, quamdiu intibi divina peraguntur. Sed morate & distincte in choro intendant divinis, sub pœnis privationis fructuum ad octo dies.

B

## VII.

*In viceturatos ecclesiarum parochialium non fratres monachorum, sed presbyteri seculares, si tamen idonei habere poterunt, asserendi.*

Item statuimus & ordinamus sub pœna excommunicationis, quam ferimus in his scriptis, ne aliquis rector aut perpetuus vicarius parochialis ecclesiæ, seu etiam capellæ, ordinet, constituat, vel deputet aliquem religiosum mendicantem vel non mendicantem, ad regendum & gubernandum seu officiandum ecclesiam suam, vel ejus vicariam seu capellam, aut alias vices suas committere talibus præsumat, modo alter idoneus commodè haberi poterit, dolo & fraude seclusis. Datum, statutum, & ordinatum Colonie, de consilio in præsentia venerabilium virorum ambasiatorum, & nunciorum reverendorum patrum & dominorum suffraganeorum nostrorum, Leodiensis, Traiectensis, Monasteriensis, Mindensis, & Osnaburgensis episcoporum: ac capitulorum ecclesiarum earumdem, qui ad hoc missi fuerunt in multitudine copiosa, anno domini 1423. die Sabbati, vigesima mensis Martii, sub sigillo nostro præsentibus impresso in testimonium præmissorum.

## VIII.

*Quibus de concubinatu superius mandatum intelligendum.*

Theodericus Dei gratia sanctæ Colo-

C



niensis ecclesiæ archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, Vvestphaliæ & Angariæ dux, &c. Cum nos nuper editioni nostrorum statutorum provincialium, in sessionibus nostri concilii provincialis solemniter publicatorum, auctoritatem, consensum & operam dedesimus: jura tamen & jurisdictiones aut libertates suffraganeorum nostrorum, & ecclesiarum aut aliorum quorumcumque judicum provinciæ nostræ, tollere aut lædere, vel eos ad aliquod verisimiliter impossibile, obligare non intendebamus, nec intendimus. Idcirco ad omnem ambiguitatem tollendam, quæ circa statutum, pridem in hoc facto concilio contra concubinarios editum, possit suborriri, declaramus hoc statutum ad notorios concubinarios concubinas in eorum habitationibus vel alibi publice detinentes, dumtaxat extendi debere. Nolumus etiam vigore dicti statuti, nobis aliquam jurisdictionem acquiri, vel ad nos devolvi. Carolinam in generali concilio Constantiensi approbatam, mandamus ab omnibus observari, ipsamque aliis constitutionibus statutorum provincialium volumus insertam haberi.

A

B

C

## IX.

*Contra hæreses præsertim Vvicleficam, seu Hussiticam per id tempus sevientem.*

Hæreses, hæreticorumque Joannis Vvicleff, Joannis Hus, & Hieronymi de Praga doctrinas erroneas anathematizamus, reprobamus, & totaliter condemnamus, asserentes cum concilio generali Constantiensi, quod omnes hujusmodi articuli, aut sint parum aurium offensivi, aut seditiosi, aut scandalosi, vel manifeste a fide devii, seu expressiam hæresim continentes, prout in sententia lata contra dictos hæreticos & ipsorum perversa dogmata, plenius continetur. Quapropter universos & singulos subjectos nobis, in virtute sanctæ obedientiæ requirimus, & eis præcipiendo mandamus, quatenus in spiritu virtutis Dei exurgentes, prædictorum hæreticorum sequaces aut fautores, vel receptatores, & eorum doctrinam reprobam cum opusculis memoratis, ubicumque illos seu illas contigerit reperiri, diligenter inquiratis, nobisque, ordinario loci, aut alicui ex inquisitoribus hæreticæ pravitatis, ad hoc a sede apostolica deputatis vel deputandis, prodatis, vel revelentis, atque mediante justitia (si non resipuerint) exterminari fideliter procuretis. Nos enim omnibus per nostratem provinciarum constitutis, confessis & contritis, qui ad hoc operam efficaciter dederint, aut qui in expeditione exercituum contra dictos

D

E

F

ANNO CHRISTI 1423. dictos hæreticos profecti fuerint, de omnipotentis Dei misericordia, & sanctorum ac sanctarum nostrorum patronorum & patronarum meritis aut precibus confisi, xl. dies indulgentiarum de injunctis eis pœnitentiis misericorditer in domino relaxamus: Suffraganeis provinciæ nostræ in domino hortantes, ut his nostris indulgentiis similes in suis civitatibus & diœcesibus superaddant. Mandantes insuper omnibus & singulis ecclesiarum rectoribus, & eorum vicariis seu presbyteris, alisque prædicatoribus per provinciam Coloniensem, quod in singulis sermonibus suis ad populum faciendis, exhortationes faciant speciales ad inducendum populum congruis modis, ut orationes, jejunia, & alia pia opera, omnesque presbyteri dictæ provinciæ nostræ, missarum in solemnis celebrandis, speciales collectas, & suffragia nostro offerant salvatori, quatenus ecclesiæ sanctæ, & veris Christicolis contra quoscumque persecutores aut rebelles ejusdem, præfertim dictam fidem impugnantes, [illegible] victoriam & triumphum.

A

B

C

## X.

*Cur singulis feriis sextis circa meridiem campana magna pulsetur, & cur item quotidie mane & vesperi certorum ictuum pulsatio fiat.*

Item deinceps in singulis civitatum & locorum provinciæ nostræ principalibus ecclesiis collegiatis & parochialibus, omnibus feriis sextis hora meridiei vel circa, in memoriam passionis & mortis domini nostri Jesu Christi, nostrique redemptoris, solemniter campana cujuslibet ecclesiarum magna pulsetur, ad excitandum Christi fideles, ut eadem hora memoriam passionis Christi & suæ redemptionis devotius recolant, & per ejus merita misericordiam Dei pro præmissis, & omni necessitate ecclesiæ implorent. Similiter quoque approbante hoc sacro provinciali concilio, statuimus ut deinceps in singulis ecclesiis prædictis omni die circa solis ortum, in memoriam compassionis gloriosæ virginis Mariæ, pulsetur tribus vicibus campana magna ipsius ecclesiæ, & prout hactenus circa occasum solis, pro saluratione ejusdem virginis gloriosissimæ pulsari consuevit, ad hortandum Christi fideles, ut in laude ipsius virginis incipientes, eam cum salutatione angelica venerentur, ut ipsa quam filius ejus nil negans semper honorat, pro nobis & omni necessitate nostra apud dominum intercedat. Nos enim omnibus contritis & confessis in provincia nostra constitutis, qui seria sexta tempore pulsus in memoriam passionis & mortis domini nostri Jesu Christi, tria Pater noster, & tria Ave Maria, &c. Necnon qui tempore pulsus, qui singulis diebus fieri debet circa ortum solis, ter salutationem virginis angelicam, Ave Maria, flexis genibus oraverit, de omnipotentis Dei misericordia, & auctoritate nostra metropolitana, & ordinaria, xl. dies indulgentiarum de injunctis eis pœnitentiis, toties quoties hoc fecerint, misericorditer in domino relaxamus: suffraganeos provinciæ nostræ in domino hortantes, ut his nostris indulgentiis similes in suis civitatibus & diœcesibus superaddant.

A

B

## XI.

*Compassionis B. Mariæ festum seu memoria, quando in templis agenda.*

Ad gloriam sanctæ & inseparatæ virginis Dei genitricis, pro miseris peccatoribus filium suum crucifixum assidue deprecantis & orantis, cujus laudes etiamsi omnes arenulæ maris in linguas converterentur, depromere nequirent: nec non ad honorem filius angustiæ & doloris, dum redemptor noster Jesus Christus exponis manibus in ara crucis, pro salute nostra immolatus, matrem suam benedictam dilectissimo discipulo suo Joanni evangelistæ commendavit, & præsertim ut prophaorum, hæreticorum Hussitarum perfidia, qui imagines ad laudem crucifixi, & gloriosæ virginis dedicatas, aufu sacrilego combuserit, & devastare minime formidarint, nec formidant, statuimus, & ordinamus, ut festum commemorationis præfatæ angustiæ & doloris beatæ Mariæ Virginis, deinceps singulis annis feria sexta post Dominicam jubilate, nisi aliquod festum eodem die intervenerit, & extunc prima feria sexta proxima subsequenti, in primis vesperis, matutinis, aliisque horis, necnon in secundis vesperis, in choro tantum, in omnibus ecclesiis provinciæ nostræ subjectis, secundum notas ac historiam & homiliam de eodem festo compositas, solemniter celebretur: Ut dominus noster Jesus Christus velamina de cordibus eorumdem hæreticorum auferat, & eosdem ad sacrosanctam fidem catholicam revocare, & Christi fideles ab erroribus & omni malo per piissimam suam misericordiam præservare & custodire dignetur. Cuicumque autem interfenti huic missæ cum devotione, de omnipotentis Dei misericordia, & authoritate nostra metropolitana & ordinaria, xl. dies indulgentiarum de injunctis eis pœnitentiis misericorditer in domino relaxamus. Exhortantes suffraganeos provinciæ nostræ in domino, ut his nostris indulgentiis simi-

A

B

C

ANNO CHRISTI 1423.

Ann. 19.

in

les in suis civitatibus, & diœcesibus superaddant.

*Statutorum copia quibus necessario habenda.*

Cæterum mandamus omnibus suffraganeis nostris, & eorum cœlibet, ut statutorum in sacro provinciali concilio concluforum & publicatorum copiam *sub* forma authentica intra unum mensem immediate subsequentem recipiant, & *sub* synodalibus conciliis faciant publicari intra tempus a jure statutum, ne quispiam de sibi subjectis, de eorum editione prætendere valeat ignorantiam, vel allegare. Et præcipue B mandamus decanis ecclesiarum nostrarum civitatis & diœcesis, ac chrisiliarumum decanis quatenus ea in suis ecclesiis & capellis conservent & publicent, ac ulterius dent (copiam) ecclesiarum rectoribus per decanatum eorumdem: alioqui justo impedimento cessante, præmissa negligentes per excommunicationis sententiam, tanquam inobedientes, volumus canonice puniri.

Pronunciatum in ecclesia nostra Colonienſi, *sub* anno a nativitate domini 1423. die Jovis. 22. mensis Aprilis, *sub* sigillo nostro præfentibus appenso in testimonium præmissorum.

## CONCILIUM SENENSE,

Papæ seu Ticini primo inchoatum, tum Senis celebratum anno domini MCCCCXXIII. & sequentibus inicio sub Martino Papa V.

*De translatione concilii Papiensis ad Senas.*

DE translatione concilii generalis a civitate Papiensi ad civitatem Senarum facta anno domini millesimo quadringentesimo vicesimo tertio, die vigesima secunda mensis Junii. Seiendum quod anno prædicto, die vigesimo primo prædicti mensis, in dicto concilio existentibus pro parte domini nostri papæ Martini V. reverendis in Christo patribus & dominis Petro archiepiscopo Spoletano (a) Petro abbate de Rofacco Aquilejensis diœcesis, ordinis sancti Benedicti, & Leonardo magistro & generali ordinis Prædicatorum, & aliis prælatis & doctoribus de divisis nationibus. Reverendus in Christo pater dominus abbas sancti Ambrosii Mediolanensis* de mane illustrissimi principis domini ducis Mediolanensis parentesvia præfatis dominis de concilio literas credentiales, virtute quarum idem dominus abbas exposuit magnam benevolentiam quam dictus principes habebant ad ipsum concilium. Et ipse dolenter intelleverat in dicta civitate Papiensi pestilentiam epidemialem vigere, dictis dominis de eminenti periculo videntes prælaturæ, præsentabat. dicto concilio omnes civitates & oppida suorum dominorum, dempto dumtaxat duabus civitatibus, Brixia & Mediolano. Quilibet autem, dominus de nationibus retraxerunt se ad partem in aula exteriori, commissariis domini nostri papæ in aula interiori remantibus. Et quia dicebatur quod idem dominus abbas habebat illo die nondum reverti, & referre responsionem ad dominum ducem prædictum: post plures initiantes præcipitativas, iterum dictam cumeram fuit concordia de loco translationis, ubi post multas alterationes hinc inde habitas, dominus Andreas Poznaniensis episcopus pro se & illis de natione Germanica qui erant quatuor in numero, cum viderent quod non poſſet faciliter haberi concordia, dixit præmissis commissariis, quod oneraret dictum commissarius de electione loci, pro translatione dicti concilii, salvis semper in omnibus decretis concilii Constantiensis. Consequenter dominus Philibertus Ambianensis episcopus pro illis de natione Gallicana; qui erant ibi sex in numero, similiter respondit. Postremo vero dominus Ricardus episcopus Lincolnienſis pro natione Angliæna, quæ plus abundabat in sappositis, respondit similiter, & addidit, quod locum quem dicti commissarii eligerent, dictis natio extunc eligebat. Nullos autem erat ibi de natione Hispanica, neque de Italica, præter dictos commissarios. Et sic domini irerunt ad prandium, quia etiam jam erat hora tarda. In craſtino vero de mane tenebatur ſeſſio, in qua poſt celebrationem miſſæ per dominum Andream Poznaniensem, præsidentem pro dicto Sopotano episcopo, cantatis litaniis & ceteris orationibus more solito, idem dominus Andreas ascendens ambonem legit quandam ſchedulam, quæ nunquam fuerat visa per nationem Gallicanam, cujus tenor ſequitur in hunc modum.

*Decretum de ipsa translatione ex consensu.*

Sacrosanctæ synodus generalis Papiensis in Spiritu sancto legitime congregata, cuſa pestis intibi notorie vigentis, ipsam civitatem Papiensem mutat, & loco ipsius civitatem Senarum in natione Italica constituentes, tamquam habiles & locum ſufficientem pro continuatione ejusdem sacri

a) Petro, *de parte. M.*

*a Petro, rotulo habitiner. M.*



sacri concilii, tenore præsentium eligit atque A deputat. Qua schedula perlecta, dominus Petrus archiepiscopus Cretensis respondit, *Placet*, pro natione Italica, licet non haberet ſuper hoc mandatum a natione, nec natio videtur ſchedulam prædictam. Magister Nicolaus de Sustro doctor in theologia ſimiliter respondit pro natione Germanica, & dominus Ricardus Lincolnienſis epiſcopus pro natione Angliæna.

## ACTA SENENSIS CONCILII,

ſequitur decretum de approbatione proceſſuum, & continuatione in futurum contra Hoſſitas hæreticos.

*Sacrosancta synodus Senensis generalis in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans:*

IN ea Petro archiepiscopo Cretensi, Jacobo epiſcopo Spoletano, Petro abbate de Rofacco Aquilejensis, & Leonardo magistro & generali ordinis Prædicatorum, nuntiis sanctissimi in Christo patris & domini domini Martini papæ V. unici & indubitati summi pontificis (specialiter deputatis) approbationem intendentes, incipiens a fidei fundamento, præter quod nemo poteſt aliud ponere, damnationem hæresum Vycliestiarum & Hoſſitarum, footentes ejusdem extirpationem. Deinde per præfatum sanctissimum dominum papam Martinum pro viribus procurata tam principum, baronum, divisionumque populorum exhortatione & requisitione, tam etiam plenariæ indulgentiæ concessione illas prosequentibus, cum pro * tali habitione ad diversas partes hinc destinatione legati de latere, varas & gratas habens approbat & confirmat, contra eosdem continuando processus. Decernit omnes perseguentes ac procuratores extirpationem dictæ sectæ gudere omnibus juribus, privilegiis & indultis a jure vel ab homine, peccatorum veniam concernentibus, contra hæreticos insurgentibus concessis, ac infectos labe dictarum hæresum quomodocumque, omnes & singulos eisdem consiliis, auxiliis vel favoribus assistentes, ac eosdem defendentes vel reportantes, nec non vitualia, species aromaticas & pannos, sal, pulveres, bombardas, plumbum, vel arma, sive instrumenta bellica, seu res alias quæcumque eis adducentes, sive alia quævis negotia vel commercia publice vel occulte facientes cum eisdem; eos etiam qui fefenter per dominia, terras, districtus, vel sue ditioni subjecta, præmissa in toto vel in parte præfatis hæreticis addnci seu apportari, vel subditos suos cum negotiari permiserint, fore obnoxios atque ligatos pœnis & cenſuris in dicta ſententia contentis; cum * etiam novi erroris inventores non deprehensi, alienos tamen fatinori prædamnato tuum communionem immiſcuerint, nullo eisdem exceptionis, immunitatis, privilegii, statuti vel confuetudinis præſidio ſuffragante, per hanc tamen approbationem & declarationem, ſtatuum ſive decretum, non intendit privilegiis, habilitatibus, & dispositionibus quibuscumque personis per sanctissimum dominum nostrum papam Martinum quintum concellis & concedendis præjudicium generare, ſeu in aliquo derogare.

*Concessio indulgentiarum perseguentibus hæreticorum.*

Item quoniam propter negligentiam quorumdam ordinatorum & inquisitorum deputatorum extirpationi hæreticæ pravitatis, ac diversis mundi partibus varie hæresum ſpecies pullulaverunt in gravem Dei offensam, fidei catholicæ detrimentum, & multarum animarum perditionem: volens hæc ſanctis ſynodus remedium

a) Hic Petrus hic Abbas de Rofacco pro Martino V. ad Concilium Papiense, mox Serenæ Legatus, filius fuit Comitis Philippi de Milia, seu Æmilii, Baiseiseis, Joanni Galeazio Vicecomiti Duci Mediolanensi a Concilio, & in Genua, ejus dictione Vicenti. Ob ejus præclaras animi dotes, & mitem in rebus agendis fabrilem ipse pontifici charissimus, ut eum proprio cognomine tribuit reponere & Eliam adsvivitrice in familiam fecit, & amplissimis honoribus cumulavit, & præcipue generalis Gubernii Marchiæ Anconitanæ cum plenaria possilate legati a latere, in quo plure eximiæ defunctissimi illis temporibus Pontificis munera mirabiliter adeo adimplevrat, ut in Cardinalium quoque numero, nolle Albano in dictæ prælatæ, idem Martinus illum conservavit. Servatur adhuc, in Archivio Comitum Aemiliorum Veronæ, quo geas prænobilis familiæ migravit, plurimæ Martini V. originales epistolæ, quæ eidem Petro Æmilio, pydes de Columna constituere nuncupato abbati de Rofacco inscriptæ.

ANNO CHRISTI 1423.

adhibere, statuit atque mandat omnibus & singulis locorum ordinariis ac inquisitoribus hæreticæ pravitatis, ut timore, favore, amore & odio quibuscumque postpositis, juxta juris formam solicite intendant inquisitioni & extirpationi hæresum quarumcumque, & quam primum eis constiterit in locis sue jurisdictionis aliquos dicta labe hæresis existere, eorum captioni & punitioni intendant secundum canonicas sanctiones, quodque ut favoribus opportunis circa hæc eisdem ordinariis & inquisitionibus affultant, constitutioni Bonifacii octavi dispoonati super investigatione, captione, cultodia & punitione hæreticorum & fautorum hereticis procurandis per dominos & rectores temporales locorum, addere copiam, statuit hæc sanctæ synodus, quod quicumque capientes hæreticos, & in potestatem ordinariorum vel inquisitorum hæreticæ pravitatis effectuliter ponentes vel eos quos detinere seu capere non possent, de eorum territoriis omnes expellentes aut banniteres, sive etiam requisiti brachium seculare contra eos præstantes, eam indulgentiam consequantur, quæ dari consueuit peritonaliter profiscientibus in subsidium terræ sanctæ. Mandat etiam omnibus ad quos spectat deputare inquisitores hæreticæ pravitatis, ut in deputatione fervetur concilium Viennense, ac in locis insignibus, vel ubi frequentius pullulant hæresis, quoscumque non deputent, nisi magistros in sacra pagina, si tamen commodè possint. Alioquin, alias doctiores & aptiores quos potuerint reperire. Hujusmodi quoque decretum, prima & quarta Dominica Quadragesimæ, in toto Nativitatis & Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi, ordinari in suis ecclesiis principalibus, inquisitores vero præfati in ecclesia singuli civitatis vel diœcesis, ubi magis viderint expedire, quando populus convenit ad divina, singulis annis perpetuo intelligibiliter publicare tenentur, & singulis Dominicis diebus publice nuntiare omnibus accensis pariter & extinctis, & in locis projectis, campanisque pulsatis, omnes hæreticos, credentes, receptatores, fautores & defensores eorundem, excommunicatos, & tales ab omnibus evitari. Hanc autem publicationis formam, quoad constitutiones præfatas Wiclefistarum & Hussitarum, & schismaticorum, quousque vigueriut, hæc sancta synodus observari decrevit: Quod si præditti ordinarii vel inquisitores circa observantiam hujusmodi statuti se remisso ac negligentes reddiderint, pœnam suspensionis ab ingressu ecclesiæ per quadruplex tempus eo ipso incurrant, ac in provincialibus seu synodalibus concilijs pro modo culpæ seu negligentiæ contra tales negligentes ultra præditam pœnam providendum, & remedio opportuno, privilegiis, exemptionibus, consuetudinibus & statutis contra premissa disponentibus, non obstantibus quibuscumque.

*Statuta super materia reduditionis Graecorum.*

Item in nonnullis generalium conciliorum convocationibus Romani Pontifices pro tempore existentes contra sunt ecclesiam Orientalem reducere ad unionem universalis ecclesiæ in non gestatis fide Jesu Christi Salvatoris: sanctissimique dominus noster Papa Martinus quintus, paternis ejus affectu compatiens & afferens, omnes errantes ad unicum Christi ovile reducere quærentes, solicite nuntium proprium sufficienter potestate munitum ad patriarcham & Imperatorem Constantinopolitanum destinando, ut cum unioni & gremio sanctæ matris ecclesiæ possent reincorporari: cujus nuntii expositione audita, Imperator respondit, prout in ejusdem literis aurea bulla im..... ..... latius continetur, cujus tenor infra habetur. Ex quibus apparet cum ipsis talia illis temporibus non posse utiliter & fructuose pertractari. Quare hæc sancta synodus considerans reformationem catholicæ ecclesiæ necessarium fore, eis pro nunc non aliter expectatis, decernit ad dictam reformationem fore procedendum: & cum se facultas ecclesiæ, vigilare divina clementia, sincerque cordis affectu pro viribus intendere eorum reductioni ad gremium fidei catholicæ.

Hoc lecto, offendebant literæ patriarchæ Constantinopolitani bulla aurea sigillata, & in Græco pariter & in Latino scriptæ. Et primo legebatur Græcum per Ma..... unum secretarium domini nostri Papæ, & consequenter Latinum per dictum Ma....., Arel, cujus tenor sequitur.

## INSTRUMENTUM RELATIONIS DE ambasiata facta ad Græcos ex parte domini Papæ, & continet novem conclusiones.

In individuo sanctæ Trinitatis nomine. Amen.

A Christi Nativitate anno millesimo quadringentesimo vigesimosecundo, indictione quintadecima, die decimaquarta Novembris, Constantinopoli urbe regia in præditis domini Imperatoris Romæorum, præsentibus testibus infra scriptis, ad hæc omnia & singula vocatis & rogatis, reverendissimus & integerrimus vir atque clementissimus sacræ theologiæ professor magister Antonius Massanus, qui dicitur orator & nuntius Apostolicus in partibus Græciæ, ad diem decimam Septembris nuntiatum supradicti Constantinopolitani appliceuit: qui majori sua honestati confisus, divertit in Peram ad conventum ordinis fratrum Minorum: illatimque per reverendos & honestissimos viros fratrem Guillielmum confessorem excelsæ & Christianissimæ imperatricis, & magistrum Joannem præfati oratoris socium. Et terciadiem principi domino Manuel Dei gratia Romæorum Imperatori idem significavit, primo de illo nuntium Apostolicum missum ad suam majestatem imperialem; deinde ubi & qua in loco eidem pervenerit, & ejus causam. Tertio vero, quandocumque sua imperialis majestas pro eo mitteret, ipse semper paratissimus esset. Cui quidem domino oratori Ja..... dominus Imperator per eosdem dominos venerabiles fratres ad suam serenitatem transmissis hujusmodi responsum dedit, regum pater, orbis totum, summus Pontifex Papa Martinus a divina providentia Papa quintus, mandat mihi magistro Antonio Massano ordinis Minorum, oratori & suo nuntio in partibus Græciæ, ut hæc mora voluis reverendo in Christo patri & domino domino Joseph patriarchæ dignissimo Constantinopolitano, & serenissimis principibus Manuel & Joanni Romæorum imperatoribus Paleologis, novem nuntiare maximas sententias.



ANNO CHRISTI 1423.

bajulo illustrissimi decalis dominii Venetorum, & alia multitudine nobilium copiosa, tam Græcorum quam Latinorum: ibique facta majestati imperiali reverentia debita, eidem bullas Christiani in Christo patris & domini Martini divina providentia Papæ quinti præfatus dominus orator propriis ipsis manibus porrexit: atque benedictione fanctitatis apposita, affignata, dixit habere fe ex mandato Apostolicæ ipsius fanctitatis, & sue serenitati & reverendissimo in Christo patri domino patriarchæ novem quæstiones exponere, quibus dominus Imperator respondit suo loco & tempore ad illas exponendas iterum se pro eodem domino oratore missurum. Ad diem autem tertium Octobris eum idem illustrissimus Imperator Manuel mittere in Pera, & illatisque, velati antea dixerat, ut ipse una cum dumino patriarcha eas novem conclusiones expandendas attendere, gravissima infirmitate oppressus est, & adeo oppressus fuerat, ut ipse loquelam omnem ac sensus omnes penitus amisserit. Quamobrem die decima ejusdem mensis Octobris, idem serenissimus dominus orator & nuntius Apostolicus, per supradictos fratres Guillelmum confessorem & magistrum Joannem transfinitos ad illustrissimum principem dominum Joannem ipsa conclusiones & pacis & fecere vobiscum Græcis unica in ecclesia catholica & sancta Apostolica, rogam non habente, sebisma nemo dedit.

C Secunda conclusio, sunt habet ipsi in malis & periculis quæ ex hoc schismate provenerunt hæderesis, & quotidie provenunt, cum spiritualiter cum temporaliter. Quæ longa, pater particularis & Romæorum Imperator, sufficit explicare ex hac pestifera divisione languinis effusionem, hominum fraegem, fuccessiones, furta, adulteria, homicidia, & similia mala ineffabilia? Propter hoc pessimum malum Græcia nobilia, tam fluvida, perdidit proprietatem dominii, sæculares Lapientiam ac morem fluvitatem, principum nobilitatem, plenitudinem populorum, mercatorum affluentias, maris potestatem. In patriotis vero Græcis omnis amissa utriusque hominis pace, guerris inimicorum crucis Christi undique premitur, & in servitutem redigitur. Quid fedelitas dici poslet, quam quod indifidelis, fidelis Christianos suppediatates, & hac arma movere cogant ut plurimum contra Christianos? Quid inhonestius, quam ut pudicæ domine Græcorum, alias timore, nunc amore per viros suos nunc admittantur ad totorum conjugium, immo per parentes ad illi disponitionem, & disponitio habet dici? Nos utique Latinos abominantes, & vocantes nos e schillos Francos, cum simus ejusdem fonitis natali baptismate, ejusdemque cæ. ejusdem fidei Patris filii atque hæredes & fratres: sed quod deterius, nisi illis cefles fcissura, omnes nunc tam Tartatis quam Turcis obedient, & renuntiabunt evangelio Christi, & jam servi fient Mahometis, ex eremitis predicatoribus pacem, unionem, & salutem annuntiantium eis. Sed circa periculum, ne perent pressis ex toto Græciæ monarchia intercepabilitis, dati fanfon constitum "nullitet falubrius, quam fe ne publicum unie caritatis vinculo, ut tunc velut aries unum ovile & unus pastor, & ut fiat Dei Greci, qui sunt aliqui in Græcia, aliqui in Armenia, aliqui in Syria, aliqui in Bulgaria, aliqui in Turchia, &c. & congregentur in unum ecclesiæ Romanæ consensum: alias omnia per hæresium infidelium remedia periculosa quæ sunt

a) Pars, sic particula.

b) Pars, ac Latinus vocabula.

c) Pars, fi-nitum vobis.

d) Pars, ac plurimum.

e) Pars, ac Latinus.

ANNO CHRISTI 1423. Tertia conclusio *solvatur* in requisitione pro-
missi: quoniam reverendus pater & dominus
episcopus Slomensis, & dominus Nicolaus En-
dem-non-Joannes, obtulerunt se dixerunt aper-
te, distincte & clare, omni remota obliscuitate,
domino & sanctissimo Papæ Martino quinto *,
voluntatem ejus pattiarchæ reverendissimi Con-
stantinopolitani, & serenissimi Romanorum Im-
peratoris, procurare ac curare sine fraude &
dolo sanctissimam unionem ecclesiæ Græcorum
cum ecclesia Latina; sub illa fide quam sancta
Romana ecclesia tenet, & obedientia ad eam-
dem ecclesiam Romanam: ut intendit dominus
noster Papa in suis bullis credentialibus ad vos
reverendissimum patriarcham, & ad vos sere-
nissimos Imperatores, & ad præfatos vestros: B
ut etiam tellantur hoc litteræ credentiæ reve-
rendissimi domini legati ad sodem. Ideo do-
minus noster sterna, ut bonus pastor requirit,
invitat vos justum ad promissum servandum ut
sancta fede Apostolica. Divina voce Græca ait
ecclesia: conficientia nostræ convenit semper
dare operam, ne over erraneis culpa nostra pe-
reant de ecclesia: & si pretter intentum nostrum
dominus Theodorus & dictus Nicolaus oratores
nostri promiserunt hæc suprædicta modo prædi-
cto, offendetur evidenter sanctissimi domini no-
stri, eos false exposuisse voluntates nostras, ne
dubium remanet aliqua in parte præstorum.
Veritas quidem non queritur angina, sed præ-
dicat in plateis, in publicum ubi quod secre-
omni * alicubi * idem phobia, &c.

Quarta conclusio cretione legati firmitatem
habet. Propter quæ prædicta tam unitissa san-
ctissimus, dominus noster papa illica Florentiæ
creavit dictum legatum ex latere, & publicavit
reverendissimum in Christo patrem dominum
cardinalem sancti Angeli. Qui dominus cardi-
nalis & legatus propter nonnullas ecclesiæ ne-
cessitates & fuas pervenit ad Hispaniam, & con-
scientia ejusdem domini Nicolai Eudemon Joan-
nis, oratorum vestrorum, ex quod tunc non
erat tempus idoneum navigandi ad Græciam,
nec erant præordinata, quæ de necessitate vide-
bantur ordinanda Constantinopoli pro concilio
fiendo. Sine enim concilio visum fuit, Græcorum
& Latinorum præstatum unionem sequi non
posse: & ipsis fatis erat ad hæc faciendum. Fuit
autem prædictus dominus cardinalis in Hispania
gravissima infirmitate detentus, a qua nondum
liberatus, in maxiri periculo se polsit contra ce-
lam salubre consilium mediorum, ut ad im-
plendum opus sui officii veniret, & ut non fa-
ceret voluntatem suam, sed voluntatem ejus pa-
tris domini Papæ qui misit tam.

Quinta conclusio attenditur penes impedimen-
ta, ex quibus legatus & dominus cardinalis non
ivit ad Græciam. Cum enim versus eamdem se
parabat ad iter, litteræ supervenerunt episcopi
Theodori, nec non & aliorum multorum, de-
portare per fratrem Macarium & alios nonnul-
los: in quibus expresse continebatur ex senten-
tia, quod congregatio pro concilio fiendo præ-
latorum Græcorum illo tempore fieri non pos-
set, propter inhumanissimam Turcorum guer-
ram, & transitum eorumdem ad partes Græciæ.
Ac etiam in eisdem literis renuntiatum est Con-
stantinopoli esse multum velligium præparatio-
nis concilii. Incassum ergo supervenisset lega-
tus ad imperatorem, immo perturbatum atque
inconstantem omnibus fuit in partibus.....
prudentia enim si aut adjecto ultimo vulr præ-
ceptum, judicium medio, & primo consilium,



ANNO DOMINI 1423. *Diligentia pro responsione a Græcis habenda, & causa dilationis.*

Post autem has novem conclusiones, ita ut
scripsi sunt, diligenter expositas, idem reve-
rendissimus pater dominus noster apostolicus,
magister Antonius Massanus, ad diem vigesi-
mamquartam ejusdem mensis Octobris eundem
reverendissimum in Christo patrem dominum
patriarcham secundo convenit & allocutus est
super conclusionibus suprascriptis. Item & die
vigesimalexta ejusdem mensis præfatus dominus
noster apostolicus, cum nonnullis fratres Gul-
fielmum confessorem, & Joannem socium suum
ad eumdem reverendissimum dominum impera-
rem dominum Joannem misit, ut tum majestati
placeret responsionem sibi dare ad ea quæ no-
mine beatissimi summi pontificis sum serenitati
retulerat. Die vero trigesima ejusdem quoque
mensis Octobris, iterum dominus imperator a
quo eumdem reverendum dominum patriarcham
fuit ad tractandum & colloquendum de modo
celebrandi concilii. Kalendis autem Novembris
idem serenissimus dominus imperator Joannes
misit ad ipsum dominum oratorem quemdam
ex nobilibus suis Constantinopolitanis, ne
mirarent, si adhuc responsum dabat:
quoniam multa & maximis negotiis bellicis im-
præsentarum ellet implicitus. Deinde quoque
ad diem tertium Novembris dominus nuncius a
postolicus misit ad quemdam majestatis impe-
rialis calorgerum & ad Clolepes, ut vellent il-
lustrissimum dominum imperatorem ac reveren-
dissimum dominum patriarcham ad hanc union-
nem sacratissimam excitare. Ad diem vero de-
cimamquartam Novembris præfatus dominus
nuntius apostolicus responsionem habuit ad om-
nes supradictas conclusiones, tam a reverendis-
simo domino patriarcha, quam ab illustrissimo
domino imperatore suprædicto: quoniam cum
firma ac solida in fide esset allerat, idem domi-
nus nuntius apostolicus hic annotari feu adscribi
voluit. Scriptum & publicatum Constantino-
poli, quemadmodum retulerunt, & suis sic esse
sis relationibus approbaverunt venerabilis fra-
ter Guliielmus confessor suprædictus, frater
Petrus Capitius confessor Constantinopolitanus frater
Lodovicus de Tarsolo, frater Damianus de
Venetiis, dominus Joannes Arispa, & frater
Laurentius de Franciscis, testes ad hæc omnia
& singula suprascripta vocati & rogati.

Et ego Franciscus Philetphus civis Venetus
publica & imperiali auctoritate notarius, & no-
tarius in Venetorum curia & Constantinopolitana
cancellaria, ex relatione & attestatione præfa-
torum testium suprascripta omnia & singula scrip-
si, complevi & publicavi.

Alcoltatum & collationatum cum originali
per me Aimonem Gerhardi episcopi Mauriaensis,
fis, litterarum apostolicarum de curia & alia-
rum in camera apostolica regiliari, * solicitate-
re registratori, die vigesimaoctava Julii anni
millesimi quadringentesimi vigesimisertii, de e-
piscopi prædicti mana propria.

* P. Sitius non-vigesimo tertio, sed vigesimosexto.

*Sanctissimus in Christo pater & dominus dominus Martinus sacrosanctæ Romanæ Dei catholicæ & apostolicæ ecclesiæ summus pontifex definitione, Joannes in Christo Deo fidelis imperator & moderator Romanorum Palæologus semper Augustus, reverentiam debitam & devotam.*

Reverendus vir ambasiator vester Antonius
presbyter, monachus, theologiæ magister, ve-
nit ad nos in pacem sanctissimi vestri & nostri ac
accipi..... cognovimus & ab ipsis & a vestro
ambasiatore quæcumque nobis ipse dixit. Ad
primos ejus sermones, qui fere in somma fue-
runt, quod ex parte nos dixit Nicolaus Eudæ-
mon, & reverendus episcopus Olensis Theodo-
rus, quod volumus unionem simpliciter cum
Romana ecclesia. Sed quoniam responsum ipsi
ambasiatori ad verbum, a quo sanctitas ves-
tra de omnibus agnoscet, affirmamus etiam per
notarios litteras expressie, quod non solum ali-
quid tale commisimus, sed neque omnino un-
quam ipsum in mente dicere habuimus. Sed
quod scripsimus in litteris nostris, illud & non
aliud nobis ambasiatorem impositum habuerunt,
implere & executare proprii fecerunt, vidlicet
fieri concilium universale fecundum ordi-
nem & conformitatem sanctorum septem uni-
versalium concilionum, & quod concederit Spi-
ritus sanctus ad pacem, illud firmare & tenere.
Circa sermones autem ipsius magistri Antonii
ambasiatoris, nil hoc quod quotiens appellere
locum & modum & tempus concilii: Red-
pondemus, de loco quidem Constantinopolim,
cum imperium nostrum in præsenti neque aptio-
ram aliam locum habeat, neque possemus ire
alio propter necessitatem. Verum in qua magis
nunc somus quam aliquando, & etiam propter
necessitatem expositionum quibus ipsum nego-
tium indiget. De modo, non necessitamur du-
cimus esse, omnes sanctissimos patriarchas, &
omnes episcopos provinciarum nostrarum inter-
esse. Concilii quoque hujusmodi expetus omni
præterito tempore faciebat imperium, nunc au-
tem finisiter esset opus: imperium vero nunc
non poteli ulla modo, nec facultatem habet ad
id faciendum. Qua de causa sanctitatem vestram
rogamus, ut circa hanc rem provideatur suffi-
cienter. De tempore autem, optamus & deside-
ramus ut taliter esset res, quod hodie hoc di-
vinum opus unionis & nobis placitum, principi-
bus accipere. Sed cum tiro cum res tales,
quales vidit fuis oculis Antonius, qui quas
penitus destructæ nobis omnibus, fuit fab pe-
riculo gladii & hæc civitas & omnia nostra:
& non est possibile congregare episcopos ab
Asia, neque ab Europa, propter guerras infi-
delium. Dicimus quod Deo pacem & fir-
mitatem rebus, statim scribemus vobis, & ap-
pointis nostris litteris ad vos, & ex vobis sam-
bassiatoribus vestris fuerunt cum eis & ex
expensis circa concilium facendis ab illa die in-
cipiente eo usque ad finirom annum, ut conci-
lium fiat. Verum hoc magnum desiderium &
singularem amorem quem habemus ad sacrosan-
vinum opus unionis, dicimus & hoc, quod et-
iam esiliente guerra infidelium, & sanctitas ves-
tra fecerit talem pro securitate nostrorum no-
cessariorum locorum, & fecerisis excommunica-
tionem terribilem & isolabilem contra quos-

ANNO CHRISTI 1423. cumque vestros homines, ut non relinquantur ab A solos in guerra infidelium, & ipsi in pace sint cum ipsis, sed auxiliantur nobis contra infideles, ita quod ipsi infideles non habeant facultatem inferre contra nos armatos nave ipsorum. Et hoc pacem nobis reverendissimus cardinalis habeas ex nobis generalem auctoritatem & vim super illis: Placet nobis incipere unionis opus ab ipsa die qua hac adventerit prædictus reverendissimus cardinalis, & tunc convenientes facto concilio secundum antiquam sanctorum universalium septem præteritorum ordinem & conformatione, & veritate sine contentione quæstionis, quidquid revelatum fuerit inspirante Spiritu sancto, in hoc sancto concilio, utinque parti placitum fit, & subiequatur omnis terminus mundi. Itaque fat universalis unio & infrangibilis & firma ecclesiarum. Datum in urbe nostra Constantinopolitana millesimo quadringentesimo vicesimo secundo, die Sabbati quartadecima mensis Novembris, sub bulla imperialis sigilli impressione, & nostra solita rubra subscriptione.

*Instrumentum ecclesiasticæ civitatis Basiliensis pro celebratione concilii generalis proximæ secutura.*

*In nomine domini. Amen.*

Tenore præsentis publici instrumenti cuiuslibet patet evidenter & fit notum, quod anno a nativitate ejusdem domini millesimo quadringentesimo vicesimoquarto, indictione secunda, die vero sabbati decimamsexta mensis Februarii, hora tertiarum, vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini, &c. *Vide reliqua in sessione prima concilii Basiliensis.*

OBSERVATIO PRIIPPI LABBE, S. J.

*Ad idem Senensis concilium spectant, qua ejusdem ex Odorici Raynaldi T. O. annalium ecclesiasticorum tom. 18. deprompta.*

" De rebus ad fidem spectantibus conciliatuis, de ecclesiastica disciplina & Christi fidelium moribus in primævum decus restituendis agendum erat, sed cum ob turbas in Italyæ excitatas saniora explicari concilia non possent; pontifex eam rem ad sedis apostolicæ curam revocavit, dimissique concilium, de quo ad Joannem Castrensium Toletanum archiepiscopum hæc scripsit.

*Ad archiepiscopum Toletanum.*

Voluissemus, ut per te alios optime sentientes ea gravitate & libertate, qua in re tali conveniebat, agi potuiset de reformatione universalis ecclesiæ in Senensi concilio; sed post quam tanta rerum perturbatio secuta est, ut videlicet, in animo nobis est hanc reformationis materiam non relinquere, sed ad prosecutionem debiti procedere in curia nostra: In quo, fancto opere te operarius esse præsentem: sed cum tibi necessarium sit tuam ecclesiam visitare & ad ipsius regimen prudentiæ tuæ commissum curas tuas cogitationesque dirigere, contenti esimus, ut satisfaciat muneri ad quod specialiter es vocatus a domino hortantes nihilominus ipsam fraternitatem tuam, ut quibuscumque locis tua vox, utaque valebit auctoritas, laboraire non tardet pro honore & Romanæ ecclesiæ dignitate, cum in devotione tua plene confidimus & speramus. *Datum, &c.* Perfecit mox promissa pontifex, Antonium enim episcopum Portuensem, Petrum tit. S. Stephani in Coelio monte presbyterum, & Alphonsum sancti Eustachii diaconum cardinales designavit, ad quos universi fideles referrent, quæ ecclesiæ dilignda, vel in meliorem ordinem redigenda videbrentur; qua de re encyclicæ hæ litteræ exaratæ.

*Martinus, &c.* Ne propter dissolutionem ejusdem concilii (nimirum Senensis) reformatio universalis ecclesiæ, & Romanæ curiæ impediatur aut retardetur, quam expediri in ipso concilio libentissime vidissemus, si debite fieri potuisset, ex quorum omnino profectu & finire intendimus in omnibus suis membris, venerabilem fratrem Antonium episcopum Portuensem, & dilectos filios Petrum tit. S. Stephani in Cœlio monte presbyterum, ac Alphonsum sancti Eustachii diaconum cardinales super hoc & ad recipiendum a quibuslibet dare volentibus informationes, institutiones & alia quæ pro hujusmodi reformatione eis utilia vel necessaria videbuntur, duximus deputandos: quæ ideo ad notitiam vestram deducere decrevimus per præsentes, ut præsiliorum omnium veram cognitionem habeatis, ne propterea quisquam existimet, quo reformationem ecclesiæ & Romanæ curiæ vile velle negligere aut differre, ad cujus prosecutionem juxta pastoralis officii debitum summa ferventissime animati, & sicut sint quibus Deus aliqua pro ipsa reformatione salutaria inspiraverit, illa præfatis cardinalibus in scripto exhibeant, quod nos semper gratum habebimus, ut tandem omnibus collectis in unum, quæ ad reformandum statum ecclesiasticum, & eamdem curiam facere videntur, quod principaliter affectamus, pro salute fidelium animarum, pro conservatione libertatis ecclesiasticæ, pro quiete status populi Christiani, maturius & consultius ad expeditionem reformationis ejusdem procedere valeamus. *Datum Romæ apud sanctum Petrum iv. Idus Martii pontificatus nostri anno* D VII.

Indicta porro est Basiliensis synodus decimanona Februarii hujus anni die in Senensi concilio, ut demonstrant acta ejusdem concilii, quod præsides apostolici vigesimasexta ejusdem mensis Februarii dimisere, ac publicis litteris patribus ut ad eas redirent diœceses, septimo Martii die edixere, prohibuereque intentatis gravissimis pœnis tum lis, tum regum ac principum oratoribus, ne ullos celebraverit conventus, quibus Senensis concilium dissolutum renovate vel propagare viderentur: quorum decretum Martinus hisce litteris tarum habuit.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Ad sacram Petri sedem divina dispositione vocati ad salutem, tranquillitatem & pacem totius gregis dominici nobis crediti juxta pastoralis officii debitum curis vigilibus libenter intendimus, & ut, quæ pro quieto statu universalis ecclesiæ, & reipublicæ christianæ mature & sapientissime gesta sunt, ut illibata permaneant, libenter adjicimus apostolicæ roboris firmitatem. Nuper igitudem venerabiles fratres Petrus archiepiscopus Cretensis, & Jacobus episcopus Toletanus, ac dilecti filii Petrus abbas monasterii de " Rosacio ordinis S. Benedicti Aquilejensis diœcesis, necnon Leonardus de Florentia ordinis fratrum Prædicatorum generalis magister nuntii nostri Senensi generali concilio præsidentes ad audiendum nostrum dedere caruerunt, quod prædicta ipsi, maturaque deliberatione pertractabita cum doctoribus & magistris aliisque sapientibus & prudentibus viris diversarum nationum, qui ad civitatem Senensem ratia concilii accesserant & usque tunc permanerant eodem, ad quod neque prælati, & cæteri, qui hujusmodi concilio interesse debebant, per novem menses vel circiter expectati, in tanto numero venerant, quantum, retum agendarum pondus & magnitudo requirere videbatur, ipsorumque prælatorum & aliorum particulari prudentia, quandoquidem ipsi plures ex illis, qui ad concilium ipsum venerant, inde necessitate coacti recessissent, quam venitent ad illud, sicut quotidie recedebant, nec esse ipse adventus aliorum sine longo temporis intervallo, & propterea inter se præmissa provide & mature confiderantes, ac sentientes ex longa mora & prorotatione dicti concilii diversia & gravissima pericula non solum statui universalis ecclesiæ, verum etiam toti Christianitati quamplurimum imminere, ac ecclesiæ reformationem, & ea eadem civitate per nonnullos tales modi indecentes & inhonesti in prosecutione concilii tenebantur, quod neque illa lesso publica teneri, C neque concilia & concordata poterant & publicari, ex quibus optata ecclesiæ reformatio juxta defiderium cordis nostri, præmissis obstantibus, nequibat cum libera prælatorum consultatione compleri, & ne his omnibus mature digestis & ponderatis ejusdem concilii dissipatio absque deparatione & assignatione loci pro futuro concilio juxta determinationem sanctæ Constantiensis synodi sequeretur, civitatem Basiliensem pro loco futuri concilii, inde ad septennium authore domino concilii, de voluntate partium & assensu, prælatorum, magistrorum, doctorum, nationum, & aliorum prædictorum, seu longe majoris partis eorum, elegerunt, deputaruntque & etiam assignarunt; & successive præsidentes præfati ex præmissis & certis aliis legitimis & rationabilibus subsistentibus causis die vigesimaferta mensis Februarii proximæ præteriti, præfatum concilium dissolverunt, ac hujusmodi dissolutionem die septima præfentis mensis per eorum patentes litteras affixas in valvis Senensis ecclesiæ publicarunt omnibus, qui in virtute prælati juramenti vel alias ad generalia concilia venire consueverant ad propria redeundi vel alibi accedendi plenam & liberam licentiam concedentes, ac mandantes venerabilibus fratribus nostris archiepiscopis, & episcopis, ac dilectis filiis abbatibus, ambaxiatoribus, & cæteris personis cujuscumque status, gradus vel conditionis existerent, qui ad ipsum concilium convenerant, quatenus extunc in posterum nulli eorum vel nationalitter fe congregaretur, vel procederent ad aliquem actum, per quem quovis modo ipsum concilium sic, ut præmittitur, dissolutum continuare videretur; quod si quis eorum in præmissis ausu temerario foret continuatorus, vel rebellis, aut dissolutionem prædictam impugnaret, aut nullam ipsam duceret, seu eam irritam allegare volentibus præstaret auxilium, consilium vel favorem, cujuscumque status, gradus, ordinis vel conditionis existeret, etiamsi pattiarchali, archiepiscopali, episcopali, aut quavis alia dignitate fulgeret, excommunicationis sententiam incurreret ipso facto: inferiores vero beneficiati, qui contra hujusmodi diffolutionem facerent, seu contra ipsam aliquid attentare præsumerent, ultra dictam pœnam quam, & contra facientes (ut præfertur) incurrerent, eorum dignitatibus & beneficiis perpetuo privati existerent eo ipso, & essent etiam inhabiles ad beneficia in posterum obtinenda, prout in dictis litteris plenius continetur; quare præfidentes prædicti nobis humiliter supplicarunt, ut loci electionis, deputationis, & assignationis, necnon concilii hujusmodi dissolutionis & litteris prædictis pro ipsorum libfistentia firmiori robur apostolicæ confirmationis adjicere paterna diligentia dignaremur.

Nos igitur attendentes præmissa omnia multa cum prudentia, maturitate, & sapientia necessario procellisse, loci electionem, deputationem, & assignationem, necnon concilii dissolutionem, & litteras prædictas, omniaque in eis contenta, & quæcumque inde secuta rata habentes & grata, illa de fratrum nostrorum consilio authoritate apostolica ex certa scientia confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus; ac volumus, & mandamus præmissa omnia juxta ipsorum continentiam sub pœnis prædictis, quas contra facientes ipso facto incurrant, ab omnibus Christi fidelibus acceptari & inviolabiliter observari, mandantes ex nunc, & etiam injungentes in virtute præfati juramenti præfatis & aliis venerabilibus fratribus nostris *archiepiscopis & episcopis, ac dilectis* filiis ellefis cæterisque locorum ordinariis, ut præfentes litteras in eorum ecclesiis publicari faciant, & ad notitiam deducere studeant quorumcumque. Nolli ergo, &c. *Datum Romæ apud S. Petrum iv. Idus Martii pontificatus nostri anno* VII.

Missum fuisse Senas cum Leonardo Datho Dominicum e Capranica, qui pontifici a secretis erat, ad dissolvendum Senense concilium, cum in eo obortæ essent lites de auctoritate pontificis & concilii, ea quod decretum Constantiensis concilii in Senensi seniium referretur, *&c.* Ita vir Indicat Joannes Baptista Poggius, cum subdit: *Ea igitur ubi ventum est, pia prudentia effecerunt, ut omissa ejus rei mentione id in civitate Germanica Basilea septennio futuro convenirent indicerent.* Extant ea de re Martini ad Basilenses litteræ, quibus ipsos de solute Senensi concilio, deque legenti honore ipsorum mitit delegatos certiores fecit, in qua solemnes episcoporum totius orbis conventus celebrandi essent: namque decretum patrum Senensium tutum habitum ab sede apostolica fuisse, tum ad pontificium nomen ordinem, & ecclesiastici ordinis tuendam dignitatem ipsos esse cohortatus.

*Dilectis filiis prorcancellario, consiliariis, & communitati civitatis Basiliensis salutem,*

Dudum præsidentes per nos in sacro Senensi concilio deputati, provide considerantes juxta decretum concilii Constantiensis circa electionem loci futuri concilii una cum consilio apostolicæ liberationis prælatorum ac reliquorum sapientum virorum, qui ad bonum publicum, universalis ecclesiæ intendebant, civitatem vestram Basiliensem pro hujusmodi futuro concilio, quod infra septennium celebrari debet, elegerunt. Præmeditantes enim prima fructum ex hac re in



ANNO DOMINI 1424. ANNO DOMINI 1424.

Cod. Vat. 1346.

ANNO CHRISTI 1434. in ecclesia Dei proveniunt, dein reficiendas A merito laudabunt.

Hoc ergo, filii nobis dilecti, cum existimemus ad commodum & honorem vestrum & totius Christiani populi utilitatem, cooperante altissimo, cedere debere, notificare volumus devotioni vestræ, rogantes atque exhortantes in domino ut, sicut decet devotos sanctæ matris ecclesiæ filios, vestra bona opera ita lucrant coram hominibus in prorogendo, ac defendendo statum, & honorem ecclesiæ, ac nostrum, in conservando jura ecclesiarum, personas ecclesiasticas honorando, ac permanendo in solita vestrorum cordium puritate, ut merito dignæ fuisse videamini, quorum civitas potissime illegreteur ad comitium celebrandum; nam ita agendo & benedictiones reddituri propter bonas actiones vestras ad veniendum ad ipsum concilium promptiores, & præter humanam laudem consequenti præmia laudis æternæ, quæ sunt a Deo beneficentibus constituta. *Datum Romæ apud S. Petrum IV. Idus Aprilis anno* VII.



ANNO CHRISTI 1434. manno Dene canonice, & Joanne Selle perpetuo vicario ecclesiæ Slefvicensis, ejusdem episcopi valetudinem, feminæ & legitimum impedimentum prætendentibus; licet ⁺ nulla ex parte domini Rvallensis hic in præsentanum comparente: facro, cui nunc licet immeriti præsidemus, approbante concilio, intersciptos per felicis memoriæ dominum Petrum, quondam Lundensem archiepiscopum prædecessorem nostrum, in concilio provinciali Helsingborg celebrato, articulos innovamus.

Primo, ut si quis hoc laetilegii genus irreperit, quando aliquem episcopum Daciæ provinciæ hostiliter fuerit infectatus, vel percusserit, aut ceperit, seu banniverit, sive focinfierit Ecclesiam, aut fieri mandaverit, vel factum ratum habuerit, sive confilium dederit, aut favorem, seu posita receptaverit, vel defensaverit scienter eundem, sive etiam extorquere præsumpserit ab ipsis episcopis, aut suis consanguineis, affinibus vel amicis, per minas aut cruciatus corporis, seu alio quocunque modo litteras promissionis, cautionis, aut alias obligationis, sub quacunque forma verborum, etiamsi beneficiatum continere videantur, condemnetur de evitando, vel quittando eas pro captione, violentia & injuria ipsis episcopis factis: quas quidem litteras, ipsi episcopi ut nullas extortas, interdictæ præfatis concilii, decernimus esse irritas & inanes: sicut & seus læsæ majestatis, perpetuo sit infamis, & perpetuo anathematis mucrone percutiatur. Itaque & ipsius filii per lineam masculinam descendentes, usque ad lecundam generationem, reddantur ipso facto inhabiles, ad ecclesiastica beneficia, per totam Lundensem provinciam, in omnibus diœcesibus, & civitatibus obtinenda: necnon sint inhabiles ad exactiones, jurisdictiones, administrationes spirituales & temporales, castra, villas, & prædia ipsi quæcunque alias possessiones ecclesiæ, quocunque nomine censeantur, ad dies ipsos vel tempus aliquod determinatum, sub annuo censu, vel in conductu, seu alio quocunque titulo, vel colore alieno acquisito aliqualiter obtinendi. Terra quoque ipsius, si quam habeat propriam, vel titulo pignoris, seu quocunque alio modo acquisitam; necnon locus seu loca alia, in quibus episcopus captus detinebitur, seu ipse capiens tranfierit, quamdiu ibi manserit fecerit, & post ejus recessum inde, per triduum, quamdiu ipsa detentio duraverit, auctoritate præfentis concilii, ecclesiastico subjacent interdicto. Clerici vero, qui hujusmodi duranibus captionibus, in locis ipse interdictis divina scienter celebrare, immo potius profanare præsumpserint, præter excommunicationis sententiam, quam ipsos incurrere volumus; omnibus & singulis suis beneficiis ecclesiasticis ipso facto auctoritate qua supra fint privati, & inhabiles ad quæcunque alia beneficia. Item ut quicunque diabolo instigante, aliquem prælatum vel canonicum cujuscunque cathedralis, vel collegiatæ ecclesiæ, nostræ provinciæ, seu aliquam personam dignitatem ecclesiasticam habentem, seu aliquem de secularem, per laicos seu alios, absque loci ordinarii jusso mandato, capi seu interfici, vulnerari, membro mutilari, vel alias scandalofe vrachari contigerit, & de hoc conftiterit manifeste; usque ad liberationem personæ captæ, & satisfactionem debitam & emendam, eo ipso per totam illam diœcesim, in qua captus detinebitur, seu hujusmodi factum fit commissum, fileatur generaliter a divinis: & denuncietur hujusmodi malefactor, cum suis malefactoribus & fautoribus, & complicibus, & quibus conftiterit manifeste, excommunatus, per totam nostram provinciam Daciæ, interdictum sub pœnis infertus annotatis. Si vero regulares vel saeulares, clerici vel monachi, nostræ provinciæ, injuriofe capiantur, detinentur, seu trucidentur, dum de hoc conftiterit manifeste; tunc in tota provincia, ubi hujusmodi captus detinetur, aliquæ ad ipsius inde deliberationem, necnon ubi hujusmodi malefactores domicilia habuerint, omnentur vel transitum fecerint, & per triduum post eorum inde recessum fileatur similiter a divinis: & hujusmodi malefactores per totam hujusmodi diœcesim, & ad satisfactionem debitam, excommunicati denuncientur nominatim, & opubus conftiterit manifeste. Insuper ut omnes & singuli, qui bona ecclesiastica, redditus, clericos & ecclesiasticas personas provinciæ nostræ, rebus fois aut meliori parte earundem spoliaverint, vel bona detedentium clericorum rapuerint, seu tallias collectas, vel onera clericis vel eorum familiis vel colonis, sine prælatorum, capitulorum licentia, conferendo & violentiæ impofeerint; seu clericos vel eorum familias, vel colonos injurios ab hospitalitate gravaverint; aut reddituos ecclesiasticos, seu decimas ecclesiasticas sibi usurpaverint violenter; seu homines ad ecclesias confugientes, vel infra loca immunitatis confugitures, capetint vel extraxerint, seu capi vel extrahi mandaverint; nisi in casibus Magnæ Chartæ, vel per sobdrationem cibi & potus ipsos exire compulerint loca facta; ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, & per provinciæ ecclesias excommunicati denuncientur, de quibus conftiterit manifeste: a nullo nisi a diœcesano præfertim in mortis articulo, facta prius condigna satisfactione absolvendi: & intra in mortem, ecclesiastica carceat sepultura. Item ut clerici beneficiati, in locis ordinibus conftituti, qui jurisdictionem vel advocatias temporales, a laicis sibi commissas, five committendas exercere præsumpserint; nisi infra mensem a præfentis conftitutionis nostris, maturando eas deministrare cum effectu; ad administrationem ordinum eo ipso suspensi, & a beneficiis ecclesiasticis, opus occupant, sint privati: & si poffeda indurati; nisi infra quindecim dies, post ipsum mensem superadditum, advocatias, jurisdictiones & exactiones predictas non ⁺ demisserint penitus cum effectu, extunc excommunicationis sententiam incurrant ipso facto. Item ut in cauffis matrimonialibus, nullus alius, quam episcopus, si præfens fuerit, & commode poterit, sententiam proferre præsumat, vel jurisdictiæ vice sua, qui is hujusmodi causam committendam duxerit.

Ad hæc autem innovamus quosdam felicis recordationis dominii Magni, quondam archiepiscopi Lundensis, prædecessoris nostri, in provinciali concilio statutos articulos, qui sequuntur. Excommunicamus omnes & singulos, qui ecclesias cauffa lucri, odii, vel favoris aliqui, aut alia quacunque de cauffa, jure suo privare præsumpsit: etiam illos, qui bona clericorum decedentium injuste rapiunt, & sibi imponunt: illos qui homines in ecclesia, vel cœmeterio ecclesiarum, vel alia sacra loca incendiant, & munitiones & fortalicia inde faciunt, sine locorum ordinariorum licentia & consensu. Etiam illos qui cœmeteria violant, vel violare mandant.

ANNO DOMINI 1434. ** CONCILIUM PROVINCIALE HAFNIÆ. ANNO DOMINI 1434.

In Regno Daniæ celebratum anno M.CCCCXXV. feria quinta post festum sancti Canuti regis & martyris præside Petro Luckio archiepiscopo Lundensi, una cum episcopis Wiburgensi, Bergiavensi, Roeschildensi, Orthoensis, Arhusensis, aliisque prælatis, abbatibus, decanis, præpositis, omniumque diœcesium archidiaconis, prioribus, cantoribus, cæterisque ecclesiarum ac cleri rectoribus.

IN ea, *inquit Joannes Pontanus historiæ rerum Danicarum libro* IX. multæ quæ a prioribus & prædecessore præfertim archiepiscopi jam ante statuta fuerant novo decreto refumpta ac confirmata: & addita denique istiusdem perplura, sed omnia ejusmodi, quæ ceremonias ecclesiæ & mores cleri, non fidei aut dogmata pietatis spectarint, statuimque ante omnia ut preces pro rege & regina, Eirico & Philippa, pro statu totius regni tranquillo quotidie in ecclesiis fierent, & ita, qui ecclesias fundarent, earumque ædificationes promoviffent: Quorum in censu primo loco nominant ferenissima Valdemari III. filia, laudatæ memoriæ Margareta, trium horum regnorum quondam regina. Indeque super vita & vestitu cleri decreta lata, ut si se ita gererent, ne in delicta tantum, sed ne in suspicionem quidem delictorum incurrerent: præfertim cæpulam & ebriectatem, luxum & libidinem fugerent, concubitus domestica procui amandarent, monialium claustra non ingrederentur; diversoria nulla aut cauponas frequentarent; armas nisi iter faricntes, non gestarent; vestes &c. habitus eorum honestatem præferret; manicas ad cubitum propendentes non haberent; vestes pellibus fusulræ, excepta pelle, fimbrias habent explicarent; nulli infitis aut limbi ora extumdem ornarentur. Moniales non nisi cum venia cœnobio fuo excederent: Episcopi neminem ex clero alterius diœcesis ordinarent, aut sine ecclesiæ præfectura, nisi conficia ac commendatabus iis, quorum interesset: Idemque presbyteris imperatum: Quique concessum esset celebrare divina officia in lamentis, quæ ad publicas res pertinerinant, cum pœna, vetabantur id tamen facere extra temporis & loci minus tutos, aut honestis: De honestis quoque decretum, ut certo quidem tempore ab ecclesia effent femoti, fed feria tandem ac vera pœnitentia demonstrata in cœnam recipiuntur. Addita demum & alia, de decimis, de hereditis ac bonis cleri, doque iis, qui pacem regis & regni, aut de libertate ecclesiæ violarent, quique ditiones ejus ac jurisdictionem invaderent, aut officerent immunitatibus, eos similesque omnes ab ecclesiæ communione procul habendos: Quorum præter alia, illud de homicidiis, ut ⁺ exorbitantis libertatis vitatium, atras polleriori, fulubriter correxit: effeque eadum licentia capitali poena per legestrepreffa. Verum ne quid a nobis omittamus, tutor, ipsius hujus, de qua loquimur, constitutionis, cujusmodi ea concepta verbo tenus fuit, exemplum subjeci.

*In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, Filii, & Spiritus sancti. Amen.*

PETRUS Dei gratia archiepiscopus, omnibus & singulis prælatis, abbatibus, decanis, capitulis, conventibus, plebanis, ecclesiarum rectoribus, clero & clericis, ac totis Christi fidelibus, tam religiosis, quam sæcularibus universis, per Lundensem civitatem, diœceses, & provinciam conftitutis, salutem in omnium salvatore. Pastoralis cura regiminis illo sibi jugo solicitudinis onerata, ut in commissa vineæ Domini concurrentibus excellibus, reformatis moribus, plaeiatisque virtutibus, per vigilantiam provisionisque sæculum, vitia studeat exfirpare. Nos itaque una cum venerabilibus fratribus nostris dominis, Laugone Wiburgensi, Petro Bergiavensi, Joanne Roeschildensi, Nafione Orhoniensi, Christierno Ripensi, & Ulrico Arhusiensi, eadem gratia ecclesiarum episcopis, suffraganeis & assessoribus nostris, præfentibus ex parte domini Henrici Slefvicensis episcopi, Hector manno

ANNO CHRISTI 1425.

dant. Etiam illos, qui per minas vel enuciadant. Etiam illos, qui per minas vel enuciadant, ut coniuratis compellunt aliquos se excusare vel quittare pro damnis & iniuriis, episcopis, ecclesiis, ecclesiasticis, vel facerdotibus, clericis vel eorum familiis, vel colonis illatis. Etiam illos, qui ecclesias incendunt, vel infringunt, vel libertates earum infringere, aut perturbare contendunt. Item, excommunicamus clericos diuina celebrantes fcientes, præterquam hujusmodi malefactoribus: quos etiam fic celebrantes irregulares effe declaramus per præfentes. Item, excommunicamus illos qui hujusmodi malefactoribus confilium, auxilium, vel confenfum in fuis malefaciis adminiftrant: necnon & illos qui eadem faciunt, vel fieri mandant, aut procurant. Nec aliquis prædictorum fibi per epifcopum diœcefficos, fictis prius fatisfactione competenti, fuper damnis & iniuriis, a dictis fententiis poffit abfolvi. Perfonas quoque omnes quacumque dignitate & ftatus præeminentia præfulgentes, univerfitates, civitatum vel locorum, aut confules eorumdem, qui ut nullus conqueratur eorum judice ecclefiaftico prohibent, vel ftatuta condunt contra clerum & ecclefiafticam libertatem; hoc edicto tali pena volumus puniri, fcilicet quod perfonæ talis de cetero committentes modo quoliet, excommunicationis univerfitatem fententiæ fubjacent ipfo facto.

Nos igitur Petrus Dei gratia, Lundenfis archiepifcopus præfatorum ordinationem, & ordinationes nofterum prædecefforum in fuo vigore & robore duraturis, facro cui nunc præfidemus approbante concilio, articulos addendos infra fcriptos: Statuentes quod omnes clerici, tam fæculares quam religiofi, metropolitico & diœcefano nobis jure fubjecti, quod pro fereniffimo domino Erico Dei gratia Daciæ, Sueciæ, Norvegiæque rege, duce Pomeraniæ, & illuftri contorali fua, domina Philippa regina, necnon pro eis qui pro tempore fuerunt Daciæ regibus & regnis, nemo pro ftatu pacifico, ecclefiaftico & temporali, in Miffis & quotidianis orationibus fuis fundant preces ad Dominum devotas: ut in plenitudine vitæ cœnobiali rigat per fuorum femitas mandatorum, & in futuro præmium eis tribuat beatorum. Item, omnes & fingulas perfonas ecclefiaficas, tam religiofas quam fæculares nullo prorsus excludentes, & in Domino monemus, jufifque auctoritate, qua fupra, firmiter præcipiendo mandamus, quod pro ecclefiarum, monafteriorum, clauftrorum & aliorum locorum quorumcumque in quibus degunt, fundatoribus, inftitutoribus, dotatoribus, patronis, aliifque quibufvis beneficiorum, vivis & defunctis: Etiam, quod pro ferenifimo domino VVoldomari filia, Margareta bona memoriæ, iftorum regnorum quondam regina, & ecclefiæ Dacianæ directrice pofcifti, ad Dominum Deum continuis fundat preces, humiles & devotas. Item, ut univerfi clerici, vitam & mores in melius reforment: ut ea quæ ad ipforum ftatum & honeftatem pertinent, cum magna quantitate refudant, aon folum, ifafed etiam ab omni fpecie mali fe fiudeant cuftodere, a crapula & ebietate, quæ funt illaqueatio diaboli. Publicas etiam in fuis domibus, fub pena canonis, non habeant concubinas: Tabernas non vifant, arma non portent, nili propter necefficatem & vitarum periculum, in itinere conftituta. Mafficas ad cultum pendentes, cum magna fuperftitione non habeant: quibus etiam a retro, vel a latertibus

A fiffis, exceptis veftibus pro via neceffariis, fub pœna concifi * Conftantini, non utantur: quæ cum fint, ut talibus utentes veftibus, ac perceptione fructuum fuorum beneficiorum per menfem fuam privati. Claufuras monafteriorum & monialium, fub pena excommunicationis terna monitione præmifia, abique rationabili & manifefta causa, & fine fuperiorum fuorum licentia, ingredi non permittant. Ipfique monialibus, ad eleemofynas infra noftram provinciam degentibus, fub pœna excommunicationis ftricte præcipiendo mandamus, de fupra memorata fuorum de cetero exeunt, fine rationabili, neceffaria & urgente causa, nec nili fuperiorum fuorum prius petita licentia & obtenta. Plebani itaque eumdem fuperiorum, fub pœna excommunicationis, præcipue ad ufum altarium fpectantia, in ftata decenti & mundo diligenter cuftodiant & obtineant: Si qui vero ea incaute reliquerit, tribus mentibus ab officio fufpendatur. Ceterique cum diligenti cura obfervent, quæ obfervari præcipiunt fanctorum canonum fanctiones. Aliud: Si quis in præmiffis vel aliquo præmifforum excederint, contra eos locorum ordinarii, per cenfuram ecclefiafticam, monitione præmifia canonica, tandem vero ad beneficiorum privationem, una cum alia pœna, quæ hujusmodi a canonibus infliguntur, procedere non omittant. Item epifcopus qui fciens ordinaverit ecclefiam alienæ diœcefeos, fine commendatitis literis, ipfi interdicimus dare, per annum a collatione ordinum effe fufpenfum: Taliter vero ordinatum ab executione ordinis fic fufcepti, fufpendant diœcefanus, donec fecerint ordinarium fuum fuerit difpenfatum. Item ftatuimus, ut nullus presbyter, in ecclefia, ignotum feu peregrinum clericum ad celebrationem divinorum, in publico prefumat admittere, nili literas fuæ ordinationis, feu literas diœcefeos epifcopi, vel ipfius vicarii, plenam de hoc fiem facientes exhibeat: contrarium faciens in fex grofios pro admiffione admittent pœna, in utilitatem fabricæ cathedralis ecclefiæ convertendos. Item ut nullus epifcopus recepit, collegat, vel admittat fine literis fi demiffiofis, fui epifcopi originarii, presbyterum diœcefis alienæ. Item, ut gloria eorum ab intus fit, in fimbriis præcipimus, ne quis clericorum pelles fodeatione fua, altra capacia, vel oras in vefimentorum fuorum faciat explicari: nec quifquam clericorum deinceps portet veftus, taliter extrinfecus foderatas: aliquin per fuperiores fuos, fine fpe reftitutionis fe quantifer fpoliandos. Item fi cui conceditur, quod in altari viatico divina officia poffit celebrare, non in ipso ventofo, feu alias periofo, vel inhonofo hac fieri debere intelligimus: Unde fi quis presbyterorum occafione concefficnis hujusmodi, contra præmifia, divina celebrare præfumpferit; ipso ipfo per unum menfem, a Miffæ officio prefentia ftatimi vigore, fe noverit fufpenfum. Item, nullus presbyterorum, alienum proximorum, ad confeffionem vel communionem Corporis præfumat admittere, fine licentia proprii facerdotis. Extranei vero hofpites & peregrini, a facerdote, in cujus parochia morantur, & non ab alio ecclefiafticis recipiunt facramenta. Item auctoritate, qua fupra, ftricte præcipiendo mandamus, ne quifquam homicidarum, alibi, quam ante fores ecclefiæ cathedralis, abfolvatur, ubi eis nudato dorfo & pedibus, vaftibus in terram humiliter demiffis, & ventre eis modum planaric confitentibus, injungatur pro modo



ANNO CHRISTI 1425.

B modo culpæ, pœnitentia falutaris: nec nili in tegro anno revolato, ei ecclefiæ præftetur introitus: nec cateræ relaxentur, immo eos alio tempore, quam dumtaxat in Cœna Domini, nec alio loco quam in ecclefia cathedrali: nec etiam nili poft homicidæ, a fuis plebanis teftimoniales fecum portent litteras quod vere fint pœnitentes, & quod jam pœnitentiam, vel ejus partem aliquam peregerint, nili cum ex certa causa & determinata causa & licentia, diœcefeos epifcopus duxerit difpenfandum. Quod fi quis homicidarum, infra fex hebdomadarum a perpetratione homicidii, maturando pœnitentiam præfato modo non receperit, extunc per illam diœcefim, vigore hujus ftatuti, denuncietur excommunicatus fub diœcefeos. Item, homicidæ voluntarii, cortumque omnes & fingulf complices & fequeces, qui animo occidendi, feriendi, capiendi vel infidiandi, feu alias injuriandi, hominem aliquem vel occidunt, quilibet eorum, pro modo culpæ fuæ, ante fores ecclefiæ cathedralis, pœnitentiam recipiat falutarem; ipfique omnes & eorum quilibet perfonaliter & figillatim, qui hujusmodi perpetrationis homicidii animo quo fupra interfuerit, continuo ad pœnam pœnitentiam dictam Bandites vel Bandites, per confuratos ecclefiafticos accepitur. Item, de omnibus, præcipue de agris, animalibus, aplibus, halectibus, & aliis piftcatoris confiotis, præcipimus decimas fideliter & fine fraude folvi, fub pœna quam fancti Patres ftatuerunt. Item ut fingulf plebani in ecclefiis fuis, folutos & infolutos, in fornicario coitu præfentes cohabitantes, in anno moneant nominatim, ut aut feparentur, aut invicem difponfent. Quod fi hujusmodi faluari monitioni parere contemnent, extunc anno evoluto, in fancto fefto Pafchæ, a communione euchariftiæ fufpendantur. Item, nullus epifcoporum Dacia, aliquem inferiorem, bona clericorum decedentium fibi fubjectorum, præter ea quæ ipfis fponteneæ legantur, fibi vindicent vel ufurpent. Bona vero clericorum ab inteftato decedentium, dividantur fecundum canonum facrorum fanctiones. Item, bona clericorum alienigenarum, infra noftram provinciam decedentium, folutis exinde primum debitis, & fic teftamentis executis fideliter, apud ordinarium loci feu ejus commiffarium, fi ipforum defunctorum una non adfint heredes; & legitimo ceffante prædicento, per annum & diem, fub fideli cuftodia referventur; poftmodum, fi ipfi heredes fic, ut præmittitur, venire non impediti, infra eadem terminum non adventerint, in pios ufus, fecundum locorum ordinariorum arbitria, convertenda. Item, fratres Mendicantes, ad folvendum prebyteris parochialibus, portionem canonicam, & quartam de funeralibus, adftrictos effe, fecundum difpofitionem juris canonici declaramus. Hujus etiam fuper hoc præfentis concilii auctoritate, pronuntiamus ipfos fratres Mendicantes, ab hujusmodi folutionem dictarum videlicet quartæ, & canonice portionis, detentamentis nihilominus perpetuo obligatos, tamen adjectione pœnæ, & punitionis fpecialis; taliter, quod fi prædicti fratres Mendicantes, eadem folutionem quartæ, & portionis canonicæ, cum neceffitate contra bullas fedis Apoftolicæ, exfolvere recufaverint, manifefte ex tunc, venerabiles epifcopi noftræ provinciæ, & alii inferiores prælati, feu eorum officiales, in fuis jurisdictionibus, habeant au-

A thoritatem plenariam, eorum clemofynas occupandi, domeo fatisfecerint, ut tenentur, & reconciliationis beneficium meruerint obtinere: aliis tamen pœnis in canonibus, & provincialibus ftatutis provifis, femper in fuo vigore, & robore duraturis: ipfique fratres Mendicantes ad præditionis officium vel confeffionem poditionem, * vel fuorum jurisdiffpofitionem præfentafi & approbati fuerint, nullatenus admittatur. Infuper inter prælatos, & rectores parochialium ecclefiarum, necnon fratres Mendicantes, * Clemoenitum, Super cathedratum, ut inter nos eo major fit concordia, per totam noftram Lundenfem provinciam præcipiens inviolabiliter mandamus. Item, quæfiones in alicujus epifcopi diœcefi, fine ipfius literis, & citra limina tranfeuntes, aut etiam hujusmodi limina, & litteris indulgentias hujus nefarias & truffiticas pronuntiantes; fi de mandato ordinariorum, vel prælatorum capitvati, aut abfiatienem retom, quas habent, paffi fuerint, id fibi ipfis de cetero imputabunt. Quofcumque etiam religiofos, qui clericis aut laicis, facramentum Unctionis extremæ, vel Euchariftiæ miniftrare, matrimonia folemnizare, non habita fuper his parochialis presbyteri licentia fpeciali: ac qui interdictos vel excommunicatos, a canone vel a fententia per ftatuta provincialia ac fynodalia promulgata, feu a pœna & culpa qualicumque abfolvere præfumpferint, excommunicationis fententiam ipfo facto incurrifie denuntiamus, per fedem datutarat Apoftolicam abfolvendam. Item, ftatuimus ex præfentis auctoritate concilii decernentes, ut quatuorcunque ecclefiarum hofpitalium, feu monafteriorum noftræ provinciæ, feu aliorum priorum locorum adminiftratores, cujufcumque ftatus ac conditionis exftiterint, bona mobilia, fine confenfu diœcefani epifcopi, donationis, impignorationis, venditionis, permutationis feu infeudationis, vel ad formam dimiffionis titulo, in poftterum minime alienent, obligent, vel quomodolibet distrahant. Quod fi contrarium faftum fuerit, nullus ipfo facto, & invalidus fit contractus, ipfique adminiftratores, per fuos feniores, adminiftrationis officio perpetuo fpoliantur. Infuper hujusmodi adminiftratores, abbates, priores, præpofiti, præceptores, & hofpitalium præpofitores, ut eorum loca, exempti auctoritate, a Pontifice, fed non exempti auctoritate ordinaria, ad reformandum mores, ftatus & regulas eorumdem, necnon ad reddenda ratiocinia, de quibufcumque legatis & eroganis fuper quibus ordinariorum conftitutiones onerantur, per ipfos ordinarios, quotes expedienes opportunum fuerit, vifitentur. Monafteria vero, hofpitalia, feu alia pia loca, & eccleffias quæcumque epifcopi fuorum ordinariis, etiam quoad ioftitutiones, & deftitutiones adminiftratorum, in iidem declaramus effe fubjectas, nifi per evidentia privilegia probaverint pœnæ fe exempta. Item excommunicamus omnes illos, qui pacem regis & regni portarbant, et ecclefiafticas libertates ecclefiæ Dacianæ infringere, aut poffeffiones ecclefiarum invadere, aut ad eorum bona manus impias extendere præfumpferint; fed approbatas & longævas locorum confuetudines, pœnas jura parochialia fpectantibus, obftitionibus, obventionibus, cum fuis accefforiis, diminuere contendunt, in præjudicium ecclefiafticæ libertatis: Etiam illos, qui in benefacia ecclefiafticæ fe intromittere, aut qui per laicam potentiam, feu alias violentiam ea

ANNO CHRISTI 1418. ea detinent occupata. Omnes autem incendiarios, ecclesiarum fractores, veneficos & veneficas, cum magicis incantationibus utentes, facrilegosque, & hoc fieri procurantes, excommunicationis sententiam incurrere decernimus ipso facto. Excommunicamus insuper omnes illos, qui odio vel lucri causa, aliquibus crimina falsa imposuerunt, pro quibus mors vel exilium, aut membrorum mutilatio, vel exheredatio, bonorum spoliatio, seu famæ denigratio sequi debeat, si judicialiter convincantur. Qui vero ad diffamationem alterius quid proponat, quod mores fagittat, nisi hoc approbare poserit, cannonice puniatur, & a nimirum pallo pro modo culpæ satisfacere compellatur. Item, qui animo injuriandi quempiam clericorum, canonicorum, laicorum, militum, vel occidere, præter poenas superius expressas, immunitate ecclesiastica non gaudebit. Item qui in criminibus ecclesiasticis delinquentes, per sacramentalem confessionem, & absolutionem, fuerint unioni ecclesiasticæ reconciliati; extunc, ab aliquo eos captivari, detineri, seu bona eorum confiscari, nisi super his per eorum judicem ecclesiasticum prius pronunciatum fuerit, sub excommunicationis poena latæ, severe prohibemus. Item, non eitentur clerici ad placitum secularis, vel eorum judice laicali, sed coram suo judice ecclesiastico, in quacumque causa citentur, & ibidem legitime convincantur. Quia vero exigentibus culpis plerumque hominum necessitatibus cælesti miseratione provisos, frequenter obfordet repentina calamitas tempestatum; orationum suffragia, & Christus & Maria pitis precibus implorantur; idcoque singulis presbyteris, cum aeris intemperiem viderint imminentem, non expectato Ordinariorum mandato, protinus ad processionem, & humiles orationes devotionem excitent fidelitorum. Item, statuimus ut laici, advocati, consules, judices, seu jurisdictionis quæcumque seculares habentes, poenas pecuniarias, seu mulctas sub poena excommunicationis latæ, sive in causis ecclesiasticis levare, vel exigere non præsumant; nec personas ipsas ecclesiasticas, in hujusmodi jure

A *a) Injuriam.*

B

C

D

E



ANNO CHRISTI 1418. *A Deo impediant quoris modo. Item, excommunicatos a canone denuncianius, etiam cleriopios, qui calibus non permissis, defunctos sepeliunt in cœmeteriis, vel, ecclesiis tempore interdicti; vel qui feriatos sepeliunt excommunicatos publicos nominatim interdicitos, ac etiam ulturiarios manifestos. Qui quidem sepelientes, si non absolutt celebraverint, irregularitatem (a qua non nisi per dummum Pontifiem absolvantur) fe noverint incurrisse. Item, statuimus quod festum sanctæ Annæ matris genitricis Dei beatæ Mariæ, quolibet anno in crastino Conceptionis ejusdem beatæ Mariæ Virginis, per totam nostram provinciam, pro felto terræ & populi, in posterum celebre habetur. Item, statuimus, prout ab antiquo est constitutum, ut in qualibet ecclesia cathedrali nostræ provinciæ ista in hac anno celebretur diœcesana synodus generalis: in qua præmissa statuta, coram clero & laico vulgaritur exponentur, ne quisquam de prædictorum ignorantia fe valeat quomodolibet excusare. In quorum omnium & singulorum præmissorum evidentiam, nostrum secretum una cum secretis venerabilium fratrum, episcoporum & suffraganeorum nostrorum prædictorum, præfentibus est appensum.*

Datum & actum Hafniæ, anno 1415. feria quinta post festum beati Canuti regis & martyris.

ANNO CHRISTI 1418. *Ex pag. 109. quarti tomi legitimi Conciliorum, ubi mendose anno 1408. habetur. 1418. ut modo decet, cum aliis Historiis.*

## ** RESPONSIO CONGREGATIONIS PRÆLATORUM, Et aliorum virorum ecclesiasticorum, per ducem Bedfordiæ, nunc assertum regentem Franciæ, Parisios vocatorum, an. Christi MCCCCXVIII. super prædendo eorum consensu & assensu levandi subsidia super clero, sicuti super laicis.

AD requestam factam per illustrissimum principem dominum ducem Bedfordiæ per organum primi præsidenti Parlamenti, die lunæ decimaoctava Octobris, pro prædendo consensu ecclesiæ, ut imponantur & exigantur a clero subsidia eodem modo a laicis persolvi; respondet congregatio prælatorum, & aliorum virorum ecclesiasticorum propter hoc Parisios vocatorum, in modum qui sequitur.

Videlicet quod humiliter supplicat serenitati ipsius excellentissimi principis præfata prædictorum prælatorum & virorum ecclesiasticorum consistorium, quatenus patienter & non ægre ferat audere hæc serenitas quod consensum prædictum non præstitit, neque præstat: quoniam salva conscientia, salva jurisdictione sua, & libertatibus ecclesiæ, salva honore regis & regni, & regalii illustrissimi principis, consentiri tam tali onera ecclesiæ imponenda præbere non potest, propter rationes & motiva quæ inferius adducuntur.

Primo, quia pauci hac vici ecclesiastici vocati fuit; longe; quia major pars illorum quos tam magnum potest tangere negotium, quæ ad præfentem congregationem vocata est, minime comparuit. Quamobrem huic præsenti congregationi fecundum non videtur tam solemnem ecclesiæ partem posse repræsentare, aut quod per eam adum existerit, approbari debere.

Item, attente debet considerare præfatus illustrissimus princeps, qualiter apud principes infideles & idolatras tanta fuit libertas sacerdotibus & ministris veri Dei, quem tam principes ignorabant, quod eximebantur ab omnibus secularibus populo impositis, etiam in necessitatibus magnis: Unde Gen. XLVII. scribitur, quod

A quod tam Ægypti terram fuam, pecora, & hæreditates fuas, tempore fepteni ni famis Pharaonis servitutem pro vitualibus habendis subjicerunt; sacerdotes non folum terram fuam & possessiones fuas vendere non funt compulsi, sed etiam eis alimenta ibi & fine familiæ fuæ alimentis ex regia & publicis horreis donata funt. Similiter rex infidelis Artaxerxes cum omni populo Judaorum per Nabuchodonosor captivato atque populo tam multis retributis & vectigalia imponeret, facerdotes Judaorum ab illis angariis exemptos effe voluit. Vobis, inquit, notum fit cunctis de universitatis sacerdotibus, levitis, cantoribus, janitoribus, & ministris domus Dei, vectigalia & annonas, & tributum non habentis potestatem imponendi super eos, Esdræ vi. Cæsis quare tributum exigere volunt præfertim rex prædictio passus flatim infertur, cum dicitur; *Ne forte irafatur Deus contra regem regis, & filiorum ejus.*

B Item, & quod nobiles omnes, qui magistratum laicalem quam facerdotes appropinquant aut clerus, ab omnibus vectigalibus tallias, etiamsi personaliter in armis non fervient, eximuntur. Quæpropter multum absurdum videtur, quod ecclesia Deo fervienis pro falute reipublicæ, *et ejus ministrorum* [illegible] *honorem Dei omnis debeant a principibus servitenta*, tallisque angariis, quod nec infideles principes voluerunt facere, fub catholicis principibus pretendunt.

C Item, & quia bona ecclesiarum funt bona Dei, quorum ecclesiastici folum habent administrare dispensatores & fic viris ecclesiastici tales angarias imponere, eft a Deo tributum aut vectigal exigere: quod quantum plus aures etiam folo audiri oftendat, videant qui ad id agendum principes notare.

Item, a motum debet considerare principes magnas fubventiones, quas viri ecclesiastici ad deliberationes particularium locorum portaverunt, ad quorum fubventionem propter inopiam fuarum ecclesiarum vafa facra atque reliquias & alia jocalia cultui divino confecrata fuerunt venditioni exponere compulsi: immo & prælati aliqui & multi facerdotes etiam habitibus ecclesiasticis pro prædictorum folutione privati, & non habentes, perfonaliter capti & detenti. Quod neque infideles in fuis facris, immo execrabilibus facerdotibus umquam perpetrafe leguntur. Quare contentari debet princeps, cum bene jam omnia plerumque ecclesiarum bona his fubventionibus exhausta fint.

D Item, advertere debet princeps miferias & calamitates ad quas principes plurium regnorum, qui ecclesiam Dei pretioso fanguine fuo a diabolo fervitute liberatam, tallibus angariis afflitere, devenerunt quotidie quotidie; quidquid pertierunt, aliqui ad captivitatem perducti, cetera dominio fuo præclarissimo privati funt. Quoniam non debent, fe divinæ majestatis gratiam potare promereri, qui fponfam ejus ecclesiam in fervitutem redigere conantur.

Item, quod temporibus retroactis, quando non contebant etiam fuper laicali populo fubsidia, nec erat adhuc obedientia nostra ita ample & in proventibus abundans ficut nunc eft, major exercitus multo [a] quod nunc continue habebatur, flatus dominorum regum fuftinere opportebat, & optimam in armis disciplinam fervabant; ita etiam ut ama fequentibus prædandi licentia interdicta effet; & tamen talia ab

a) *Forte, quam nunc.*



A ecclesiasticis rex Henricus Anglia numquam postulafle legitur; immo & magnam partem regni Franciæ ab hujusmodi exactionibus & aliis oneribus exemit.

Item, ut ad bullam veniamus, quæ fuper necessitate principis fundamentum fuum videtur affumere, clarum eft quod tanta non potest effe necessitas, attento quod folius principis flatum fuftinere habemus, atque unicum exercitum, qui quidem a paucis diebus folutus eft in Anglia ufque ad primam Januarii. Dominium autem regni jam eft amplum & magnum: curuni generaliter fubfidia communia & tallias particulares afcendentes ad magnas pecuniarum summas. Anglia quolibet anno quafi pro media parte anni armatum fupperedit: nihilominus adhuc curuni particularis fubventiones in regionibus circumfantibus & locis ubi obfidiones ponti deberent, nihilominus prædicta omnia fubsidia funt levata: propter quod manifefte apparet quod tanta non eft do prælenti necessitas, ut oporteat vel ecclesiam ad tantam laicorum adducere fervitutem:

B Item, quia in militia præfenti feu moderna ceflavit adeo disciplina, ac fibi eft permissa prædandi impune licentia, quod non obftante eorum folutione nihil profuit pro ecclesiasticis & aliis extra muniti loca remanere, quod ab armatorum violentia non tollatur; cum hæc jam in regno hoc invalescit corruptela, ut militiam infequentes non nifi terras ecclesiafticas quas defendere tenentur fi ear invenire poruerint, perfequantur, propter quod terræ ecclesiæ deferte & abfque habitatore remanere cogunturi: & ita adeo eft depauperata ecclesia, quod non habet fuftentari; propter quod pribus regnis locis a divinis longo jam tempore ceffatum eft.

C Item, funt multi laici, & communitates aliquæ feculares, quæ tales impositiones & angarias folvere non cogunturi; propter quod multum abfurdum videtur clericos velle ultra laicos tali fervitutci fubjicere.

D Item, quia bulla videtur caufare pro quiete populi: propter quod manifefte apparet contrarium: quia populares jam mirabiliter murmurant, quod ecclesia Dei fervituti fimiliter cum eis fubjacet, exiftimantes hæ angarias fuper fe perpetuo remanfuras, cum eas ufque ad ecclesiam audunt adventuras.

Item, non potest effe quies in aliqua politia aut republica, nifi ordo debitus inter flatus ab fervetur; fi enim caput feorfum fuper terram ponneretur, nihil homine, qui eft pulcherrima creatura, inventretur difformius. Si ergo ecclesia quæ eft fupremus mundi flatus ad fervitutem laicorum ponneretur, nihil republica confulius, præfertim cum, ut dictum eft, nobiles qui fuit in inferiori flatu, a tallibus angariis eximantur.

E Movent etiam prædictam congregationem juramenta per illustrissimos principes reges Franciæ & Angliæ ultimate defunctos facta de prerogativis, privilegiis & libertatibus ecclesiæ, & viroruni ecclesiasticorum conservandis: ordinationes insuper per concilium ecclesiæ Galicanæ notabiliter Parisiis congregatum, & per prædictum illustrissimum regem Franciæ ultimate defunctum cum consilio & assensu nonullorum principum de regis stipe progenitorum, & plurimorum aliorum principum, ductum, procerum & baronum factæ, laudatæ & probatæ Parisiis, decimosexta Fe-

F bru-

ANNO CHRISTI 1418.

brauii, anno Domini millesimo quadringentesimo sexto.

His igitur attentis quæ animum vestrum obligare possunt & movere debent, reverendi in Christo Patres & domini, qui a sancta sede Apostolica ad executionem præsentis negotii ellis judices delegati, supplicat præsata prælatorum & aliorum ecclesiasticorum congregatio, quatenus non velletis, prout nec jure debetis, ad executionem litterarum Apostolicarum hanc materiam tangentium procedere, sed magis animum hujus potentissimi principis prout ex officio teneminé ad observandum libertatem ecclesiæ inducere. Parata est enim ecclesia orationum assiduis suffragiis pro salute & prospero statu regni hujus ac principum, & vestrarum paternitatum apud Dei clemen-

A tiam absque interminibus fundere: Post hæc fuit appellatio interjecta per gentes ecclesiasticas.

ANNO CHRISTI 1418.

OBSERVATIO P. PHILIPPI LABBE, S.J.

M. Ludovicus Bail, Abbavillensis, doctor theologus ac responsionianus Parisiensis omni secundi concilium p. 618. ex Parisiensi, quod sequitur, concilium propositis, accepimque refert clarissimo viro ac multis eruditionis, ut verbis illius utar, domino Joanni Gerson, canonico Cameraci, quæ in commentariis suis eruitur, ac manu propria descripsum, Carnuto Joannis mihi tradit die 4. Maii anni 1645. Hæc adnotare placuit, ne beneficii notoriis apud posteros deberi possit. Quis enim æquo animo ferat plagiarios illos liceos cupiditate suffocatos, qui cum habeat non habent ab aliis mutuantur, & capita familiam, ex quibus largissime hauriunt, obtrudere conantur?

ANNO CHRISTI 1419.

## ** CONCILIUM PARISIENSE,

ANNO CHRISTI 1419.

dictum etiam Senonense a quibusdam, Lutetiæ Parisiorum habitum apud Bernardinas tempore Martini V. Papæ, & Caroli VII. Francorum regis, anno Dom. MCCCCXXIX. a D. Joanne de Nantone Senonensi archiepiscopo.

### PRÆFATIO.

Ex Concilium. Lateran. 2. Tom. 10. Conciliorum Hermann. Crab. Bernaldi.

IN nomine Domini, Amen. Universi præsentes litteras inspecturi, Joannes miseratione divina Senonensis archiepiscopus, totiusque Galliæ Primas, primas, salutem in Domino sempiternam. Pastoralis cura sollicitudinis animum nostrum vehementer pulsat, & inducit, ut ad ea quæ honorem Dei & ecclesiæ sunt, animarumque salutem conspicere diligentius infigamus. Cum igitur quibusdam canonicis sanctionibus cautum existat, quod omnes & singuli Christianitatis archiepiscopi de triennio in triennium sua provincialia concilia sub certis pœnis, canonico tamen cessante impedimento, celebrare teneantur, in quibus de criminibus corrigendis, ac moribus in clero & populo reformandis, diligenter tractari oporteat: fieriuntque talia concilia a multis retroactis temporibus quodam desidioso negligentiæ prætermissa, qua ex re multa & varia delicta incorrecta nascuntur, & plurimum in magnum animarum periculum invalescunt, ac de die in diem invalescunt: propter quæ veritus illter profanum item Domini super nos, & super gregem nobis ab eo creditum in eorundem pœnam & vindictam delictorum, defendulle. Quapropter nos cupientes circa prædicta, quantum nobis adest possibilitas, de opportuno remedio providere, hujus nostræ Senonensis provinciæ concilium Parisiis convocavimus, & convocari fecimus ad diem Martis post Dominicam qua cantatur in ecclesia Dei Oculi mei, quæ fuit prima mensis Martii, anni Dom. MCCCCXXVIII. more Gallicano, * cum continuatione dierum usque ad hanc præsentis definitionis diem. Quod quidem provinciale concilium tenuimus, ac solemniter, ut moris est, celebravimus, non cum venerabilibus suffraganeis nostris; videlicet I. * Carnotensis Episcopi, ac vicarii & procuratoribus venerabilium fratrum & suffraganeorum nostrorum Antissiodorensis & Nivernensis episcoporum, Autesiodorensis episcopo tam de veniendo, quam de mittendo ejus nomine sufficienter habito pro excusato: nonnullis quoque abbatibus, prioribus conventualibus, ac aliis viris ecclesiasticis tam sæcularibus; quam regularibus, exempti & non exempti; aliis etiam viris litteratis diversarum professionum de suppositis venerabilis universitatis Parisiensis in magno & notabili numero, tam pro seipsis, quam aliorum convocatorum absentium, nominibus procuratoris, personaliter comparentibus confidentibus & convenientibus: Nonnullis etiam licet convocatis, minime tamen comparentibus, nec pro se mittentibus. In quo concilio cum Deitimore tractavimus de vita, statu ac moribus nostris, ac subditorum nostrorum tam ecclesiasticorum quam sæcularium in mellus reformandis. Pro quorum reformatione & emendatione, quamquam circa idipsum sanctorum Patrum decreta, ac canonicæ constitutiones bene & laudabiliter providerint; quia tamen hactenus quandam ex eis nimium fuerunt negligentia, præsertim quoad ea quæ ad ecclesiasticum servitium, & hominum mores respiciunt: Nos in dicto concilio antiqua statuta, canonicæque sanctiones a bonæ memoriæ nostris prædecessoribus Senonensibus Archiepiscopis in suis provincialibus conciliis hactenus, retroactisque temporibus pressime celebratis, factas & approbatas, ac in dictis conciliis publicatas, in eodem præsenti concilio perlegi faciendo, fuisse, fore & esse inviolabiliter observandas, eodem approbante concilio voluimus, statuimus, & ordinavimus: Volumusque, statuimus & ordinamus, ipsaque prout & inquantum opus est, innovamus: & insuper quædam statuta nova edidimus, quibus specialiter circa illa providerat, quæ ad perpetuam rei memoriam in his scriptis sub nostris & suprædictorum suffraganeorum nostrorum sigillis redigi fecimus in modum sequentem.

Sigillo expoſito ſuſp.

* 1. id est 1429. secundum Sigeberti Gemblacensis Chronicon, non vulgo recentiorum, a Joanne de Fontiguanis, & Jacobo de Chastellon.

a Joanne de Fontiguanis.

b Joanne Bitou.

c Joan. Vitalis.

Et



ANNO CHRISTI 1419.

*Et primo, sequuntur statuta circa reformationem servitii divini edita, quorum primum est tale.*

I.

Gloriosissimi ecclesiæ doctores, ac plurimi ex sanctis antiquis patribus, servitium ecclesiasticum ad laudem & gloriam Dei creatoris nostri, & ejus benedicti Filii Jesu Christi Domini nostri, sancte & laudabiliter instituerunt, & ordinaverunt; Quod quidem servitium tamen sanctius & reverentius fieri oportet, quanto illi ad cujus sit laudem & honorem sanctior, atque gloriosior existit. Sane prout quibusdam referentibus, & per experimentum didicimus, plures ecclesiarum ministri non attendentes majestatem & dignitatem illius, ad cujus sunt deputati famulatum, in suis officiis ecclesiasticis minus devote & irreverenter se habent, quod in dignitatem Paradisum ac exemplum perniciosum cedere dignoscitur. Quapropter nos attendentes quod licet summo Deo creatori nostro digne servire non possumus; tamen quantum humana fieri fragilitas, eidem debemus cum devotione & sanctitate præstare famulatum: Omnibus tam cathedralium quam collegiarum, ac ceterarum quarumcumque ecclesiarum clericis & ministris præcipimus, sub pœna privationis fructuum distributionum, vel alia arbitrio superiorum intelligenda, quatenus amodo divinum servitium in suis ecclesiis tractim, atque devote, & horis congruentibus dicant & decantent; & in Psalmorum decantatione pausas faciant in medio versuum, prout convenit: nec para tori psallitura alium versum incipiat antequam ab alia parte sit omnino alius versus finitus. Capitula autem suprædictarum ecclesiarum, vel eos ad quos de jure vel consuetudine spectat divinum servitium ordinare, in Domino exhortamur, quatenus prædictum statutum & alia sequentia, quæ divinum servitium concernunt, faciant cum folita diligentia a suis clericis irrefragabiliter observari.

II.

Caveant etiam suprædicti clerici a locutionibus, derisionibus, & garrulationibus, quas in ecclesiis plures ex eis facere consueverant. Quod si moniti abstinere minime voluerint, unius diei fine eo ipso distributionibus privati. Prohibemus insuper sub pœna privationis fructuum beneficiorum suorum per unum mensem, ne de cetero suprædicti clerici facere præsumant, derisorios & inhonestos ludos quos in festis sanctorum quidam ex ipsis facere consueverunt: præcipue autem a suprædictis ludis, & aliis quibuscumque irrisibus, choreis, & cantilenis abstinent, cum divinum celebratur officium: cum Deo nostro satis non valemus deservire, cui nec Angeli familiari sufficiunt, nec ejus magnitudinem valeat ambitus cælorum comprehendere.

III.

Licet templa & ecclesiæ sint ad preces & orationes Domino fundendas ab eodem ordinatæ, sicut scriptum est: *Domus mea, domus orationis vocabitur*: tamen plures sunt qui cum ad ecclesias sub devotionis velamine pergunt, & præcipue ad suas cathedrales, * quæ pro ceteris divino cultui colere, ac honorare tenentur, in eisdem quamdiu ecclesiasticum durat servitium, garrulare, ac inhonesta & profana verba proferre non cessant: quæ omnia sub diffinulatione tenere non possumus: cum illa sint contra honorem & reverentiam Deo & ecclesiæ sue debitam. Quapropter præcipimus episcopis, & aliis ad quos suprædictorum correctio pertinere dignoscitur, sic circa tales garrulationes & obloquutiones providerant, quod in proximo celebrando concilio non sint de negligentia redarguendi: Hoc autem statuatum ad advocatos & procuratores quoscumque, ac etiam mercatores volumus extendi.

* Forte, quia.

IV.

Cum ecclesiastici viri, & maxime hi qui in ecclesiis Dei beneficia obtinere dignoscuntur, alii, alibi debeant devotionis & sanctitatis exemplum præbere: illi merito reprehensione digni sunt, qui licet vitæ sufficentiam ab ecclesiis receperunt, tamen ad divinum servitium peragendum lenti sunt, frigidi ac remissi. Sane ad nostrum devenit auditum, quod aliquibus ex eis qui canonicatus obtinent, & præbendas, sufficit ad lucrandum fuas distributiones in aliqua trium principalium horarum, scilicet Matutinis, Missa, aut Vesperis, introitum & exitum, vel eorum alterum facere, nulla vel modica in choro facta residentia, quod in magnum cedit ecclesiasticorum desinum atque contemptum: Quapropter nos tales abusus ab ecclesiis Dei & ejus ministris exulare cupientes, omnia capitula tam cathedralium, quam aliarum ecclesiarum in Domino exhortamur; quatenus circa prædicta fic providerant, etiam per privationem

F 2 di-

ANNO CHRISTI 1429.

distributionum, quas in illa hora lucrari
rentur, quod apud Dominum valeant me-
ritum reportare.

V.

*In aliquibus villis & civitatibus hujus no-
stræ Senonensis provinciæ plures fuint præ-
bendatæ ecclesiæ; in quibus omnibus, vel
saltus ex ipsis aliqui præbendati existunt,
qui inhonestæ cupiditatis rabie moti, quo-
tidie volunt ejusdem horis suas distributio-
nes in utrisque ecclesiis lucrari: ex quo ple-
rumque accidit, quod de una ecclesia ad
aliam cum suis vestimentis ecclesiasticis per
villam discurrunt celeriter, ex quo a popu-
laribus eludunturr, eorumque devotio & re-
verentia ad Deum & ecclesiam plurimum
diminuuntur. Quapropter nos supra dictis
ecclesiarum capitulis injungimus, quate-
nus sic circa clericos discursores & abu-
sus ad honorem Dei curent providere,
quod optis non sit aliunde perquirere
medium.*

VI.

Quia insuper tales, qui ut præmittitur
plurium ecclesiarum in eadem civitate vel
villa præbendas obtinent, in festis solem-
nibus sive annualibus, suas cathedrales
ecclesias dimittunt, ut plus forsitan in aliis
lucrentur; Volumus etiam quod circa hæc
per eosdem canonicos de opportuno provi-
deatur remedio: attendendo quod suam ma-
tricem, vel cathedralem ecclesiam plus ce-
teris debeant honorare.

VII.

Insuper hortari & admoneri jubemus ec-
clesiasticos viros per suos superiores,
quatenus ecclesiarum vasa & ornamenta
munde & honeste teneant, & præcipue ea
quibus ad sacrificium altaris opus habent:
& quod etiam in locis sacris vel religiosis
choreas, cantilenas, ludos sive mercata fieri
non permittant.

*Item sequuntur statuta, quæ de moribus & statutis prælatorum loquuntur, quorum primum tale est:*

VIII.

Quoniam juxta canonum statuta: *Melius est paucos bonos, quam plures inutiles habere præsbyteros*: statuimus, & sub pœna interdicti ab ingressu ecclesiæ per tres menses prohibemus, ne de cetero episcopi præsumant ad sacrum sacerdotii ordinem promo-

A vere, nisi qui sint bonæ vitæ, & conversationis honestæ; sciantque epistolas & evangelia, ac religiosum officium bene & competenter legere & intelligere. Ubi autem non valeant idem episcopi super dictorum examinandorum examinationi interesse, saltem providerant de probis & scientificis viris, qui solum Deum habentes pre oculis sciant & velint, ac teneantur sub eisdem pœnis eosdem promovendos examinare in moribus, scientia & ætate. Volumus etiam ipsum statutum prædictum in aliis sacris ordinibus diligenter observari, juxta Clement. 1. & final. *de ætate & qualitate ordinand. in Clem.* Quia plures simplices ignorant eos qui sacrum subdiaconatus ordinem ascendunt, ad votum continentiæ adstringi: propter quod in magnum animarum suarum periculum & totius cleri opprobrium, continentiæ frena relaxant: hoc præsenti statuto ordinamus, quod cum aliqui de cetero petent ad prædictum sacrum ordinem promoveri, episcopi, vel alii, quibus incumbit examinium, seu examinatorium circa ordinandos, faciant exponere dictis subdiaconandis, qualiter ordine subdiaconatus suscepto, erunt ad perpetuum continentiæ votum obligati: & potius hortentur tales, quod si sentiant vel percipiant se continere non posse, potius nubant in Domino, quam ad ipsum ordinem damnabiliter ascendant. Cum sit ars artium regimen animarum, ad idipsum juxta canonicas sanctiones debene assumi tales personæ, quæ discretione præemineant, & morum fulgeant honestate: Statuimus & in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus sub pœnis juris omnibus episcopis, & aliis quibuscumque prælatis, capitulis, vel singularibus personis ecclesiasticis, quibus de jure vel consuetudine competit plena dispositio ecclesiarum parochialium, vel aliorum beneficiorum curatorum, quod non sumant regimen animarum committere cuiquam, vel supradicta curata beneficia conferre, nisi prius talem examinaverint, præcipue circa ea quæ concernunt sacramentorum administrationem, & nisi sint de ejus vita & moribus competenter informati.

IX.

Statuimus etiam & volumus, quod episcopi & alii prælati infignes de cetero illum equitabunt per viam & civitatem, pileos Pontificales, & vel alios secundum suam professionem deferant, prout sint retroactis & facti proximis temporibus laudabiliter observatum; sicut adhuc in curia Romana, & aliis pluribus locis observari dignoscitur. Insuper præcipimus quod super vestibus, non tamen de velluto, seu alio panno serico figurate factis, uratur in ecclesiis vestibus linteis, seu rochetis, non nimis breviate, sive longitudine notandis, alias pœnam interdicti ab ingressu ecclesiæ suæ cathedralis per unum mensem incurrant.



ANNO CHRISTI 1429.

X.

Quia episcopi sunt vocati in magnam partem sollicitudinis gregis Dominici, & juxta propheticam doctrinam debent agnoscere vultum pecoris sui, & eidem spiritale pabulum ministrare: quod utique sine prudentium & scientificorum virorum . . . . . adimplere non valent: ipsos episcopos in Domino hortamur, quatenus juxta canonicas institutiones de cetero habeant unum, vel duos theologos, aut alios scientificos viros, qui velint, & sciant ipsum [a] spiritale pabulum administrare, & ea quæ circa mores, vel divina mandata erunt corrigenda, reformanda, advisare, & executioni demandare. Si autem forsitan eorum episcoporum facultates ad id non suppetant: ipsi poterunt de beneficiis ad eorum collationem spectantibus eisdem theologis, vel aliis sufficientibus viris providere.

XI.

Publica ac communi fama referente didicimus, quod curiarum ecclesiasticarum officiarii, advocati, promotores, tabellliones & notarii, multos in supradictis curiis faciunt abusus & velut innumeres suæ salutis, non formidant a pauperibus ac simplicibus exquisitis modis pecunias extorquere, illosque in pluribus multiotiis & damnabilibus involutionibus b pressum involvere & illaqueare. Quapropter nos qui nostrorum subditorum quietem peroptamus, supradictis abusibus de opportuno remedio affectantes providere, omnibus episcopis hujus provinciæ Senonensis, & ceteris qui jurisdictionem habent ecclesiasticam, sub pœna interdicti ab ingressu ecclesiæ per tres menses præcipimus, quod circa suas jurisdictiones fiet curent infra proximum festum Omnium Sanctorum salubriter providere; faciendo scilicet ad ordinationem suarum curiarum ordinationes & statuta, etiam pœnalia, vel jam edita fic faciant observari, quod apud Dominum possint meritum reportare, & opus non fit in proximo concilio provinciali eorum negligentias corrigere. Provident etiam circa moderatam taxationem

a Forte, consilio, autoritatem.

b Forte, pressum.

ANNO CHRISTI 1429.

litterarum quarumcumque & salariorum eorumdem officiorum, qui quandoque pro suis salariis & laboribus plus debito non verentur exigere. Providerant etiam prælati, quod non ita facile fieratur sententia excommunicationis, & præcipue quod pro prima contumacia non feratur,

*Item sequuntur statuta reformationem abbatum, abbatissarum, ac aliorum religiosorum concernentia, quorum primum tale est:*

XII.

Felicis recordationis Benedictus Papa XII. circa spiritualia, temporaliaque commoda, ac omnimodam eiusdem religiosorum cupiens providere, inter cetera quoad observationem regularum sanctarum sanctorum Benedicti & Augustini statuit, voluit, & ordinavit, quod omnes abbates, aut abbatissæ, priores, aut priorissæ, singulis annis in suis capitulis generalibus sive annalibus quæ scilicet teneantur singulis annis, cum religiosis, prioribus, ac quibuscumque membris sibi subditis celebrare, statum eorumdem monasteriorum, vel priorantum, quibus præesse dignoscuntur, quoad receptas, missas, atque debita & credita eorum, addhantibus infinuent & declarent: quodque omnes & singuli eorumdem monasteriorum officiarii de suis administrationibus, saltem ter in anno computum reddant, sive rationem: ut singuli religiosi per hoc scire valeant, saltem in grosso, suorum statum monasteriorum. Nos igitur ejusdem vestigiis inhærentes, omnes abbates, abbatissas, ceterosque supradictos in Domino exhortamur, quatenus prædictum statutum, etiam alias in provinciali concilio ordinatum, cum omni diligentia servent, & observari procurent.

a Forte, statum.

XIII.

Volens insuper idem Benedictus Papa modum apponere circa antiqua statuta, quæ de abstinentia carnium & jejuniis a religiosis ordinis sancti Benedicti observandis satis rigide loquuntur, propter quod in pluribus monasteriis remisse observantur: matura deliberatione præhabita statuit, & ordinavit, quod idem religiosi per singulas quatuor ferias totius anni, ubique ab esu carnium ad ninius abstineant, & quod in Adventu Domini & Septuagesima, jejunia observent. Verum quia prædicta moderatio, licet omni rigore & austeritate careat, tamen in pluribus monasteriis eiusdem ordinis omnino contemnitur; omnes abbates, prio-

ANNO CHRISTI 1429.

res, ac præpositos ejusdem ordinis in Domino exhortamur, quatenus de cetero supradictis dicbus & temporibus a carnibus abstineant & jejunent; cura id a pluribus sæcularibus clericis, & inter laicos, sollicite custodiatur. Quoad regulares canonicos circa jejunia & abstinentiam carnium, idipsum observari exhortamur, quod idem Benedictus in suis constitutionibus, quæ Benedictinæ dicuntur, ab eisdem voluit observari.

XIV.

Cum evagatio, dissolutio, atque levitas maxime debeant a religiosis evitari, cum illa sint devotioni & honestati religiosis contraria & inimica, omnes abbates, priores, ac præpositos, sive quiscumque alios religiosos cujuscumque ordinis sint, vel religionis, in caritate Domini monemus, quatenus amodo a se & a suis subditis omnem evagandi materiam, quantum eis possibile erit, propellere conentur: & servent, & observari faciant ea quæ a sanctis patribus de honestate & gravitate religiosorum fuerunt laudabiliter instituta tam in vestibus, quam in calceamentis, necnon in gestibus & incessibus eorumdem; quod præcipue ea quæ de flocis vel cucullis, cappis atque capitiis fixis supra humeros, botis & sotularibus corrigiariis, Clementina, *Ne in agro*, laudabiliter statuit, servent & observari faciant: nec de cetero poterent ipsi abbates, seu permittant suis religiosis tam breves tunicas, quam mantellos longos usque ad oram: vel zonas argenteas, seu laqueatas sotulares deportare: cum propter tales & similes abusiones, nunc omnes religiosi a sæcularibus habeantur in opprobrium & contemptum; qui tamen ceteris debent esse regula, forma & exemplar totius devotionis & religionis.

XV.

Quia canonicæ institutiones, quæ de sinonia loquuntur, diœcesis prohibent pro ingressu religionis ab ipsis ingredientibus, vel eorum nomine quidquam exigi; etiam præterea quicumque consuetudinis, quæ potius dici debet corruptela, omnibus abbatibus, & abbatissis, prioribus & prioribus, ac aliis quibuscumque mandamus, quod ipsa de hac materia loquentes diligenter observent: sic scilicet, quod pro ingressu religionis pro se, vel monasteriis sua ex pacto vel conventione nihil recipiant: si autem post ipsum religionis ingressum aliquid fuerit ab ipsis ingredientibus, vel eorum parentibus monasterio ex devotione oblatum, illud recipi minime prohibemus.

XVI.

Cum sacrarum scripturarum lectura & intellectus in religiosis etiam conferat devotionem, dilatet & augeat; idem Benedictus voluit & ordinavit, quod in monasteriis quorumlibet ordinum, abbates, vel illi superiores provideant de idoneis magistris, qui novitios, ceterosque illiteratos in grammatices rudimentis habeant competenter instruere. Quod quidem statutum consensus in monasteriis vobis subditis observari debere: aliorum monasteriorum superiores in Domino exhortantes, quatenus faciant similiter in locis sibi subditis cum debita sollicitudine observari.

XVII.

Licet per jura canonica sufficienter fuerit provisum contra parrocos parochialium ecclesiarum tam religiosos, quam sæculares, exemptos, & non exemptos, quod scilicet bene & competenter providerant curatis ecclesiarum parochialium prædictarum in quibus habent jus patronatus. Quia tamen eadem jura multis in locis negluntur, & propter hoc sunt plures ex eisdem ecclesiis vacantes, & pastoribus viduatæ, in magnum periculum animarum: omnes hujus provinciæ episcopos in Domino exhortamur, quatenus jura supradicta, & præcipue cap. *De Monachis 12. de præb. & dign. & Clement. de jure Patron.* irrefragabiliter faciant observari.

XVIII.

Idem Benedictus duodecimus, qui ad beatissimorum patrum Benedicti & Augustini religiones zelum gerebat non modicum, ad supradictarum regularum observantiam, multas constitutiones edidit, quæ Benedictinæ nuncupantur, & quæ a pluribus religiosis nesciuntur, immo & penitus ignorantur, in magnum suarum periculum animarum; ea propter, omnes abbates, priores, ac præpositos eorumdem ordinum in Domino exhortamur, quatenus in suis monasteriis supradictas Benedicti constitutiones habeant, & eas frequenter legant, & relegant, ut sciant qualiter oporteat eos in religionis semita ambulare.

XIX.



ANNO DOMINI 1429.

XIX.

Ad nostrum quibusdam referentibus devenit auditum, quod episcopi hujus Senonensis provinciæ observare, ac observari facere omittunt, ea quæ statuta canonica contra moniales observari jubent: propter quod magna scandala, & spiritualia atque temporalia incommoda frequenter eveniunt ac imposterum evenire præsumuntur, si de salutari remedio minime fuerit provisum. Quapropter eisdem episcopis districte præcipimus, quatenus supradicta statuta de cetero faciant in suis diœcesibus inviolabiliter custodiri, & præcipue cap. *Monasteria, de vit. & hon. Cler.* statutum felicis recordationis Bonifacii octavi, quod incipit, *Ut periculosa, de stat. Monach. lib. 6. & Clem. Attendentes, in Clement. eod. tit.* Volumus autem & præcipimus, ut testes synodales qui ~~per hæc statuta ad synodum deputabunt~~, diligenter inquirant, & prædicta statuta servabuntur, ut in sequenti provinciali concilio quorumlibet vitia atque defectus deferant, atque negligentias.

*Item sequuntur statuta reformationem morum ecclesiasticorum concernentia, quorum primum tale est.*

XX.

Cum morum gravitas, & vitæ honestas in ecclesiasticis viris præcipue debeant relucere; omnibus episcopis & aliis ad quos spectat inferiorum mores reformare, districte præcipimus, quatenus diligenter servent & curent a suis subditis observari ea quæ in sanctorum patrum decretis & canonicis institutionibus de vita & honestate clericorum fuerunt laudabiliter instituta; maxime autem provideant, circa clericos, qui tabernas etiam cum laicis quod eis non convenit, immo plerumque cum suis vestimentis ecclesiasticis in malum ac pernicionem exemplum aliorum, & in scandalum totius cleri, nunc adire & frequentare non verentur. Provideant etiam contra illos clericos, qui proprio contempto ministerio, negotiis & mercimoniis sæcularibus se immiscent; emendo scilicet blada, vina, & alia hujusmodi, & etiam inhonesta mercimonia, eo animo ut ea carius vendant. Provideant etiam insuper contra illos qui deposita suis vestibus in ludis, vel camisiis in publicis locis ad palmam ludunt: quæ omnia non bene conveniunt honestati. Nam & per talia sæculares habent clericos in derisum, & a devotione retrahuntur.

XXI.

Insuper districte præcipimus omnibus ecclesiasticis viris, ut circa tonsuras & vestes servent ea quæ per canonica statuta fuerunt de honestate clericorum laudabiliter instituta: præcipue autem inhibemus quibuscumque, ne portent tunicas colorum rubeorum, vel viridium per inferius aut superius porrilatas, aut nimium caudatas: nec etiam magnos colletos reversos, aut majucas nimium grossas, seu caudatas; sed nec nimia breviate, aut longitudine notandas, nec scissas a parte posteriori, seu a parte anteriori, nisi usque ad genua.

XXII.

Quanto ecclesiastici viri perfectioris status, & majoris dignitatis honore illustrantur, tanto majorem Domino ac Redempori nostro conentur exhibere reverentiam & ab omnibus blasphemiis, ac illicitis juramentis diligentius abstinere. Quod multi ex eis minime attendentes, de eodem Domino & Redemptore nostro blasphemie & irreverenter loquuntur & jurant, quorum temerarios ausus refrenare volentes: statuimus quod pena quæ laicis propter tales blasphemias, vel illicita juramenta secundum unum statutum infra positum jubetur imponi, clericis, quorum culpa gravior est, auctoritate præsentis concilii duplicetur; publica tamen pena, de qua in eodem statuto fit mentio, in aliam penam superioris arbitrio commutata, cum eisdem ecclesiasticis non ita facile debeant poenæ publicæ irrogari.

XXIII.

Cum propter crimen concubinatus, quo multi ecclesiastici & religiosi viri inficiuntur, habeantur ecclesia Dei & totus clerus in derisum, abominationem & opprobrium cunctis gentibus; & illud nefandissimum scelus in ecclesia Dei adeo invaluit, ut jam non credant Christiani simplices fornicationem esse peccatum mortale; Nos volentes ad extirpationem tanti facinoris, quantum nobis possibile est, providere: Omnibus episcopis hujus provinciæ districte præcipimus, quatenus in diœcesibus suis non patiantur, vel sustineant aliquos clericos, aut alios conjugatos, notorios concubinarios, sed contra illos juxta canonicas constitutiones procedant, etiam usque ad privationem suorum beneficiorum, vel alias eos corporaliter puniant, prout eis videbitur magis expedire. Nec de cetero

ANNO CHRISTI 1429.

idem episcopi, vel quicumque alii prætexto quarumcumque pecuniarum tantum crimen dissimulent; ne forsitan videantur ejusdem criminis auctores, sive fautores existere, & ne sanguis eorumdem delinquentium de manibus suis requiratur a Domino, cum ipse ad judicandum venerit: & quod circa hoc ferventior antiqua statuta, & populismum constitutio Gilonis Apostolicæ sedis legati super hoc edita, cujus tenor sequitur & est talis: *Excommunicamus omnes sacerdotes & clericos quscumque, qui post legitimam admonitionem focarias, vel alias mulieres, de quibus mala suspicio possit suboriri, in domibus proprii, vel alibi, unde populus vel ecclesia scandalizetur, detenuerint retinendas, nisi sint clerici, qui in minoribus ordinibus constituti, legitime contraxisse probentur, qui tamen cum uxore ecclesiastica beneficia retinere non debeant.*

A observari, ab omnibus subditis nostris cum omnimoda reverentia observari; absitum. do scilicet ab omni opere servili & manuali, ac divinorum auditioni cum matura devotione vacando; illum abusum penitus reprobantes, quo mareschali & barbitonsores supradictis Dominicis & alis beatæ Mariæ, & Apostolorum, & supradictis festivitatibus, credunt sibi licitum fore sua ministeria, etiam præter necessitatem, exercere: circa quem volumus per ordinarios de opportuno remedio provideri, ipsos monitione prævia corrigendo.

XXIV.

Licet juxta canonicas sanctiones taxillorum & alearum ludus tamquam indecens & illicitus omnibus indifferenter sic prohibitus, tamen præcipue ac etiamsi quoquo provincialium conciliorum jura tales ludos ecclesiasticis viris & aliis clericis interdixerunt, etiam certis pœnis adjectis: quæ quidem statuta, nos in præsenti concilio renovantes, quibusliber ecclesiasticis viris, cæterisque clericis cujuscumque status aut conditionis existant, præcipimus, quatenus de cetero cum taxillis non ludant, & hoc sub pœna unius libræ ceræ qualibet vice, fiat cathedrali, vel parochiali ecclesiæ applicandæ: vel sub alia majori pœna arbitrio superioris, considerata qualitate facti & personarum infligenda.

*Item sequuntur statuta circa reformationem morum sæcularium edita, quorum primum tale est.*

XXV.

Quia Dominus in veteri testamento & sabbata & alias festivitates sanctificari voluit, & districte præcepit in eisdem ab omni opere abstinere: & in novo testamento Dominicales dies, aliaque festa ab ecclesia indicta eorumdem loco successerunt, quæ a pluribus male & negligenter observantur: Nos ad honorem Dei & sanctorum suorum jubemus, & districte præcipimus, supradictas Dominicales dies, & sanctorum festa, & præcipue ea quæ ad honorem Christi, & ejus gloriosæ genitrici Mariæ, & suorum Apostolorum instituta sunt, una cum aliis festivitatibus, quæ sicut festa Apostolorum consueverunt

B

XXVI.

Quamquam fuerit retroactis temporibus tam ex statutis sæcularium principum, quam ecclesiasticorum prælatorum sufficienter provisum contra eos, qui ausu temerario non formidant Deum renegare, defipiare, vel malgreare, seu alias blasphemare; & etiam contra eos qui de Christo Domino & Redemptore nostro blasphemæ & irreverenter loquuntur; puta juramento per ejus carnem, sanguinem, ventrem, barbam vel vulvam; tamen propter negligentiam superiorum qui prædicta statuta servari non fecerunt, pauci sunt qui a supradictis blasphemiis, vel juramentis illicitis abstineant: Quapropter districte præcipimus omnibus ecclesiasticis prælatis hujus Senonensis provinciæ, quibus id spectare dignoscitur, quatenus prædicta statuta, si qua habeant, cum omni diligentia faciant observari. Quæ si non habuerint, volumus, & statuimus quod defipiantes, seu malgreantes, aut renegantes Deum, seu Christum, vel ejus gloriosissimam genitricem blasphemantes, quod prima vice compellantur pane & aqua in carceribus jejunare per octo dies: & pro secunda vice pœna duplicabitur, & pro tertia publice in scala, vel alias punientur. Quod autem ad illos qui per carnem Christi, sanguinem, vel plagas, vel similiter jurant, pro prima vice solvent unam libram ceræ fuæ cathedrali, vel parochiali ecclesiæ: pro secunda vice, duas, & pro tertia, quatuor: vel alia pœna, etiam publica arbitrio judicis punientur, qualitate personarum considerata, ut cæteris cedat in exemplum.

XXVII.

Ad nostrum devenit audium, quod in hac Senonensi provincia eleemosynarum quæstores abusus suos multiplicare non cessant, quodque prædicationis officium licet ignari & illiterati sint, usurpare non verentur, & per vana mendacia, & alia ficta



ANNO CHRISTI 1429.

cta blandimenta, pauperum simplicium pecunias extorquent, & quod deterius est, sanctæ sedis apostolicæ, & aliorum inferiorum bullas, ac litteras similiter falsificant & corrumpunt, in plurimorum scandalum & gravamen. Quapropter nos contra tales iniquitas & abusus providere volentes, episcopis hujus provinciæ præcipimus, quatenus a suis subditis curatorum ecclesiarum rectoribus, faciant inviolabiliter observari jura & canonica statuta quæ contra supradicta sanctæ & laudabiliter providerunt, & *cap. cum ex eo & Clement. Abusumbus, de pecc. & remiss.* Nolumus tamen populi devotionem per ipsos curatos vel rectores, quam gerunt ad sanctos, quorum supradicti quæstores procuratores existunt, quomodolibet impediri.

XXVIII.

Cum plures sint qui propriæ salutis penitus negligentes, non nisi semel in anno sua peccata confitentur, propter quod, cum insuetum hominum sit fabula, non bene possunt suorum habere memoriam delictorum in magnum suarum animarum periculum: Nos huic morbo providere cupientes, præcipimus curatis, & ecclesiarum rectoribus, quatenus suos parochianos hortentur, & inducant ad sua peccata confitenda in quinque solemnitatibus domini præter Pascha, scilicet in Pentecoste, in Assumptione Beatæ Mariæ, in festo omnium Sanctorum, in Nativitate domini & in initio quadragesimæ, & sunt tales exhortationes Dominicis diebus supradictas festivitates immediate præcedentibus.

XXIX.

Medicinalis artis magistri, licet juxta canonum statuta non debeant infirmis corporalem medicinam exhibere, nisi prius exhortatione facta per eos, quod sua peccata confiteantur; nihilominus iidem magistri tam sanctum & salutare statutum servare contemnunt in magnum prædictorum animarum, cum frequenter eveniat, quod infirmitatibus crescentibus, & quam repente invalescentibus, plures fine confessione moriantur: Nos ideo supradictis episcopis injungimus, quatenus decretalem circa hoc editam, quæ incipit, *Cum infantes. De pœn. & re.* faciant inviolabiliter custodiri, prius tamen hoc præsenti statuto publice declarato, vel notificato populo, ne forsitan infirmi, cum per ipsos magistros inducuntur de salute animæ cogitare, credant se in periculo mortis existere.

XXX.

Inclitæ memoriæ Bonifacius VIII. in sua decretali quæ incipit, *Quoniam ut intelleximus. De juram. lib. 6.* vinculo excommunicationis ipso facto innodavit omnes qui impediunt causas trachari coram judicibus ecclesiasticis, quæ de jure vel consuetudine trachari consueverunt. Et plures sunt simplices & alii, qui forsitan propter ignorantiam supradictæ constitutionis, excommunicationis vinculo innodantur: Nos volentes eorumdem periculis animarum obviare, omnibus curatis & rectoribus ecclesiarum præcipimus, quatenus juxta generalem observantiam plurium provinciarum & diocesum hujus regni, infra missarum solemnia Dominicis diebus pro excommunicatis cum solemnitate denuncient omnes, qui modo supradicto molestiam vel gravamen curiis ecclesiastis inferre præsumunt & hoc juxta constitutionem supradictam, *Quoniam ut intelleximus.*

XXXI.

Querimoniam plurimorum religiosorum, ac aliorum ecclesiasticorum audivimus, quod licet dominus in veteri testamento districte præcipit perceptorum fructuum ecclesiæ ministris decimas tribuere; tamen his nostris temporibus easdem diminuere conantur, ut jam ex eis aliqui dicant, & afferant decimalia jura, non nisi ad voluntatem fore solvenda, propter quod ecclesiæ, & earum ministri maximum damnum patiuntur. Quapropter nos contra tales hominum nequitias occurrere cupientes, Omnibus episcopis, archidiaconis, decanis ruralibus, cæterisque ecclesiarum rectoribus præcipimus, quatenus Dominicis diebus, nec non festum, & vindemiarum temporibus, admoneant, atque hortentur, faciantque admonere & hortari per eos, qui verbum Dei populo prædicant, omnes qui ad solutionem decimarum tenentur, quod ipsi amodo illas solvant sine fraude & deceptione qualibet, ulla contraria consuetudine non obstante, cum de omnibus fructibus quibuscumque, ubicumque, & in quocumque loco sint, & alias solvendas sub damnationis pœna, ex dominico præcepto teneantur.

XXXII.

Canonica jura non sine magnis rationibus jubent matrimoniorum contractus in ecclesiis publice celebrari & fieri, propter sacramenti dignitatem, reverentiam & hono-

ANNO CHRISTI 1429. norem, in quo consertur gratia, sicut & in cæteris sacramentis, & etiam ad tollendam omnem malam peccati suspicionem, cum plures existimare possent inter ipsos coniuges solum fore concubinatum, si de ipso matrimonio publice non appareret; His tamen non obstantibus plures sunt qui a suis prælatis faciliter obtenta licentia, non in ipsis ecclesiis; sed in privatis oratoriis matrimonium contrahunt, & solemnizant, quod cedit in maximum ejusdem sacramenti contemptum: Nos autem circa id providere volentes, omnibus episcopis, archidiaconis, & ecclesiarum rectoribus sub poena interdicti ab ingressu ecclesiæ per mensem prohibemus, ne de cætero in privatis oratoriis solemnizationem matrimoniorum faciant, aut fieri dispensent, nisi forsitan subsit ingens, vel necessaria causa; & non ficta; etiam pluribus præsentibus.

## XXXIII.

Insuper sub eisdem pœnis, & propter easdem causas episcopis, archidiaconis, & aliis quibus id de jure vel consuetudine competit, injungimus, ne de cætero ita faciliter dispensent super bannis in matrimonio concedendis: etiam præsertim cujuscunque pecuniæ, sub illicitabis dispensare consueverunt.

## XXXIV.

Certis anni temporibus matrimonia prohibentur ab ecclesia celebrari, scilicet tempore adventus, septuagesimæ, & rogationum, ea quod tunc homines magis quam aliis temporibus debent devotioni & orationi intendere, ex quibus tamen plurimum retrahit carnale commercium, eo etiam quod illis devotionis temporibus choreæ, ludi & convivia, quæ in nuptiis fieri solent, non bene congruunt, sed verius coponuntur devotioni & contemplationi: Nihilominus tamen in hac nostra Senonensi provincia quædam illa consuetudo, vel corrupela inolevit, quod scilicet supradictis temporibus plerumque fiunt festivitates nupciarum, choreæ, ludi, convivia, & alia indecentia, quæ ex eisdem festis, convivis, velichoreis frequenter evenire consueverunt. Ea propter nos prædictum abusum, seu corruptelam extirpare volentes, omnibus & singulis viris & fœminis hujus provinciæ sub excommunicationis pœna injubemus, ne supradictis temporibus audeant facere, vel fieri procurent solemnitates nuptiarum, illicitas, convivia, festa & choreas, vel cætera hujusmodi, vel eisdem quomodolibet interesse. Præcipientes insuper episcopis & curatis, seu presbyteris ecclesiarum parochialium, quatenus hoc præfens statutum in suis ecclesiis publicent, & publicari faciant diligenter, & maxime duabus vel tribus Dominicis ante supradicta devotionis tempora.

## XXXV.

Cum soli clerici ad altare domini cum divina celebrantur, debeant accedere; omnibus episcopis hujus provinciæ injungimus, quatenus sub certis pœnis per ipsos imponendis, faciant a laicis observari *caput primum de vita & honest. clericorum* etiam in veteri lege, cujus sacrificiis longe dignius est sacrificium altaris ministerium, laicalis populus ad altare domini non auderet accedere.

## XXXVI.

Cum judices seculares quandoque clericos in suis carceribus detenes, & absque ecclesia requisitos, restituere nolunt: Volumus quod provinciale statutum in pluribus conciliis provincialibus renovatum diligenter observetur: cujus forma talis est. *Statuimus ac etiam ordinamus, ut si contingat aliquem clericum in vallis, seu castris dioecesis & provinciæ Senonensis per judicem capi facularem, qui sufficienter requisitus de reddendo dictum clericum suo judici ecclesiastico, non reddidit, seu restituit, in sua malitia perseverans, in dictis vallis, seu castris quamdiu detinebitur idem clericus, cessetur a divinis, nedum in ecclesia, infra cujus confines dictus clericus detineri dignoscitur: sed etiam in aliis, si in dictis vallis, vel castris plures ecclesiæ esse contingerit: quod ad religiosi monasteria in dictis vallis, vel castris constructa & alias ecclesias sit contingens extendi volumus, ne si in aliquibus cessaverit, & in aliis non; sententia cessationis seu interdicti valeat vilipendi: prædictas autem cessationes auctoritate præsentis concilii ab omnibus tam exemptis, quam non exempti cum de jure ad hoc tenentur, volumus observari.*

## XXXVII.

Ad nostrum devenit auditum, quod in hac provincia quidam temporales domini, & eorum officiarii, quandoque sub magnis pœnis inhibent suis subditis & aliis in domicilio suo commorantibus, ne alter alterum citare faciat in foro jurisdictionis ecclesiastice, etiam in personalibus actionibus; & quod decernus est, supradicti domini, vel eorum officiarii plerumque prohibent curatis, vel rectoribus ecclesiarum, aut aliis presbyteris, ne sigillent, vel excu-



ANNO CHRISTI 1429. cutioni demandent citationes & alias literas curiarum ecclesiasticarum, & quandoque cogunt eos, ad quorum instantiam aliqui ex eorum subditis propter suam contumaciam fuerunt legitime excommunicati, ut illos faciant absolvere: quod si recusaverint, vel distulerint, faciant illos in carceribus detineri. Quæ omnia sunt in magnam lasionem & turbationem ecclesiasticæ jurisdictionis: & cum absolutio taliter vi extorta, nulla sit ipso jure, taliaque perpetrantes novam excommunicationis sententiam, nulli dubiam, incurrant: Eaque propter nos talium dominorum, vel officiariorum ausus temerarios refrenare cupientes, jubemus antiqua provincialia statuta circa hæc edita inviolabiliter custodiri, quibus cavetur, quod si aliqui domini, vel judices temporales, aut eorum servientes, vel ministri aliqua ex gravaminibus ecclesiasticæ jurisdictioni inferre præsumpserint, & de talibus, vel eorum altero legitime conflueriet, ~~[illegible]~~ premissa cessent a divinis juxta formam precedentis statuti, & nisi tale gravamen infra octo dierum spatium fuerit reparatum, volumus & præcipimus quod ille, vel illi qui tale, vel talia perpetraverint, & circa ea dantes auxilium, consilium, vel favorem, auctoritate præsentis concilii denuntientur publice & solemniter ipso facto excommunicati. Cum absolutio taliter vi extorta nulla sit ipso jure, taliaque perpetrantes novam excommunicationis sententiam, nulli dubiam, incurrant.

## XXXVIII.

Item volumus & ordinamus, quod testes synodales qui in qualibet diœcesi secundum canonica statuta ordinati sunt, diligenter inquirant, si prædicta statuta ab omnibus servabuntur, ut habeant referre in alio proximo provinciali concilio, quæ circa ea viderint minime observari, prout in capite *Sicut olim. De accusat.*

## XXXIX.

Statuimus & præcipimus quod omnes suffraganei nostri, abbatesque, priores conventuales, & capitula ecclesiarum nostræ Senonensis provinciæ: necnon decani rurales cujuslibet diœcesis, habeant copiam authenticam nostrorum præsentium statutorum, illaque faciant infra duorum mensum spatium in suis synodis & aliis locis solemniter publicari, ac declarari. Præcipue autem volumus, quod illa quæ concernunt, vel concernere possint statum & mores laicorum iidem suffraganei & decani in publicis prædicationibus & vulgari sermone coram populo exponi, a ne aliqui valeant eorumdem ignorantiam prætendere.

## XL.

Testes autem synodales hujus sacri concilii Senonensis eodem approbante concilio in qualibet diœcesi ordinantur, nominamus & eligimus infra scriptos, scilicet pro diœcesi Senonensi, decanum Christianitatis Pruvinensis, & officialem sancti Juliani de salto: pro diœcesi Carnotensi magistrum Joannem de Gazone, & decanum ruralem de Bron. Pro diœcesi Parisiensi decanos rurales de Montemorenciaco & de Kala. Pro diœcesi Meldensi magistrum Joannem Tourtier, & decanum ruralem de Columbariis. Pro diœcesi Trecensi decanos rurales Arcyarum & sanctæ Margaretæ. Pro diœcesi Nivernensi magistros Stephanum Guedac, & Joannem Hurtauld. Et pro diœcesi Antisiodorensi, archipresbyteros S. Prisci & de Veziaco.

## XLI.

Nos vero Joannes archiepiscopus antedictus in dicto provinciali concilio, ut præfertur, præsidentes, ipso approbante concilio omnia & singula statuta præscripta tenere, & inviolabiliter observari ab omnibus & singulis nostræ Senonensis provinciæ volumus, & jubemus, ipsaque statuta & omnia præmissa laudamus & approbamus, concludimus & definimus, prout superius est expressum, ulteriorem ipsius sacri concilii prosecutionem & continuationem, quoad ea quæ nondum perfecta sunt, de fratrum & suffraganeorum nostrorum ac aliorum in eodem provinciali concilio comparentium voluntate, & consensu, hinc ad diem Martis post Dominicam diem, qua in sancta Dei ecclesia cantabitur *Jubilate*, anni domini 1430. dictam diem Martis post *Jubilate*, Parisius cum continuatione dicorum sequentium per ipsum concilii & agendorum in eo, quæ nunc expediri obstantibus certis, justis & evidentibus impedimentis, minime potuerunt, nec ad effectum deduci, totali & finali concluione, præfigentes, statuentes & ordinantes. In quorum vim & singulorum certitudinem præmissorum, præsentes nostras exinde fieri, & per notarios publicos, scribasque concilii provincialis prædicti infra scriptos, subscribi & publicari mandavimus, nostrorumque archiepiscopi & episcoporum suffraganeorum præsentium prædictorum appensione sigillorum fecimus & jussimus communiri,

Da-

ANNO CHRISTI 1429.

Datum & actum, quoad præmissorum conclusionem, Parisiis in dicto collegio sancti Bernardi, nobis inibi mane hora concilii conficta in eodem concilio præsidentibus, sub anno domini 1429. indictione 7. die 13. mensis Aprilis, pontificatus sanctissimi in Christo Patris & domini nostri domini Martini divina providentia papæ quinti anno duodecimo. Præsentibus venerabilibus viris dominis & magistris cum Petro Clerici Germano de natione, canonico Senonensi, & Petro Pinnet curato sancti Juliani de faltu nostræ Senonensis diœcesis testibus ad præmissa vocatis.

## ** CONCILIUM AB HENRICO

Rigensi Archiepiscopo celebratum anno circiter 1429. cujus non habemus decreta ad statum ecclesiæ pertinentia: sed mentio dumtaxat reperitur levis apud Albertum Krantzium lib. XI. Vandaliæ cap. 16.

HENRICUS per hæc tempora archiepiscopus Rigensis concilium celebravit provinciale (*verba sunt Krantzii*) cum suffraganeis suis, multis inibi decretis, quæ ad statum ecclesiæ pertinerent. Operæ pretium visum est, sedem apostolicam adversus oppreffores ecclesiæ invocare, detestegeque per nuncios calamitosum ecclesiæ statum, quod ab iis qui concilio terræ fint inspoliti, opprimi tentaretur. Delegerunt ad eam legationem Decanum Revaliensem, cum nonnullis de singulis ecclesiis collegiis: quibus Rigensis, Tarbatensisque procuratores, cum suis fuis clericis Romanum curiam vitiatus jantere, vel ut in aliquod Italiæ Palladium collocarent literis indulgerent. Erat ea societas itinerantium fexdecim personarum, quibus ceteriori intmere ad institum quadragesimæ (quod mare tardius fit per glaciem navigabile) [illegible] mensis vesti, Gribin, ad exitum ejusque Livoniæ, pervenerunt, ibi ab arcis præfecto Gosvino de Affenberge, ordinis Theutonicorum fratre, crudeliter invadunter. Primum ademptis literis perlectisque, terræ proditores arguuntur: & quicquid ab illis in purgatorem dicretur de privilegiis ecclesiarum, præterim Romipetarum, irridetur magis quam audiitur. Mox rebus omnibus & non parva pecunia ondati, vestibus demum exuuntur ligatis manibus pedibusque in profluentem ritum (Lira vocant) sub glacieni detrudunter, crudelique merguntur exemplo. Ita frater ordinis divæ virginis manus suas consecrati sacerdotum & innocentum juvenum miferaiiiqueo ex. Idem ille certatur, tetlatus egegium fucinus, scribit terræ pontificibus: Nevertirit, inquit, noper a me deprehendos provinciæ proditores, clericos vestros, rebus & vitæ cautiffe, nullius jessis aut conficio: fed (quod tutandis finibus præfectum fcitis) publico functionis ministerio, publicos hostes feci de medio. Eam rem nemini præter me impiundam ego profitoor, nam publicum peregi utiliratem. Hoc (rogo) quid erat, nisi adita calamitati miferorum inlultatio? quam ignoret nemo, non esso authorem qui factus est exequutor.

## ** COCILUM * DERTUSÆ,

Quæ nunc Tortosa dicitur, celebratum præside Petro de Foxo, cardinale apostolicæ sedis legato, anno 1429. cui fublato antipapa Ægidio de Munione, Benedicti XIII. five Petri de Luna fucceffore profecto, electoque Martino V. Romani pontificis obedientiam Hispani aliquot episcopi, qui ad hunc usque annum ab anno 1378. schismate ab ecclesia fuerant divisi.

FAUSTISSIMUS omnium * hic annus, B Martiho pontifici, & ecclesiæ universali fuit, schismate omnium funestissimo, dexteritaig. & felicitate Petri Foxi * cardinalis, apostolicæ sedis legati fublato. Ægidius Munoz Cullii 1107. qui Clementis VII. nomine pontificatum invadere præsumpferat, pontificatus nomen abdicavit, insignia deposuit. Cardinales quos penes se habebat, loco moti, de gradque decesti sententiam inauspicato occuparunt. Alphonsus Aragonum rex, in Martini pontificis gratiam; quem ut aliqua metu continere, ita novo nunc officio constituere, in parteque traducere erat propofuerat. Pennisola hospitalaritis mitiorem detracta, quorum in dictione ab antiquo fuerat, regi cesfit. Ægidius nonovilla compentatione Balearis episcopus factus est. Alphonsus Borgia, Valentiæ pontifex renunciatus, quæ meiees navatæ operæ fuit Ægidio & fociis fanandis, ad summos & maximos honores aditus. Tarracone in Catalania a Petro Fuxio episcopi Tarraconensis provinciæ ad concilium overati, antiquum ecclesiasticæ disciplinæ morem exhumiare.

*Clementi episcopus fortuna servorum Dei ad perpetuam ejus memoriam.*

Incomprehensibili Dei judicia, investigabiles viæ ejus, grandem nimirum ftuporem confederantibus ingerunt, & casfum profecto non levis admirationis inducunt. Quis enim in illorum consideratione non ftupet? quis non ftupendæ mirter, & timeat? illa judicorum ftupendorum arguuntur: & quicquid ab illis in purgatorem dicretur de privilegiis ecclesiarum, præterim Romipetarum, irridetur magis quam audiitur. Mox rebus omnibus & non parva pecunia ondati, vestibus demum exuuntur ligatis manibus pedibusque in profluentem ritum (Lira vocant) sub glacieni detrudunter, crudelique merguntur exemplo. Ita frater ordinis divæ virginis manus suas consecrati sacerdotum & innocentum juvenum miferaiiqueo ex. Idem ille certatur, tetlatus egegium fucinus, scribit terræ pontificibus: Nevertirit, inquit, noper a me deprehendos provinciæ proditores, clericos vestros, rebus & vitæ cautiffe, nullius jessis aut conficio: fed (quod tutandis finibus præfectum fcitis) publico functionis ministerio, publicos hostes feci de medio. Eam rem nemini præter me impiundam ego profitoor, nam publicum peregi utiliratem. Hoc (rogo) quid erat, nisi adita calamitati miferorum insultatio? quam ignoret nemo, non esso authorem qui factus est exequutor.



ANNO CHRISTI 1429.

creta cæleftium, quorum ordinem non datur nofte mortalibus, quorumque mysteria mens non capit humana, nec investigando comprehendere fufficit, nec considerando difcutere, vel manifeftare loquendo, quia, inquam, intelleggere valet difcretam lucem æquitatis occultæ, qua Jesus Chriftus dominus noster, dum ecclesiam, quam non folum mifericordier, fed etiam mirabiliter fanguine preciofo fundavit in arce immobilis petræ firmatam folide ftabilivit, ut portæ inferi adversus eam non prævalerent, homines judicio quodammodo derelinquens, ipfam frequentium tribulationum etiam diffusarum vexati permittit incommodis, & in fubvenendi expectatione langueat, ut labentiffimi pontifices, qui in flatera rectitiffima popuforum merita, & delicta, appendens viliorique prævidens, utitur, & fi jafta nobis tamen ignota: a tempore quidem fanctæ memoriæ Gregorii undecimi, prædecessoris nostri, a quo anni 52. vel circiter effluxere prædictis exigentibus memorato judicio declinato, ecclesia ipfa domin permittente schismatis pisino, deinde fub Clementis velo procuranti humani generis hostis, plerique incommoda perpessa eft, necdum, quod amare deprommius, vere utilocia, & ad reintegrationem Petri & Paufi ecclesiæ, quæ omnia intra nostri arcana pectoris revolventes, & finceram retamque intentionem, quam in nofter, ad fummi apofloliatus apicem affumptione, ac ex tunc accuratius habuimus C parciter & habebimus, ad hujusmodi unionem efficaciter procurandam publice propalantes, quanquæ debitum, quantum id nobis eft porducere ad effectum meditatione continua cupientes, tortique affectibus anhelantes, ut per nostræ humilitatis ministerium adfit gloria in excelfis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, eoque favente, quia eft pax vera, quique fecit utraque unum, ille videlicet Jaspis angularis, qui in fuæ nativitatis erordio diverfos in fe quoque conjuxit jam cœpit, ad ejus laudem gloriam & honorem, in ipfa ecclesia fua vera, & indubitata unio, & pax fequatur, fi divinæ fuerit majestatis acceptum.

Hinc eft quod nos propensius attendentes, quod quanto validiora, certiora, & firmiora funt, in hujusmodi apofloliatus officio jura nostra, tanto lucidabiliter ea ducimus pro pace, ac reintegratione religionis Chriftianæ relinquere: non enim femper de fummo jure difputandum eft, fæpe quidem rigor juftitiæ, reipublicæ utilitati, & tempori cedit, nam fi muliier illa, & juri fuo renunciare, proprioque filio fpoliare fe voluit, ne fectionem illius prospicere, quanto magis nos, pobtqnam ad opatam ecclesiæ unionem, ad pacem per juftitiæ, aut mutuæ collotis vitas, ut cupimus, perveniremnon poffumus, tanto difcrimini fuccurrendum miferiorditer, propter ecclesiæ reintegrationem peceque, pie cedendum videtur. His itaque & aliis juftis, & rationabilibus cauffis, quas præsentibus haberi volumus pro expreffis, omni jure papatus, oneri & honori, ac ejus titulo, & poffeffioni, quod, quem, & quam in ecclesia obtinemus pariter & habemus, maturo fuper hoc deliberatione prehabita, non vi, dolo, feu metu, nec alias modo aliquo circumventi, fed fimplicitet, pure, libere, & fponte, ac ex certa fcientia, & de plenitudine potestatis afftitentibus nobis venerabilibus fratribus, nostris facro Romanæ ecclesiæ cardinalibus, necnon prælatis dilectis filiis Alphonso de Boria utriusque juris doctore, charissimi in Christo filii nostri Alphonsi regis Arragonum illustrissimo consiliario, & Pontio de Pontibus Valentianis ambafiatoribus regis ejusdem ad nos super primissis destinatis, nec non prælatis, & aliis multis spectabilibus, & probis viris palam & publice die datæ præfentium, & tenore, verbo, intentionique libri, & effectu legitimo, quoque fimio cedimus, & renuntiamus, & ab ipfius papatus omnimodo usu, administratione ac exercitio gratis, & fpontanea voluntate abfiptemus, & promittimus bona fide impofterum abftinere, papalia deponentes insignia ad efficaciam veræ desideratissimæ unionis ecclesiæ fanctæ Dei. Certamen, quo de hujusmodi cessionem, renunciatione, ut præmittitur, factis in posterum luctiretur, quin potius confet authentice de eildem, præfentes literas motu proprio non ad eidem infinuation expeditas, ad rei gestæ memoriam in futurum jufiimus publicari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ cessionis, renuntiationis & voluntatis infringere, vel eis ausu temerario contravenire: si quis autem hoc attentare præsumpferit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus se noverit incurfurum. Datum Pauficolæ Dertusensis diœcesis 7. Kal. Augofti, pontificatus nostri anno quinto —— de curia Rodericus —— plumbum —— sanctus Petrus —— sanctus Paulus —— ab alto latere —— Clemens Papa VIII. *Ita ibidem etiam magister Alphonsus prædictus sive aliqua alia solemnitate tradidit domino legato quoddam instrumentum, quod per formatur confirmationem suarum domini Pontificis referant sub hac forma.*

In nomine Patris & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen. Per hoc publicum instrumentum, cunctis patent evidenter, quod anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo vigesimo nono, indictione septima, die vero vigesimo sexto mensis Julii, in die festivitatis Annæ, tunc apostolica sede vacante, per simplicem, purum, & liberam cessionem, & renuntiationem, depositionemque insignium papalium, tunc temporis nominati Clementis papæ octavi, nunc vero Egidii Sancti Munionis, palam & publice factas, & per ea notarum defractionem, ut continatur in literis inde confectis publicatas, alta & intelligibili voce in camera parlamenti cultri Pauficolæ Dertusensis diœcesis, in conclfforio publico tenco per ipfum illustrissimo fhi reverendissimis in Christo patribus domini, dominis facræ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, nec non prælatis, ibidem egregie & circumspectis viris, dominis Alphonso de Boria juris utriusque doctore, serenissimi domini Alphonsi regis Aragonum consiliario, & Pontio de Ponte cive Valentino ambassiatoribus regis ejusdem, ad ipfum tunc Clementem specialiter delegatis, prælatis quoque & aliis multis notabilibus, & probis viris paulo post ibidem reverendissimi in Christo patres & dominus dominus Julianus episcopus Ostiensis, Franciscus tituli sancti Clementis presbyterus ac Ægidius sanctæ Mariæ in Cosmedin diaconus ejusdem sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, sacrum collegium cardinalium facientes ad Romani pontificis electionem volentes procedere, reverendissimum patrem & dominum, dominum Simonem eiedum Antiochenum, camerarium domini papæ requirendum,

ANNO CHRISTI 1429.

runt, ut ei locum ad conclave tenendum assignaret eidem, qui quidem dominus camerarius pro eo conclavi hujusmodi certam partem dicti castri illico assignavit, quam idem dominus cardinalis idemque reparantes, & instrantes conclave, audita missa de Sancto Spiritu ibi, nec non clauso conclavi, ac custodito, præfati tres domini cardinales foli inibi remanentes, ad electionem Romani pontificis, prout in tenibus ac in mei notarii infrascripto rum presentia, retulerunt se, in modum qui sequitur, processisse, videlicet, quod habentes prae oculis solum Deum confidentes, quam Christianae religionis infamiam, detrimentaque, fidelium quoque molestias, & periculaque hac facinora emerierunt, ac emergere verisimile erat, accidentes ex pestifero schismate, quod longævis, proh dolor! temporibus, in fcisforam Christianae fidelitatis, gravissime perduravit, nisi salubiori remedio, divina favente clementia, cujus res est, pro integratione unitatesque Christianorum occurreretur, unanimiter, nemine discrepante per viam Spiritus Sancti, reverendissimum in Christo patrem & dominum, dominum Odonem de Columna in fus obedientia nominatum Martinum V. quem ipse dominus Clemens, de prædicta, paulo ante fuam hujusmodi cessionem tolendo sententias & processus contra ipsum ratione schismatis latos, & factos habilitarat de apostolicae potestatis plenitudine, effecit, & creavit summum pontificem inclusive in Romanum pontificem & pastorem, ac verum Christi vicarium, & beati Petri successorem, concorditer elegerunt, hyperbolice tamen dominus cardinalis, & a Christi fidelibus fic debere recipi decrevere, eundem Martinum V. etiam nominantes, quibus, ut alterutrum, inter fe, ut præmittitur, fic pertaes, reflex & me notarium infra dictos vocati fecerunt, ipsis adhuc existentibus in conclavi, ubi præmissa in effectu per ipsos dominos Ottomanis organum relecentes, voluerunt, requisiverunque per me notarium infrascriptum fieri super illis unum, & plura publica instrumenta.

Acta fuerunt hæc anno, indictione, die, mensis, & locis quibus supra, præsentibus præstantissimis dominis Ægidio Sancti Mucionis, qui, ut, ut præmittitur, refigravit, & ambasiatoribus supradictis, ac venerabili & circumspecto viro domino Bernardo Torrent decretorum doctore ad premissa vocatis specialiter & vocatis.

Et ego Antonius de Campis literarum apostolicarum abbreviator, scriptor & registrator publicus, apostolica & imperiali auctoritate notarius, quia premissis celebrandis, atque renundationi, per me, ut præmittitur, publicatis, necnon dictorum trium dominorum cardinalium pro concilii requisitioni hac ipsius affigationis relationeque, electioni hujusmodi presens fui, hoc publicum instrumentum per alium, me diversis occupate negotiis, scriptum & in hanc publicam formam redegi, fideique meo consignavi, & hic me proprio manu subscripsi, signeque & requisitus in fidem, & testimonium premissorum, hanc electionem dominorum supradictorum, & fuis additam approbando.

Cum itaque locus Sancti Matthæi non distetur quatuor Pauliscolis sibi pertrie legnas, idem dominus legatus volutit & ordinavit, quod dictus dominus Ægidius cum omnibus suis in casibus, & in villa Panifcolæ existentibus, faciendo debitum fuum & honorem, ut tenentur, fanctæ fedi apostolicæ impendendo, & dominio nostro Martino papæ V. cujus persona ipse dominus legatus repræsentabat, personaliter venirent fibi obviam, & in eadem villa Sancti Matthæi publice praestarent obedientiam, & consequeretur reconciliationem, & absolutionem, & habilitationes eis necessarias, quod præfati ambasiatores efficaciter tractarunt, & obtinuerunt. Itaque die Sabbati sequenti, quæ fuit decimatertia Augusti, & præfatus dominus Ægidius, cum fuis praetentis cardinalibus, excepto praedicto incarcerato, perfonaliter venit ad villam Sancti Matthæi de vesperis in domo rectoris dictæ villæ prope ecclesiam majorem collocata, & cum in cratinum, quod fuit dies dominica, de mane ante quam fuissent reconciliati dictis Panticolenses divinis officiis, & in ecclesia praedicta fancti Matthæi fe ingererent, dominus legatus hoc audiens, magistro Alphonso santchez secretario dixit, qualiter ipse erat informatus, quod Panificolenses illamet hora se ingerebant divinis officiis, in ecclesia nondum reconciliati, & ut ejusdem obedientiam debitam praestarent. Quod audiens praedictus ambasiator, eodem instanti ad Panificolenses praedictos accessit; & illos, quos in ecclesia reperit, ejecit, & incontinenti, dicere via debet valde grave, omnes exierunt, & dominus legatus dominum veniens, illis exclusis in eadem ecclesia cum ambasiatoribus praedictis, ac cum magnaparte, & cum omni populo dictæ villæ, solemnem audivit missam in lede legationis fuæ solemnier collocatus, & benedictionem, ac legatus, populo conculit & indulgentias concessitas.

Eadem die Dominica ducentibus illos praefatis ambasiatoribus, pollquam dominus legatus de reipsa affumptis beatæ Mariæ ab ecclesia praedicta recessit, pronominatus dominus Ægidius in habitu doctoris simplicis, una cum praetentis fuis cardinalibus perfonaliter & certa pronominatis, personaliter accessit ad dominum fuu palatium magistri Montesiæ, quod est extra muros dictæ villæ sanctæ Matthæi, propre conventum Praedicatorum, & omnes Panificolenses hinc, & hinc procedentes, simul accedentes superius intraverunt cameram paramentorum, ubi dominus legatus cum omnibus fuis consiliariis adeat: quibus intrantibus, & populi multitudine, usque ad numerum centum, & ultra personarum principalibus ad niculum manus & oris, & caeteris decemcardinalibus ad manus tantum oiculum per dominum legatum admissis, praetentibus dominis episcopis Derusensi, Aduenensi, Sagobrensi, & Pontificeatrensi, & Antienti fancti Severi, & ambasiatoribus regiis praefatis, ac caeteris praedictis dominis legati consiliariis, pronominatus dominus Ægidius alta & intelligibili voce divit hæc verba, vel fimilia in effectu: Reverendissime pater, ego & domini qui funt hic pafentes ambidximus, & ipsum in instrumento inde tonfecitis latius contineatur, cujus tenor fequetur hunc modum.

In nomine fanctæ, & individuæ Trinitatis, Patris & Filii, & Spiritus fancti. Amen. Noverint universi praesentes pariter & futuri, quod cum jam annis fere quinquaginta effluxerit, gravis schismatica divisio ecclesiam Romanam invasisset, illamque & alias pariter orbis ecclesias, proh dolor, afflixisset, nupeirime duodecim anni vel circiter effluxere, quod in divinae Consistorii generali concilio in Spiritu fancto congregato, in quo inter alia Balthassar Cossa, Ioannes vigesimotertius, & Petrus de Luna, Benedictus decimusquartus omni jure, quod in papatu habebant fe habere, depositi fuerunt, & Angelus de Corrario, Gregorius duodecimus in suis obedientiis nuncupati, etiam ipse ab illo papatu quomodolibet competenti, cessit & renuntiavit, necnon sanctissimus in Christo pater & dominus noster Martinus divina providentia papa V. papa V. ad apicem summi apostolatus assumptus extitit, dictoque Petro aliquandiu ex post vita functo, & dominio Ægidio Sancti Munitio eidem Petro praefecto, & per aliquot annos cum non infradictis, ac nonnullis aliis in castro Panificolae Derusensis diœcesis existente, & fe pro Clemente dictos, a tempore hujusmodi successionis fuæ gerente, pro cujus quidem dominii Ægidii & aliorum cum eo in dicto castro existentium reductione praefatus dominus noster papa dominii 1427. reversedifficilimum in Christo patrem & dominum, dominum Petrum miscaiaum de Luna, tunc fancti Sephanti in Cœlio monte Presbyterum, sacræ Romanæ ecclesiæ cardinalem inclytæ domus de Fuxo legatum a latere fedis apostolicæ ad regna Aragonum & partes diœcesis, qui post multos & diversos cum feverissimo principe & domino, dominio Alphonso Aragonum rege super reductione hujusmodi tractatus habitos hac eadem de causa ad praefatum dominum nostrum papam, de anno dominii 1427. redit, & idem dominus noster papa de anno dominii 1429. iterum eundem dominum legatum ad regem & regnum praedictum pro eadem reductione remisit. Tandem Spiritu - fancto cooperante & rege, & legato antedicto operam dantibus, ad reductionem devenere extitit . . . . . hinc est quod die data presentium praefato dominio cardinali legato apud S. Matthæum dictæ diœcesis in militari domo Montesiæ, Ægidio & fancti Georgii existente praefatus dominus Ægidius, in universali ecclesia episcopus, & cum eo domini Iulianus de Loba cardinalis Oberiensis, Franciscus Rosira, & Ægidius Munionis tituli fancte Mariæ in Cosmedin cardinales nuncupati, Simon de Prasia camerarius, Bernardus Torrent decretorum doctor, protonotarius, Gerardus Gherardi subdiaconus, Joannes Piguerii ordinis canonicorum fancti Augustini in facra pagina magister penitentiarius, Guillelmus Caverii decretorum doctor, auditor cameræ, Antonius de Campis in decretis bacalaureus, literarum apostolicarum scriptor & abbreviator, Franciscus Navarra decretorum doctor, earumdem literarum scriptor & abbreviator, Oliverius Angles legis doctor, ac nonnulli alii cum eisdem comparuerunt, & indistinctis omnibus, & singulis eisdem dominis legato obedientiam, reverentiam & fidelitatem debitas, per organum ipsius Ægidii exhiberunt, sub his verbis in effectu:

Reverendissime pater, ego & isti alii hic mecum existentes, audivimus a fide digna, vos hic esse facto fancte fedis apostolicæ, & fanctissimi domini nostri domini Martini divina providentia papæ V. legatum a latere, idco venimus ad imponendam, & exhibendam reverentiam, præfatamque obedientiam & fidelitatem vobis nomine praefati domini nostri, cujus domini Martini papæ V. quem profitemur verum vicarium Jesu Christi; & inceffiorem beati Petri, & offerendam nos ipsos, & vestri, & ejus legati mandatis femper obedire parato. Quibus quidem verbis per eundem dominum Ægidium interfuerunt prolata, illique praedictis approbantibus ea, prafatus dominus cardinalis fuus obedientiam, fidelitatemque hujusmodi acceptans, ac manus ipsius Ægidii in manibus fuis retinens, dixit eidem dominio Ægidio: Vos ergo in manibus nostris promittis, & juratis quod de cetero eritis fidelis, & obedientia sanctissimo domino nostro Martino divina providentia papæ V. & fuis successoribus canonice intrantibus. Qui respondit, Sic ero, hoc idem omnes & singuli praefatis dominis & ambasiatoribus & ipsis omnibus & singulis praedictis praefatus dominus cardinalis legatus requisivit fibi testimoni, publicum & publica, instrumentum & instrumenta ad perpetuam rei memoriam: & per nos notarios infrascriptos, acta fuerunt hæc in loco supradicto sub anno a nativitate dominii 1429. indictione 7. die vero Dominica 14. menfis Augusti, pontificatus dominii nostri papæ anno 12. praefentibus ibidem egregiis viris Alphonso de Boda, jurisperitoque juris doctore, & Pontio de Pontibus cive Valentinensi praefati dominii regis ambasiatoribus, & venerabilis in Christo patribus, dominis Oddone Derusensi, Rogerio Aduenensi, Joanne Bethlemeile. & Francisco Segobriccensi, episcopis, ac venerandis in Christo patribus Joanne abbate monasterii fancti Severi de fancto Severo, ordinis fancti Benedicti Aduensis diœcesis, egregiis viris Bernardo de Rolergio canonico cathedralis Aduensis, Rodulpho Rolandi canonico Aquensi V. J. D. & facti patralis causarum auditore, Philippo Gonis medicinæ doctore, ac quamplurimis aliis testibus fide digniis, ad hoc specialiter vocatis, atque rogatis.

*Et idcirco paulo post, ex quibus supra provolvitur, prædictus dominus legatus annuentibus eidem domino Ægidio, & illis, qui ut ex eisdem relatione venerant, ut præmittitur, dixit hæc verba in effectu:*

Reverendissime pater, ad tollendum omnem conficentiæ scrupulum, supplicatur vestre reverendissime paternitati, ut auctoritate praefati domini nostri domini Martini divina providentia papæ V. dominum Ægidium, & omnes supradictos abolivere, habilitare & ad gremium fancte matris ecclesiæ recipere, ipsoque in & ad ipsum habitum reducere dignemini, & illustrem praefatus dominus Ægidius in persona propria dixit hæc verba: Ita petimus & roganus, & isti qui eum vos venerant, ut præmittitur, quæ fi uno contextu fimiles abolitionem, habilitationem, receptionem, & reductionem petiunt, discutique dominus legatus antedictus petitionibus, & supplicationibus hujusmodi, ipsum dominum Ægidium, & alios supradictos, qui cum eo venerant, ut præfertur, auctoritate apostolica per praefatum dominum nostrum Martinum papam V. fibi concessa, ab omnibus sententiis, poenis & mulctis, quas occasione commissorum incurrerant, absolvit, & ipsos habilitavit, & in pristinum statum reposuit, ac ad fanctæ matris ecclesiæ gremium recepit, auctoritate apostolica per praefatum dominum nostrum

ANNO CHRISTI 1419.

A cessa, obferens fe, bene, pie & benigne illos tractaturum, & pro ea fatisfactum quoque fibi poffibilia: de quibus omnibus & fingulis dictus dominus legatus in quinatum fanctam Romanam ecclefiam & fedem apoftolicam legationemque fibi commiffam concernebant, unum & plura petiit fibi fieri, & conceedi inftrumentum & inftrumenta per notarios infrafcriptos ad perpetuam rei memoriam. Acta fuerunt hæc fub anno, indictione, menfe, die, loco, & pontificatu proxime fupradictis, prefentibus etiam teftibus quibus fupra.

Et me Petro Arnaldo de Vicecomitata, de eacna ecclefiæ fancti Severini terra maris Bajbegdalenfes decretorum doctore, apoftolica, & imperiali auctoritatibus, notario qui a premiffis omnibus & fingulis fupradictis, dum fic fuceffive, ut premittitur, fierent, & agerentur, una cum prænominatis teftibus, ac infrafcripto notario, prefens fui, eaque fic fieri vidi, & audivi, ideoque hoc prefenti publicum per aliam fideliter conferiptum inftrumentum exinde retinui, & in hanc publicam formam redegi, fignoque & nomine mei foliti & confuetis fignavi rogatus & requifitus, in fidem & teftimonium omnium & fingulorum premifforum.

Et ego Thomas Truteti Lucienfis dicœcefis, publicus, apoftolica & imperiali auctoritatibus, notarius, qui in premiffis omnibus, & fingulis fupradictis, dum fic, ut premittitur, agerentur, decererunt, & fierent, una cum domino Petro Arnaldo de Vicecomitatu notario & teftibus fupranominatis prefens fui, eaque omnia & fingula fic fieri, vidi, & audivi, ac una cum prefato notario, in totum fumpfi, prefenfque publicum inftrumentum per aliam fidelem fcriptum, in hanc publicam formam redactum retinui, fignoque meo folito fignavi, requifitus in fidem, & teftimonium premifforum.

Decretum in regnum Aragonum & Ecclefiam pertinet.

Die Veneris qui fuit 26. Auguffi, præfatus dominus legatus intravit Dertufam cum proceffionibus folemnibus, per epifcopum, clerum, & populum Dertufenfem honorifice receptus, & de in domo epifcopali collocatus, ubi expeditis, do diem decimam Septembris pro futuro concilio, remanfit, & diem decimam menfis Septembris, ad quam concilium convocaverat, expeditavit, qua die adventante, præfatus dominus legatus videns, & attendens quod præfati & capitula in magno numero non venerant, obftruxiffus viatum difcriminibus, & impedimentis, cum conffilio & affenfu eorum qui jam venerant, concilium ufque ad diem decimamnonem ejufdem menfis, prorogavit, & interim, & exinde continue ad providendum, Panifcolenfes de beneficiis pro fuftentatione vitæ ipforum jurta facultates inper hoc fpecialiter a domino noftro papa fibi directas juxta qualitatem perfonarum Panifcolenfium prædictorum, intendit, & laboravit.

B Ad quem diem prænotatam decimanona reverentiæ die prænotata decimanona reverendiffimus dominus legatus prædictus in cathedra fuæ legationis folemniter præfidens, omnium fancti Spiritus nomine initio concilii in cathedrali ecclefia Dertufenfi, omnium fe per reverendum in Chriffo patrem dominum Joannem Rocca facem paginæ eximium Portucenfem epifcopum Bellomontanum celebrari, & ad eleftum in medio mittit per eumdem dominum epifcopum in pontificalibus folemniter prædicat fefe; quam

Legatus concilium Dertufæ celebrat.



ANNO CHRISTI 1419.

A prædicationem idem reverendus dominus episcopus Bellhecimitanus, ficut magnus ingenio, profundus eloquio facræ paginæ & fubtilitatum ejus, elevatus fcrutator poetarum, & metaphyfices ac philofophorum peritiffimus fedator, alto ftylo, peritiori lingua difcipta patulo differit, ficque cunctorum affantium mentes, & alta etiam ingenia, refecit, & a cunctis affantibus commendari fumme promeruit ex tanto, & tali fermone folemni: præfentefque inibi pro conclufio fuere.

*Metropolitanorum ecclefiarum Tarraconenfis & Cæfarauguftanenfis, tunc vacantes vicarii generales.*

Episcopus Ilerdenfis.
Episcopus Dertufenfis.
Episcopus Valentinenfis.

*Superenerunt poft aliquot dies demum cum domino rege Aragonum & regina.*

Episcopus Tirafonenfis.
Episcopus Gerundenfis.
Episcopus Olcenfis.
Episcopus Vicenfis.
Episcopus Elnenfis.
Vicarius generalis episcopi Barcinonenfis.
Vicarius generalis episcopi Urgellensis.
C Vicarius generalis episcopi Segobricensis.
Vicarius generalis pro fede vacante Majoricenfi.
Pro capitulo Tarraconenfi, unus canonicus & decretorum doctor.
Pro capitulo Cæfaraugufftanorum, canonicus & decretorum doctor.
Pro capitulo Barcinonenfi, unus canonicus, & in facra pagina profeffor.
Pro capitulo Valentinienfi unus canonicus & decretorum doctor.
Pro capitulo Gerundenfi unus canonicus & decretorum doctor.
Pro capitulo Ilerdenfi unus canonicus & decretorum doctor.
D Pro capitulo Vicenfi unus canonicus & decretorum doctor.
Pro capitulo Segobricenfi unus canonicus & legum doctor.
Pro capitulo Olcenfi unus canonicus & licentiatus.
Pro capitulo Tirafonenfi unus magifter in artibus & licentiatus in Theologia.
Pro capitulo Majoricenfi unus canonicus & doctor.
Pro capitulo Elnenfi unus canonicus & facrifta, baccalaureus in decretis.
Pro capitulo Urgellensi, unus canonicus & decretorum doctor.

E *Canonicorum regularium ordinis fancti Augustini.*

Abbas Agetenfis, decretorum doctor.
Abbas Dellangenfis.
Abbas Celtonæ.
Prior Rotenfis ordinis fancti Augustini.

*Monachorum nigrorum ordinis fancti Benedicti.*

Abbas Alonis ordinis fancti Benedicti,
Abbas fancti Michaelis de Cufano.
Abbas Cardonæ.
Abbas Gerenfis.

Abbas fancti Cucufatis Barcinonenfis.
Abbas de Ayfterio.
Abbas fancti Sarminii de Taverniolis.
Abbas fancti Petri de Rodis.
Abbas Balneoramno.
Abbas fancti Felicis Guixolen.
Abbas fanctæ Mariæ de Rofio.
Abbas de Ricopallo.
Abbas montis Aragonum.
Abbas fancti Benedicti de Bagis.

*Monachorum alborum Cifterciensis ordinis.*

Abbas Populeti.
Abbas de Benifaffano.
Abbas Vallis dignæ.
Abbas fancti Bernardi Valentiæ.
Abbas de Scarpiori.
Abbas Lavatenfis.
Abbas de Petra.
Abbas Vallis bonæ.
Abbas fanctæ Fidis.
Abbas de Verola.

*Ordinis Præmonstratensis.*

Abbas de Pulchro Podio.

*Ordinis Montesia.*

Magister Monteffiæ.

*Ordinis Beatæ Mariæ Mercedis.*

Magister ordinis Mercedis.
Prior ecclefiæ B. Mariæ Mercedis in Barcinona.

Fuerunt inuper plures priores conventuales diverforum ordinum, decani & præpofiti archidiaconi cathedralium & collegiatarum ecclefiarum fæcularium, & regularium, ufque ad numerum decemtorum, & ultra, quorum plures in numero graduati in aliqua de facultatibus approbatis exiftebant vini literati & honorabiles præfatantiores & majores in toto clero regnorum Aragoniæ, Valentiæ, & principatus Cathaloniæ, qui fanctæ fedi apoftolicæ, & D. N. fumo pontifici, D. Martino papæ V. & mandatis D. legati humiliter obedientes ad concilium hujufmodi venerunt, & continuaruntque, juffa & mandata fanctæ fedis apoftolicæ & ejufdem D. legati prompto animo & obedienti receperant, congaudentes peramplius de facrofifta receptari, & felici negotiorum ecclefiæ Dei, per diligentiam, humilitatem, & patientiam præfati D. legati, per eumdem dominum legatum feperatas de omnibus ad plenum, certiores, exiftimantes effe magnum Dei donum, & ela, ac totiæ regno, ac dominum D. Aragonum regis, ad magnam omnipotentis Dei gratiam reputantes miericorditer fuiffe concellam, quod ecclefia Dei, & fanctæ fedes apoftolica ejufque fumma auctoritas, ecclefiarum, regnorum, & omnium prædictorum libertas ecclefiaftica, quæ hoftis humani generis malitia procurante per feculares potefiates in totum pene in illis partibus pefiundatæ, fopitæ, vexatæ, infractæ, violatæ, & jura ecclefiaftica, & ecclefiafticorum virorum exiftebant occupata, ufurpata, & pene in totum abforpta, ita quod nifi cum miraculo defuper ex divina & fpirituali difpenfatione humanum judicium reparandi, & reducendi ad felicem ftatum priftinum, formam, modum, & remedium diffidebat fe poffe alequi, intueri in

A poftetum & habere. Nunc in præfentiarum per medicinæ ejufdem domini legati præparacula affequentur ad plenum, beatum, perpetuum, felicem & omni laude dignum eandem D. legatum exiftimantes, qui talia tam ardua, & judicio humano pene irreparabilia, & ad effectum profperum perduci defperata negotia fua providentia & prudentia circumpecta cum invictribili longanimitate, & patientia, & vera humilitate altra humanum modum, divina fibi fuffragante gratia, ad optatum finem perdiffe, per omnia admirantes tam genterofum virum de ftirpe regia, & illuftri domo Aragonum, & Fuit comitum inigeti prodeuntem, tanta & talia, tam dura & adverfa, etiam in perfona propria graviora, opprobria, indeflectibus laboris, injuportabilefque perferre patiaffe, aut æquo animo tolerare, de tanto, tamque virtuoso in adverfis comprobato viro apoftolicæ fedis legato pacis angelo, Deo, & fanctæ fedi apoftolicæ, ac dominio noftro fummo pontifici Martino papæ gratias ex cuftio corde & ore perfolventes;

Celebrata igitur prædicta miffa, & officio peracto, dominus legatus in his præfatantibus ad introivit aulam pro conciliis jurta locum capitularem fedis Dertufenfis decenter preparatam, & ipfo in cathedra fedenti, ibidem in continenti alia affantibus ad vivandum fitce & difcuffiones cunctis auffultantibus, pronuntiavit ante omnia, quod quifque federet fine præjudicio ecclefiarum, pro quibus comprehenda, & quod in poftetum quoad prærogativam fedium, ex hac nullum præjudicium fequeretur, de quo fefe retinent publicum inftrumentum, & de pronuntiatione hujufmodi omnes & fingufi fuerunt valde contenti, ita quod ibidem fine quacumque diffenfione ad placitum ex cotalitate omnes alteri defcendere, quam ut fecere, ut fecere inuitures in unum, in Chrifti charitate conjuncti, & ibidem duos notarios, unum pro fe, alium pro concilio ad redigendum in fcripta actus concilii, & unum decretorum doctorem procreatorem fiducem deputavit. Omnibuque pacifice & plena fedia contentione fedentibus & honorifice collocatis, eadem hora idem dominus legatus coro tenus folemnem arengham propofuit, per quam caufas propter quas venerat, intimavit; videlicet:

Ad extirpationem fchismatum, & Panifcolenfium reductionem.

Ad D. regis Aragonum cum domino noftro papa reconciliationem & pacificationem.

Ad libertatis ecclefiaftice in illis partibus reparationem & reintegrationem.

Ad ecclefiæ, cum totius ftatus ecclefiaftici, illaromque partium feliem reformationem.

Quæ cunctia idem dominus legatus folemniter dedere, etiam cum auctoritatibus facri eloquii & fanctorum, intimando eii qualiter per Dei gratiam tria priora puncta fuerant jam per eum feliciter expedita, ita, quod non reftabat nifi quarum quadrifidus de reformatione, fuper qua efficaciter vellet intendere, & ad Dei laudem, & ecclefiaftici ftatus honorem fe obtulit, illos exhortando, ut fuper reformatione hujufmodi vellent etiam ipfi diligenter vacare, intimando fibi ea, quæ duxerint reformatione indigere.

Cumque ibidem per procuratorem [illegible] contumacia abfentium, nec comparentium fuiffet folemniter accufata, fuerunt D. Dominicus epifcopus Ilerdenfis pro fe & cunctis de concilio ipfi præfentibus, [illegible]

Conci. general. Tom. XVII. G 3 te-

reverentiæ & honoris reverendo D. legato, prout
est, vir literatus in jure divino & humano, de-
cretorum doctor fidelem & frequens, notabi-
liter peroravit, seipsum & totum clerum man-
datis ejusdem domini legati humiliter offerendo
de tantis laboribus pro ipso ecclesiæ & clero
per eundem dominum legatum sequanimiter to-
lerandis, gratias multipliciter referendo, ac fup-
plicando eidem ut absentes fupportare dignatur
ac ad pristinam sua benignitatem affectu i dilig-
que dominus legatus ibidem votis eorum benig-
nè annuit, & juxta desiderium ipsorum prout
petierunt decreverit per quatuor dies lequentes
quoque absentes adhuc fore expectandos. Cum-
que multi cum procuratoriis fe in concilio pro
absentibus ingellissent, ad visitandum inertem
hujusmodi procuratoria ad forem sollicitantia,
Vicarium Terracontensem, abbatem Agrensem
& vicarium Cæsaraugustanum sede vacante de-
cretorum doctores cum notariis concilii, depu-
tavit, & diem Jovis lequentem, quæ erat quar-
ta diei futura pro secunda sessione ordinavit,
sicque prima sessio fuit ipso illa die finita.

Adveniente die Jovis prædicta, quæ fuit dud-
decima mensis Septembris, idem dominus lega-
tus, qui occupatus febribus, sessionem tenere
nequivit ulque ad diem lequentem Sabbati, de
die Sabbato usque ad diem Lunæ lequentem
prorogavit: sessionem, qua die Lunæ decimaque-
ta Septembris reverendus dominus legatus, li-
cet debilis & infirmus, in lecto sibi positus, se-
dit secundam publicam sessionem, & per eum-
dem dominum legatum fuit propositum, quod
cum super pluribus, ecclesias, clerum, & ftatu-
tum ecclesiasticum concernentibus reformandis
ditet necessitas providendum, ac super illis ibi-
le pro meliori expeditione, & cleri, quod cer-
ti super iis videndis, recolligendis, & avilan-
dis, dictisque domino legato & concilio refe-
rendis deputarentur. Quo audito per dominum
Ilerdensem episcopum de hoc ex parte totius
concilii eidem dominio legato fuit humilitter fup-
plicatum, dictisque dominus legatus benigne
votis eorum annuit, & certos viros notabiles,
& expertos de concilio deputavit super præmis-
sis, sicque secunda hujusmodi sessio fuit pro il-
la die finita.

Secunda sessio.

Tertia sessio.

Jusiuper caufantibus infirmitatibus gravioribus
febrium, tumoribus etiam tibiarum, & fistu-
la prævalentem dictum dominum legatum plu-
rimum gravantibus, quas referentibus medicis
ex laboribus excellivis, quos in præcedenti ifta-
te in prosequutione negotiorum & legationis
hujusmodi pertulerat, absque dubio incurrerat
ipse dominus legatus, amplius in sessionibus
publicis esse nequivit, fed de termino ad termi-
num factæ fuit prorogationes usque ad diem
Martis undecimam mensis Octobris: Interim ta-
men deputati per dominum legatum recollege-
runt omnia in scriptis, quæ eis visa, fuit refer-
ratione indigere, tradiderunque ea dominio
legato, & dominus legatus fuisit ea communi-
cari toti concilio: & in concilio visum fuit
quod adhuc quædam erant addenda, quæ fue-
runt addita, & factus communiter in concilio
recensita omnia, & accusata, ac per dominum
Ilerdensem & Valentinum episcopos ex com-
muni voto totius concilii specialiter visitata,
& studiose numinata, & cum, tunlensis totius
concilii domino legato præsentata; super qui-
bus eidem dominus legatus retinuit sibi delibe-
rationem.

Adveniente igitur die Martis undecima Octo-

ANNO CHRISTI 1419.

A bris, dominus legatus infirmitatibus præmissis
adhuc gravatus, non valens deficendo ad ca-
thedralem ecclesiam Dertusensem, & ad locum
sessionis, ideo decrevit in tinello episcopalis
domus, ubi erat collocatus, tenere sessionem
concilii exinde, & dilis die congregato concilio
ibidem sessionem tenuit, & solito more ipso
in cathedra præsidente certis de concilio ho-
noribus collocatis, & sedentibus, fuit per pro-
curatorem Hispanorum Cardinalem Aragonia-
cum absentium qui procuratores non mile-
rant, vel idiotcos excularore, liter tamdiu fuer-
unt expectati, & dictus dominus legatus pro-
mortuarie fuit per procuratores, pulsatus legitime
literæ contra illos, & concessæ. Quibus pera-
cis exinde retentis publicis instrumentis prædi-
cta dominus legatus ipsos per dilectos suos
valde vexatos & debilitatos, ut melius potuit,
verba propofuit omnibus inibi in concilio con-
gregatis, qualiter inveteratum schisma longo
tempore, pro bonis dolor, partibus illis vigeratur,
pro cujus extirpatione S. D. N. D. Martinus pa-
pa V. more pii patris diversis vicibus tam Sanc-
dinales legatos, quam alios nuncios ad illas
partes transmiserat, idem dominus legatus
expensis ad extirpandos Pansiscolenses, corum-
que sequaces & complices, & ad exterminandos
hujusmodi dammosa schismata sedulitatem
ut intendeat, quodque propter fortitudinem
cafti Panisciolæ (quod est tam forte & inexpu-
gnabile) liceat etiam serenissimus dominus Al-
phonsus Aragonum & Siciliæ rex, ipse hoc fuerit
gentium, idem schismatici in castro præfato ina-
clusi, ulque nunc nequiverunt haberi, & quo-
modo ad eradicationem eorumdem Panisciolen-
sium ipse D. loquutus ad hoc parte Hispania
latere per dominum nostrum papam fuerat de-
stinatus & pro expeditione felici negotiorum
prædictorum, & aliorum, statum & libertatem
ecclesiarum, & totius cleri illarum partium con-
cernentium per quinque annos continuos in le-
gatione hujusmodi jugiter laborando cum eo-
dem D. rege ordinatum fuit, & ordinatum per
nos & per terram ad urbem Romæ, pro concordan-
dis & concludendis per D. N. papam & re-
gem præfatum, prædictis negotiis efficacier la-
boraverit, & perverterit cum auxilio per
medium pacis & concordiæ D. papæ & regis
prædictorum ad finem & effectum concepitum,
addens insuper qualiter ipse dominus legatus de
benepfatum domini nostri papæ, quem dominus
Aragonum rege, quia idem D. rex disposuerat
dare, prout dedit operam efficacem, quod di-
ti Panisciolenses ad obedientiam Ecclesiæ inter ca-
tera convenit dicto D. regi dare centum quin-
quaginta millia florenorum: Cumque per Dei
gratiam, & per medium dicti domini regis Pan-
isciolenses prælati de Panisciola exiliss, & quod
est laudabile ad gremium ecclesiæ Dei,
& obedientiam ejusdem domini Martini pape
fuissent redicti, non restabat aliud nisi solvere
domino regi prædicto hominum centum, fobs-
dens quod cum dominus noster papa tam pro
guerris Bohemorum, quam & Bononiæ, & alis
diversis oneribus, quæ dictim occurrerunt sanctæ
Dei ecclesiæ, non posset petinde supplere: idem
dominus legatus rogavit D. prælatos ibidem
existentes, & cæteros de concilio, quatenus in
præmissis & circa ea prædictum summum præfa-
to domino regi exhibendam pro honore eccles-
siæ Dei & dominii nostri papæ, vellent intuitu
pietatis intendere, & taliter facere, quodque
ipse metipse gentibusuitis præmium, idem domi-

ANNO CHRISTI 1419.

nus noster papa paternam dilectionem, & reve-
rentiam in suis filiis, & sanctæ sedi apostol-
licæ obediantiam, & devotionem hac ratione
cognoscere, operis per effectum eosdem in suos
speciales dilectos filios, & in necessitatibus ad
succurrendum sedi apostolicæ promptos, propri-
ios & liberales recipiens specialius habeat, re-
commisit. Quantum autem ad ea, quæ eidem
domino legato ratione procurationum & alios
per eleum regnorum, & terrarum dictæ domi-
ni regis fuerunt delata, idem dominus legatus,
totum remisit ipsorum in concilio existentium
cognitioni. Nam licet, ut ibidem afferuit idem
dominus legatus, habere tantum a domino no-
stro papa in effectu continentem, quod
pro dictis centum quinquaginta millibus flore-
norum, & alitis necessariis extimentis & levan-
dis, posset super eisdem ipsum subsidium, at-
tamen, fic dicit se confidere de ipsis dominis
prælatis, & cæteris in concilio congregatis, &
de eorum bona obedientia, ita quod tenebitur pro
firmo, quod facerent sponte ea, quæ compulsi
fuerint effecit, & ideo de ulteriori exequutione
dictæ bullæ dixit se velle superfedere de præsen-
ti, volens quatenus ipse cum eisdem, & quo
in continenti omnes in concilio existentes ha-
milter regratiati fuit prefato domino legato
per organum dominii Ilerdensis episcopi,
supplicantes eidem domino legato, quatenus ad
deliberandum super prælatis petitis ejus tem-
pus brevillimum concederet, ufque ad proxi-
mam sessionem die Sabbati lequenti tenendam,
sicque illa sessio tertia fuit finita.

Insuper caufantibus infirmitatibus, præfatum
dominum legatum gravantibus pro nunc gravantibus,
sessio affignata prorogationes obtinuit multi-
plices, tandem post feltum omnium Sanctorum,
die videlicet quarta Novembris hujus anni,
per concilium requirendum dominio legato,
quod, quoad summam pro dominio Aragonum
rege petitam, volentes sanctæ sedi apostolicæ,
& dominio nostro papæ de eorum paupertate,
licet plurimum gravati pellilentiis, guerris &
sterilitatibus, juxta posse, servire, parati erant
laborante, tamen sedi apostolicæ de lexaginta
millibus florenorum, pro ipso vero dominio le-
gato cum humillima supplicatione, ut clero &
ecclesiis, regnorum & terrarum dominii Aragon-
num regis, citra non confidentiam, pluribus
mentibus insupportabilibus, & paupertate gra-
vatis compatiendo, licet & ipsi ad plenum co-
gnoscebant, & expectile confiberantur, summam
quam offerunt, ipsam in hac tempestate, non ipsa
ta per eundem dominum legatum labores, ex-
pensias, & sumptus in legationis hujusmodi, pro
honore & utilitate ecclesiarum, & cleri prædi-
ctorum, supportatos, erogatos & consumptos,
prout conclis erat notorium & manifestum, eo-
rum tamen omnium & singularum existentium
in concilio unanimi, & concordi assensu, mera
& spontanea voluntate ultra cum humilitate &
reverentia pro dono obtelerunt summam vigin-
ti trium millium florenorum auri de Aragonia,
de tam parva oblatione, respectu laborum, &
sumptuum fuorum, & etiam majoris summæ
multo ad causam procurationum, sibi debita-
rum, veniam humilitter postulantes, quorum
bonum velle, & concordem animum, ac de
eorum paupertate juxta posse, eidem domino
legato levare, & complacere omnino disposi-
tum, præfatus dominus legatus vir generalis,
nobilis & illustris attendens, & æstimans po-

Concilium offert sedi apostolicæ de lexaginta millibus florenorum pro dominio Aragonum.

Concilium offert legato pro suis laboribus & expensis viginti trium millium florenorum. Aragon.



tius bonum voluntatem illorum, quam obla-
tam summam, & donum, eorum precibus an-
nuit, & oblatam summam prædictam gratis ac-
ceptavit.

In crastinum quæ fuit die Sabbati, quinta
Novembris anni superius annotati, in tinello
domus episcopalis Dertusensis fuit congregatum
concilium, & tenta sessio publice, in qua reve-
rendissimus dominus legatus præsentibus legat-
tionis suæ oratoribus videlicet, Tirasonensi,
Ilerdensi, Gerundensi, Osoensi, Dertu-
sensi, Vicensi, Elcensi, Valentino episcopis,
abbatibus & cæteris superioribus, & aliis prælati-
bus qui fuerunt ad numerum, ad dominum
centorum virorum notabilium in concilio con-
gregatorum, primitus, & ante omnia edo pa-
tentes literas, quas ipse super diversis ecclesi-
ficis, & clerum illarum concernentes, a domino
rege Aragonum per concordiam factam, & ad
bonum, utilitatem & commodum ecclesiarum
& cleri prædictorum obtinuerat, figillo sego
magno impendenti, ad robur in futurum per-
petuæ firmitatis figillatas obtulit, & donavit
de mettopolitanum ecclesiarum Tarraconen. &
Cæsaraugustan. archivisis ad futurum rei memo-
riam originalibus recondendis, de quibus fub
figillo ipso transumptum authenticum cunctis ec-
clesiis, prædictis fuit concessum.

Regia patens litera, in qua dominus Al-
phonsus rex illustris super sancta Dei evangelia
de exemplicie vitiatur le juratie, juraique de non
mittis in fua bona fide regia, quod a die con-
cordiæ cum reverendissimo in Christo patre do-
mino Petro cardinali de Fuxo apostolice sedis
legato iniuæ, & abinde non fuit edicta, cum
ista libertatem ecclesiæ, nec aliquid de bonis
ecclesiæ universalis, vel ejus particularis recipiet
vel recipi faciet, quod ipse Novembris hujus
anni vel patrie concessis, nec apponet manus
in jura camerræ apostolicæ, primius licta fuit
ibidem, tenorem qui sequitur in se habens.

*Nos Alphonsus Dei gratia rex Aragonum, Sicilia, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ & Corsicæ, comes Barcinonæ, dux Athenarum & Neopatriæ, de etiam comes Rossilionis, & Cerritaniæ, &c.*

Attendentes inter reverendissimum in Christo
pattem dominum Petrum divina providentia
cardinalem Fuxo, sanctæ Romanæ ecclesiæ
sanctum apostolicum nomine, & vice domini pa-
pæ, & hos plura & diversa pacta, conventiones
& capitula fuisse fitte inde prædictis, facta
& firmata, ac de infirmitatem nobilis inde fa-
cto & acto in regali palatio Valentino vigesi-
mo septima mensis Octobris, anno a nativitate
domini millesimo quadringentesimo vigesimo de-
primo, & clausio per dilectos & fideles nobilem
Franciscum de Amio secretarium & notarium
nostrum, & per Guillelmum Raymundum de
sancta Joanne clericum Caffraucensem diœcesis pu-
blicum auctoritate apostolica notarium, hæc
& alia latius fuit contenta, quæ quidem pacta
& conventiones, & capitula, & omnia, &
omnia, & singula in illis contenta, cum modifi-
catione, expressione, declaratione, tamen pri-
mi capituli incipiendum.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, ac
colimus a nobis & nostra curia dudum simpli-
ce capitulum, loquens de materia cardinalis, &
processum per dominum papam contra nos in-
coptorum & attentatorum, cujus quidem modi-
ficatio, expressio & declaratio continetur in

Primus est pactum cum Petro cardinali Fuxo legato sedis apostolicæ.

Primus est pactum cum Petro cardinali Fuxo legato sedis apostolicæ.

Tenor illius.

ANNO CHRISTI 1429.

dam bulla apostolica inter dictum dominum papam, & ambaxiatorem nostrum concordata; quæ data est Romæ apud sanctos Apostolos secundo nonas Februarii, pontificatus domini papæ anno duodecimo, per dictum Franciscum de Arnio, & Thomam Troleti apostolica auctoritate notarios, recepta, confirmata, approbata atque laudata fuit, ac denuo firmata pariter & jurata, ut in dicto novissime recepto instrumento latissime est contentum. Nosque volumus, prout regiam decet majestatem, quæ nos tangunt efficaciter observare, tenore præsentium de nostra bona fide regia, necnon juramus super cruce domini nostri Jesu Christi, & ejus sancta quatuor Dei evangelia manibus nostris corporaliter tacta, quod deinde non apponemus manus ad jura cameræ apostolicæ, neque edicta contra libertatem ecclesiasticam faciemus, aut aliquid de bonis ecclesiæ universalis vel particularis recipiemus, vel recipi permittemus in terris & ditionibus nostris, nisi in casibus a jure communi, sive patriæ, permissis. Quapropter mandamus per præsentes sub incursu nostræ indignationis & ira, ac sub fide & naturalitate, quibus nobis adstricti sunt, universis & singulis viceregibus, gubernatoribus, bajecisis, generalibus, procuratoribus justitiæ, vicariis, subvicariis, baillivis, alguazeriis, subbaillivis, electoribus & commissariis, & aliis quibusvis personis subditis nostris, quatenus hanc præsentem nostram provisionem & voluntatem studeant efficaciter observare, & si quem senserint in aliquo contraire, illum puniant & castigent, ac puniri & castigari faciant rigide & taliter, quod aliis transeat in exemplum. In cujus rei testimonium præsentes literas fieri jussimus nostro sigillo communitas. Datum Calatarubii die decimaseptima Junii, anno a nativitate domini MCCCCXXIX.

Rex Alphonsus.

Secunda litera prohibens aliquod crimen clericis falso imponi, vel eos vexari, personas immunitate ecclesiastica gaudentes ab ecclesiis extrahi, & libertatem ecclesiasticam violari vel infringi.

Secunda patens regia litera, per quam dominus Alphonsus Aragonum rex illustris inhibet consiliariis suis, & officialibus regiis crimen falsæ monetæ, vel aliud quodcumque crimen de cætero clericis illarum partium falso imponere, & de amplius indebite non vexare, personas immunitate ecclesiastica gaudere debentes ab ecclesiis extrahere de cætero, & libertate ecclesiastica amplius non violanda, vel infringenda, sub magnis & formidabilibus pœnis, traditæ sunt in concilio sub tenore præsentium.

*Alphonsus Dei gratia rex Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ, Corsicæ, comes Barcinonensis, dux Athenarum & Neopatriæ, ac etiam comes Rossilionis & Ceritaniæ, nobilibus, dilectis & fidelibus consiliariis nostris, universis & singulis gerentibus vices gubernatoris generalis, justitiis, salmedinis, vicariis, baillivis, subvicariis & subbaillivis, eorumque successoribus, salutem & dilectionem.*

Tenor literæ.

Recenti querulosa expositione celsitudini nostræ nuper facta pro parte venerabilium, & dilectorum consiliariorum nostrorum prælatorum, & aliarum personarum ecclesiasticarum in concilio per reverendissimum in Christo patrem dominum cardinalem de Fuxo, sedis apostolicæ legatum, consanguineum nostrum clarissimum in civitate Dertusensi de præsenti celebrato congregatorum displicenter percepimus, quod vos, seu aliqui vestrum, divinam non metuentes ultionem contra clericos, & alios crimina falsæ monetæ, & alia enormia ficte imponitis, eosque ab ecclesiasticis aliisque locis libertate, & immunitate ecclesiastica gaudere debentibus extrahitis, & vestram jurisdictionem præter nostram mentem indebite exercetis, eosdem clericos vexando omnimode, & ecclesiasticas libertates, & immunitates violando, ut inde a vobis & vestris dominationibus pecuniis, se redimant, & tueantur, quod nec immerito meæ majestati summe displicuit. Quapropter volentes nostros subditos, præcipue clericos & personas ecclesiasticas in eorum juribus & libertatibus confovere, & a nemine indebite molestari, vobis & cuilibet vestrum dicimus tenore præsentium, & mandamus, sub iræ & indignationis nostræ incursu, pœnaque mille florenorum Aragoniæ de bonis vestris, si contra feceritis, irremissibiliter habendorum, privationisque officiorum, quatenus a talibus falsis criminum impositionibus contra clericos & ecclesiasticas personas, eorumque vexationibus, & libertatum, jurium & immunitatum ecclesiasticarum fractionibus & violationibus vos abstineatis & cessetis: Super prædictis taliter vos habentes, ut jurisdictio seu libertas ecclesiastica illæsa penitus relinquatur, & omnis materia scandali, vexationis seu malitiæ auferatur, hocque non mutetis seu differatis aliqua ratione, seu causa, cum sic fieri, servari & exequi volumus, & penitus jubemus. Datum Dertusæ, sub nostro sigillo communi, die 12. mensis Octobris anno a nativitate domini MCCCCXXIX.

Rex Alphonsus.

Tertia regia patens litera, per quam D. Alphonsus rex illustris inhibet, sub magnis & formidalibus pœnis officiariis suis regiis, ne clericos incarcerent, jurisdictionem ecclesiasticam, libertatem & immunitatem infringant, aut ab ecclesiasticis personis exigant, vel extorqueant imposterum. Tradita fuit in concilio sub tenore qui sequitur:

*Alphonsus Dei gratia rex Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ, Corsicæ, comes Barcinonensis, dux Athenarum & Neopatriæ, ac etiam comes Rossilionis & Ceritaniæ, nobilibus, dilectis, & fidelibus consiliariis nostris gerentibus vices gubernatoris generalis, justitiis, salmedinis, vicariis, baillivis, subvicariis & subbaillivis, cæterisque officialibus & subditis nostris, ipsorumque officialibus loca tenentibus, præsentibus & futuris, salutem & dilectionem.*

Clamosa expositione pro parte venerabilium & dilectorum consiliariorum nostrorum prælatorum, aliarumque ecclesiasticarum personarum in concilio, quod per reverendissimum dominum cardinalem de Fuxo sedis apostolicæ legatum in civitate Dertusæ celebratur, ad præsens congregatum, nostræ celsitudini nuper facta displicenter percepimus, quod vos, seu aliqui vestrum non metuentes falcem vestram in alienam messem immittere, sed scandala & odia sectantes, ecclesiasticas libertates, immunitates & jura indistincte infringatis, & violetis religiosos, canonicos, aliosque clericos, etiam in sacris ordinibus constitutos, & in habitu & tonsura repertos vestris carceribus mancipando & ab ipsis pecunias damnabiliter extorquendo, & alias multimode vexando, non sine notoria Dei offensa, & ecclesiasticæ libertatis præjudicio nimium manifesto. Quocirca supplicato super his nostræ humiliter majestati, & cum instantia geminata dignaremur debite providere. Nos cupientes nostrorum subditorum quietem præcipue clericorum, & volentes, quod unusquisque sua & non aliena jurisdictione lætetur, & jura, ac liberta-

tes



ANNO CHRISTI 1429.

tes ecclesiasticæ illæsa observentur, vobis & cuilibet vestrum dicimus tenore præsentium, & sub iræ & indignationis nostræ incursu, pœnaque duorum millium florenorum Aragoniæ de bonis contra facientium irremissibiliter habendorum, expresse, consulte, & de nostra certa scientia jubemus, quatenus scandala, dissensiones & jurgia inter vos & ecclesiasticos judices pro posse vitando, jura, immunitates, jurisdictiones, & ecclesiasticas libertates, prelatis, aliisque personis ecclesiasticis penitus observetis, & ab aliis faciatis inviolabiliter observari, aliasque personas ecclesiasticas, ecclesiasticæ jurisdictioni submissas, contra jus & justitiam directe, vel indirecte minime capiatis, vexetis seu modo aliquo molestetis, nec per quempiam molestari aut vexari aliquatenus permittatis: quinimo eosdem charitative, & reverenter, ut Christianam decet religionem, tractetis, & debitæ venerationis affectu in suis juribus, & foro ecclesiastico, libertatibus, jurisdictione, defendatis: hoc enim Deo sentietis acceptum, & nostræ quamplurimum complacebitis majestati, qui e contrario contra vos ad dictarum pœnarum exactionem, & alias procedere merito cogeremur. Datum Dertusæ, sub sigillo nostro communi, die duodecima mensis Octobris, anno a nativitate domini MCCCCXXIX.

Rex Alphonsus.

Quarta litera prohibens ne quis criminosos clericos adversus ecclesiasticos judices de talibus justitiam debitam facere volentes manuteneat vel defendat contra jurisdictionem ecclesiasticam.

Quarta patens litera regia, per quam D. Alphonsus Aragonum rex illustris inhibet, sub magnis & formidabilibus pœnis cunctis ducibus, comitibus, baronibus, & vassallis subditis suis, ne in terris suis, castris, vel locis criminosos clericos, & ecclesiasticas personas criminibus ....... adversus ecclesiasticos judices de talibus justitiam debitam facere volentes non manuteneant, vel defendant, assecurent, vel sustineant, vel quidagium tribuant contra jurisdictionem ecclesiasticam. Tradita fuit in concilio sub tenore sequenti:

*Alphonsus Dei gratia rex Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ & Corsicæ, comes Barcinonensis, dux Athenarum & Neopatriæ, ac etiam comes Rossilionis & Ceritaniæ, egregiis, nobilibus & dilectis ac fidelibus consiliariis nostris quibuscumque ducibus, marchionibus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, nobilibus, militibus, generosisque personis & aliis dominis temporalibus in regnis & terris nostris constitutis, eorumque officialibus, & loca tenentibus, præsentibus & futuris, salutem & dilectionem.*

Noveritis pro parte venerabilium & dilectorum consiliariorum nostrorum prelatorum, & aliarum ecclesiasticarum personarum in concilio, quod per reverendum in Christo patrem dominum cardinalem de Fuxo sedis apostolicæ legatum, consanguineum nostrum carissimum in civitate Dertusæ de præsenti celebratur, maxima cum querela nostræ fore expositum majestati, quod nonnulli ex vobis lucra sua cum alienis dispendiis perquirentes, aut alias fragilitate humana devicti, nitentes eorum jurisdictionem & præeminentiam ultra suos limites ampliare, favoresque indebitos indifferenter impendere, quibuscum aliqui clerici, & ecclesiasticæ personæ foro ecclesiastico proculdubio submissæ, propriæ salutis immemores varios excessus perpetrantes ad castra, villas, baronias, & loca vestra se latitant, defenduntur, atque reponuntur ut judicium evadant debitæ ultionis, vosque inibi eos manutenetis, defenditis & sustinetis, guidatis & assecuratis, quod in Dei offensam, & ecclesiasticæ jurisdictionis præjudicium manifestum noscitur redundare. Nos igitur nolentes, sicuti nec debemus, jurisdictioni ecclesiasticæ in aliquo derogare, sed eam potius confovere & futuris scandalis, quæ propterea possunt de facili inter nostros subditos evenire, debite obviare, vobis, & unicuique vestrum dicimus præsentium serie, & jubemus sub iræ & indignationis nostræ incursu, pœnaque decem millium florenorum Aragoniæ de bonis contrafacientium habendorum, quatenus talia ad statum debitum reducentes, vestrisque jurisdictionibus & prærogativis minime abutentes, sed de talento vobis tradito vos contentos ..... clericos, seu ecclesiasticas personas ad castra, baronias, villas, & loca vestra taliter securrentes, vos seu vestri officiales, aut subditi minime recipiatis, guidetis, foveatis, sustineatis, seu etiam assecuretis, receptari, guidari, foveri, sustineri aut assecurari ab aliquo nullatenus permittatis, quin potius, quoties, & quando per eorum judices requisiti fueritis, vel alter vestrum fuerit requisitus, ipsos dictis eorum judicibus confestim tradatis, & tradi faciatis, omni favore, dilatione, & excusatione rejectis, hocque non immutetis, seu differatis ratione aliqua, sive causa, si prædictas pœnas cupitis evitare. Datum Dertusæ, sub sigillo nostro communi, die 12. Octobris, anno a nativitate domini MCCCCXXIX.

Rex Alphonsus.

Quinta litera qua vicecancellario & consiliariis inhibetur, ne processus constitutionum provincialium contra invasores ecclesiarum & ecclesiasticorum virorum editarum debite inceptos impediant, seu perturbent.

Quinta litera patens regia, per quam dominus rex Alphonsus Aragonum rex illustris, sub magnis & formidabilibus pœnis inhibet vicecancellario, & omnibus consiliariis suis, ne provisiones, vel alios processus constitutionum provincialium contra invasores ecclesiarum, & ecclesiasticorum virorum editarum debite inceptos quoquommodo impediant, seu perturbent; Fuit in concilio tradita sub tenore sequenti:

*Nos Alphonsus Dei gratia rex Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ & Corsicæ, comes Barcinonæ, dux Athenarum & Neopatriæ, ac etiam comes Rossilionis, & Ceritaniæ, &c.*

Provisionis nostræ toto studio cupimus provenire subsidiis, ut censuræ ecclesiasticæ, & libertatis ejusdem cujusvis temeritatis incursu non infringantur, & unde damna subditorum & scandala possent de facili evenire pro viribus obviare. Hinc est quod licet super invasionibus, occupationibus, usurpationibus, & læsionibus personarum, & rerum ecclesiasticarum, contra invasores, raptores, occupatores, eorumque fautores per constitutiones provinciales concilii Terraconensis procedi debite provisum, & cautum satis existat, verumtamen clamor venerabilium, & dilectorum consiliariorum nostrorum prælatorum, & ecclesiasticarum personarum in concilio, quod per R. D. P. cardinalem de Fuxo sedis apostolicæ legatum consanguineum nostrum carissimum in civitate Dertusæ de præsenti celebratur congregatarum, aures nostræ majestatis infecit, quod per raptores, invasores, occupatores, & fautores prædictos, cum contra eos per processus dictarum constitutionum proceditur, ad nos & nostros officiales indebite, & injuste recursus habeatur, & varias occasiones veritati contrarias opponentes & allegantes, in prejudicium nostrorum regalium fore, per prædictas constitutiones contra eos processum fraudulenter interdictum a nobis & nostris officialibus inhibitorias provisiones obtinent super

pro-

ANNO CHRISTI 1429.

processibus antedictis, & ad occupationem temporalitatum contra prælatos eudem injuste procediturum, ob quod nedum ecclesiastica censura diffolvitur, sed contemnitur & contrarium, plurimaque scandala, diffensiones, & jurgia inter prælatos prædictos, eorumque officiales, & nostros officiales & fiduciarios præparantur. Impletos igitur super iis pro parte prælatorum, & ecclesiasticorum personarum nobis supplicatum remedio condecente, nosque volentes in, & super præmissis debite providere, nobilibus, fidelibus, & fidelibus constitutis nostris, vicecancellario ejusque regenti, vices gerentibus gubernatoris nostri generalis, justitiariis, vicariis, falmedinis, baillivis, caterisque officialibus & fiduciis nostris, sub fide & indignationis nostræ incusso, ac poena trium millium florenorum Aragoniæ de illorum bonis, qui contrafecerint, exigendorum, alisique pœnis nostro arbitrio reservatis, expresse dicimus, & de certa nostra scientia mandamus, quatenus prælatos, eorumque officiales ecclesiasticos judices in eorum circa procedium constitutionum concilii provincialis Terraconensis in calibus sibi permissis adversus invadores, raptores, occupatores personarum & rerum ecclesiasticarum minime pertubetis, impediatis, seu eorum unum, & ab illisque perturbari, impediri, seu etiam molestari nullatenus permittatis: quinimo eosdem prælatos, judices, & officiales eorum, eadem jurisdictione in dictis calibus, eis ut præfertur permissis, eoddem utrilibet, & exercere finitis, ac etiam permittatis, eisque circa exercitium, & usum hujusmodi auxilium prælitera debitum, & favorem servando, in, & super præmissis, & etiam circa suspensionis, & excommunionis, contra eosdem bonæ memoriæ cardinalis Corresanum, & capitula in curia S. Cucufatis Valentin. per nos celebrata, confecta, contrariam faciendi, tollentes vobis, & cuilibet vestrum omne posse: In quorum testimonium, præsentes nostras literas fieri jussimus, nostro sigillo communi munitas. Datum Dertusæ, die 12. mensis Octobris, anno a nativitate domini MCCCCXXIX.

Rex Alphonsus.

Sexta litera regia per quam dominus Alphonsus Aragonum rex illustris declarat, clericos & ecclesiasticos viros actu in servitio regio non deservientes, nec in pitaphio magistri rationum domus sue regie nominatim descriptos, qui fraudulenter ad evitandum de contingentibus, seu de malis eis illatis, non ausi sunt per judices ecclesiasticos ordinarios coram condignam punirionem subire, & ut maneant de foro illorum qui in delictis impuniti & incorrecti, literis familiaritatis regie obtinuerunt, vel obtinebunt, præsertim literarum hujusmodi, ipsi obtentarum, non esse, nec haberi debere pro familiaribus, nec privilegiis familiaritatis regiæ debere gaudere, & hoc sub magnis & formidabilibus pœnis fuit in concilio traditum, sicuti sub tenore sequitur.

*Nos Alphonsus Dei gratia rex Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ, Corsicæ, comes Barcinonæ, dux Athenarum & Neopatriæ, etiam comes Rossilionis & Cerritanie, &c.*

Soleat principes, quando ad importunam partium instantiam tendunt, per inadvertentiam, quandoque etiam necessitatis ex causis justibus eorum subditorum indebite derogare, quæ potius in mentem rete redacta, consulto

ad justitiæ & rationis debitum reducantur. Cum sicut accepimus informatione veridica venerabilium & dilectorum nostrorum prælatorum, & aliarum personarum ecclesiasticarum in concilio, quod per reverendum in Christo patrem dominum cardinalem de Fuxo apostolicæ sedis legatum, confœderatum nostrum carissimum in civitate Dertusensi celebratur de præsenti congregatorum, nonnulli prælatorum ecclesiasticorum vassalli, & foro, difficilii, & jurisdictioni ecclesiasticæ omnino submissi, a nobis injuriosos familiaritatis nostræ, vicecancellariatus implorant, illudque obtinent, non ut nostris insistere properant servitiis, sed ut eis liberetur, quandoque ecclesiastico, quandoque nostro fori judicio fine debito, & ut ipsi in delictis commissis, vel committendis per eos, excessibus forum variando ad votum, a nemine punitione debita valeant coercere, sed potius evadere judicium ecclesiasticum ultimo quod in præjudicium ecclesiasticæ jurisdictionis, ad cujus exemplar tentetur fieri, noscitur apprime redundare. Supplicato igitur a nobis celsitudine super in debite providere: Nos supplicatione hujusmodi veluti conformi rationi benigne admissa, cupientes omnino clericorum nebrios aufer pro ipsorum ecclesiarum, ne sub hujusmodi, & jurisdictionis temeraria ac novia variatione crimina per eos commissa, seu committenda nonnumquam transeant impuniti. Tenore presentium dicimus, & nostræ intentionis fuisse & esse declaramus, quod persona aliqua, nullus, nisi nostis continue inffiretit servitiis, & officiis fervientes, quo receptus est, & scriptus in charta. Scriptoris portionis domus nostræ pro nostro familiari, per annum & ultra quarternum ordinarium computando, privilegio latarii minime valeat, vel a quo fuerit, quinimo fic obtinere quovis modo hujusmodi familiaritatis privilegium, laicus, vassallus, aut alius clericus fuerit, dicto privilegio familiaritatis fraudaliter obtento non obstante, judicio seu examini sui prælati, sive domini & superioris ecclesiastici subjiciatur omnino, & de criminibus & excessibus per eum commissis & committendis puniatur justitia mediante eorumdem, quibuscunque verbis derogatoriis, & non obstantiis in dicto privilegio appositis fee opponentibus nullatenus obstitutis, ac li, a prout ante dicti privilegii obtentum judicari poterat & punisi. Quocirca per hanc eandem nobilibus, & fidelibus constitutis nobilis generitibus vices gubernatoris, justitiariis, vicecitis, baillivis, nec non cancellario, & vicecancellario, caterisque officialibus nostræ domus, ad quos nobiorum familiaritatis tenio, protectio, correctio, & punitio pertinet & spectat, dicimus & mandamus de certa nostra scientia & expresse, sub ira & indignationis nostræ incursu, prædictis officialibus, quæ a nobis obtinent, pœnæque trium millium florenorum, quatenus te tali fido familiari, & fraudulento nullatenus fe in tromitiare, quinimo eum fuo ordinario domino vel prælato, aut ipsius officiali feu judici remittant omni diffendio, executione & dilatione cessante. Nos enim etiam ad cautelam quæcunque privilegia tabilius fictiæ familiaribus per nos forte commissa præsentis fiere de dicta nostra scientia revocamus penitus, & annullamus, nullisque valoris aut firmitatis esse decernimus & declaramus: & ad eorum prælatos, officiales, & judices ordinarios pertinendos remittimus, fiat & prout ante concessi-



ANNO CHRISTI 1429.

certionem privilegii prædibati, & si per nos A eisdem minime fuisset indultum, hocque non mutetur, seu differatur aliqua ratione, cum fic fieri velimus & jubeamus. In quorum testimonium præsentes nostras literas fieri jussimus, nostro sigillo communi munitas. Datum Dertusæ die 15. mensis Octobris anno a Nativitate domini 1429.

Rex Alphonsus.

Septima litera regia patens, per quam D. Alphonsus Aragonum rex illustris omnibus ecclesiasticis, & fidelibus constitutis nostris, mandat, & præcipit, ut ecclesiasticis judicibus procellus inos contra ulturarios, & ad excitationem omnium detestabilia usurarum, & excusandas pias voluntates testantium, & exercendi visitationes suas facientibus assistant, favorem, & auxilium præbeant, & ipsorum impedimentum, ne in visitationibus exercendis, & jurisdictione ecclesiastica, ac testium recognitionibus & examinationibus in calibus ad forum ecclesiasticum pertinentibus impedice quoquo modo præsumant, & hoc sub magnis & formidabilibus pœnis in contrafacientes. Tradita fuit in concilio, cujus tenor sequitur, & est talis.

*Alphonsus Dei gratia, rex Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ, Corsicæ, comes Barcinonæ, dux Athenarum & Neopatriæ, et etiam comes Rossilionis & Cerritaniæ, egregiis, nobilibus, dilectis & fidelibus constitutis nostris quibuscunque dominis, marchionibus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, nobilibus, militibus, generosisque personis, & aliis dominis temporalibus, ac etiam terra nostris conservatoribus, ceraque officialibus præsentibus, & futuris, nec non generalibus vices gubernatoris nostri generalis, alguacirijis, justiciariis, falmedinis, vicariis, baillivis, subbaillivis, subdictis, & vassallis nostris aliis quibuscunque, & eorum loca tenentibus, præsentibus etiam & futuris salutem & dilectionem.*

Pro parte venerabilium, & dilectorum confiliariorum nostrorum prælatorum & personarum ecclesiasticarum in concilio quod per B. patrem D. cardinalem de Fuxo sedis apostolicæ legatum confanguineum nostrum charissimum in civitate celebratur de præsenti congregatarum nostræ majestati expositum extitit quæ queritur, quod vos, seu aliqui vestrum in aliemum messem falcem ponere non verentes, prælatos eosdem eorumque judices & officiales ecclesiasticos, ipsorum jurisdictionem in ipsorum subditos exercere volentes, & figonant circa ecclesiarum fuorum visitationes, seu piorum ultimarum voluntatum fidelium defunctorum ad implendas executiones, & damnati detestabilisque usurarum criminis extirpationem, & alias multiplicter impedit, & etiam perturbatis diversis mandata penalia, inhibitiones & banda, ac diversas prenconationes contra libertates ecclesiasticas, & præjudicium ecclesiasticæ jurisdictionis faciendo, publicari, & fieri, ac ipsos, seu non permittit literas, seu provisiones ecclesiasticorum judicum, super iis quæ ad eum forum pertinent, & spectant, in locis vestræ jurisdictionis, seu vestri dominii publicare, eas occultando, lacerando, capiendo & alias impedendo non line magno eorum præjudicio vestrarum animarum periculo manifesto. Ad nostrum igitur majestatem super premissis habito pro parte prælatorum prælatorum, & aliarum ecclesiasticarum personarum recursu, & supplicato debita cum infantia debite provideri, nos, ut nostræ congruit regiæ dignitati merito toto animo intuentes quam pium, quamque meritorium, utile & necessarium fuerit, eorumque officio prælatorum incumbere, ecclesias diriger, & visitare, animabusque fidelium defunctorum suffragari, & ipsorum piae ultimas voluntates adimplere, cupientesque vicofum, contagiosumque ulturarum morbum, qui animas commiterentium abfordere, & ecclesiasticis, pratique nostris subditis radiatione evelli, vobis & cuilibet vestrum dicimus, & tenore præsentium jubemus, sub ira & indignationis nostræ incursu, & pœnæque trium millium florenorum Aragoniæ de bonis contrafacientium fine remissionis spe habendorum, quatenus prælatos quoscunque, eorumque officiales, vicarios, & alios judices, aliaque personas ecclesiasticas in eorum officiis & jurisdictionibus exercendis tam in iis, quæ laicum ordinationem respiciunt, quam ipsorum decisionem, testibus recipiendis, sententiis promulgandis, eaque ad executionem debitam deducendis in calibus ad eorum forum, seu ipsorum pertinentibus & spectantibus, ac in visitationibus faciendis, si, & prout de jure ad eos pertinet, & spectat, odio, vel favore aliquibus minime perturbetis, seu etiam impeditis, perturbarique, eo impediri per quemqum permittatis, quinimo eisdem prælatis, eorumque officialibus, judicibus, ac personis ecclesiasticis in præmissis officiis, & jurisdictionibus exercendis, debite assistatis, confisis, auxiliis, & favoribus opportunis, revocando, ac voce praeconia publicando per loca vestræ jurisdictionis quæcunque præconiationes, mandata, & inhibitiones fee hactenus contra libertates ecclesiasticas, seu ecclesiasticæ jurisdictionis emanatas, revocantes fiet non prefentium serie deliberate & consulte revocamus & cassamus, ac pro revocatis & cassis habeat volumus, & jubemus, literæque & provisiones judicum ecclesiasticorum in iis, quæ ad ipsorum forum pertinent, nullatenus impedientes, in iis in locis vestræ habentes, quod apud nos per prælatos aut aliquos eorum pro premissis non cogatur de cætero haberi retortas. Scriptum quod illud, ob cujus causam, & culpam præmissa eorum jurisdictio, & officiorum exercitium quovis modo impediretur, talitor punietur, quod eis ad pœnam cedet, & ellis meritis ad exemplum. Datum Dertusæ sub nostro sigillo communi, die 12. mensis Octobris M.CCCCXXIX.

Rex Alphonsus.

Octava litera patens regia, per quam D. Alphonsus Aragonum rex illustris cuncti nobilibus, gubernatoribus, & justitiis secularibus regorum fuorum mandat, ne in eorum terris dominis & dominiis permittant, vel sustineant quoscumque questiones, qui multos fatiunt abortos contra Dominum Dei, & ecclesiam, aut alios quesforum, vel illud exercere, nisi forte quos ferant testimoniales literæ directini episcopi, ut ipse clericos quærere intendant, & hoc mandat sub magna pœnis obtervari. Tradita fuit in concilio, sub tenore sequentis.

*Nos Alphonsus Dei gratia rex Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ, Corsicæ, comes Barcinonæ, dux Athenarum & Neopatriæ, et etiam comes Rossilionis & Cerritaniæ, &c.*

Quo-

Sexta litera supra clericos & nobiles fictitios qui fraudulenter literas familiaritatis obtinent, ut de malis eis illatis, non ausi sunt per judices ecclesiasticos ordinarios condignam punirionem subire, & ut maneant de foro illorum qui in delictis impuniti & incorrecti, literis familiaritatis regie obtinuerunt, vel obtinebunt, præsertim literarum hujusmodi, ipsi obtentarum, non esse, nec haberi debere pro familiaribus, nec privilegiis familiaritatis regiæ debere gaudere, & hoc sub magnis & formidabilibus pœnis fuit in concilio traditum, sicuti sub tenore sequitur.

Septima litera patens regi per quam omnibus ecclesiasticis, & fidelibus constitutis nostris, ne contra ulturarios, & ad excitationem omnium detestabilia usurarum, & ad excusandas pias voluntates testantium, & exercendi visitationes suas facientibus assistant, & ipsorum impedimentum, ne in visitationibus exercendis, & jurisdictione ecclesiastica, ac testium recognitionibus & examinationibus in calibus ad forum ecclesiasticum pertinentibus impedice quoquo modo præsumant, & hoc sub magnis & formidabilibus pœnis in contrafacientes. Tradita fuit in concilio, cujus tenor sequitur, & est talis.

Octava litera patens regi per quam omnibus nobilibus, & gubernatoribus, & justitiis secularibus dominiorum suorum mandat, ne in eorum terris dominis & dominiis permittant, vel sustineant quoscumque questiones, qui multos fatiunt abortos contra Dominum Dei, & ecclesiam, aut alios questiones, vel illud exercere, nisi forte quos ferant testimoniales literæ directini episcopi, ut ipse clericos quærere intendant, & hoc mandat sub magna pœnis observari. Tradita fuit in concilio, sub tenore sequentis.

*Nos Alphonsus Dei gratia rex Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ, Corsicæ, comes Barcinonæ, dux Athenarum & Neopatriæ, et etiam comes Rossilionis & Cerritaniæ, &c.*

Quo-

Quoniam ad illicita potius, quam ad licita
ANNO CHRISTI 1429. infatiabilis avaritiæ voraqo damnabiliter inclinatur, prudende Deo Canonibus in generibus orientur, expediens, imo necessarium esse meritio censetur, ut reges aliaque terrenæ potestates noctiva ab eis ordinant, & viam ex-torris hujusmodi pro posse excludant. Sane igitur querula expositione nostræ majestati nuper facta pro parte venerabilium & dilectorum confratrum nostrorum prælatorum, & aliarum ecclesiasticarum personarum in concilio, quod per reverendum in Christo patrem D. cardinalem de Fusco fedis apostolicæ legatum continguenum nostrum charissimum in civitate Dertosæ celebratur de præsenti congregatarum, percepimus quod nonnulli clerealnyarum quæ B Dere-aulis temeratio, & damnatio, ut autem subiili vel fallaci ingenio potius extorquerant, quam popolum ad devotionem incitent, varios quæstus pro ecclesiis, hospitalibus, & aliis diversimode, cum nostris vel nostrorum officialium literis facere fatagunt, & sermones collationum, & alias in popolo expositiones varias absrtiffimæ habere præsumunt, in quibus propter iplorum quæstorum insufficientiam, & populi prædicti simplicitatem, errores in eo ordinant, & eum decipiunt, ac ecclesiasticæ religioni, ut plurimum pollunt, detrahere non verentur. Nos igitur disctorum quæstorum abusionibus, & temeritis aulibus vtam præcludere, quantum nobis est possibile, cupientes, nobilibus, dilectis, & fidelibus nobrris nuerestis & fungulis vicefgerentibus gubernatoris generalis, justitiatiis, potatis, vicariis, ballivis, fallmedinis, cæterisque officialibus, ac universitatibus & fingulis nobrris, & dictorum officialium loca-tenentibus, præsentibus & futuris tenore præsentium de nobis certa scientia, & expresse dicimus & mandamus sub ore & indignationis nostræ incorsis, pœnaque mille florenorum Aragonæ, quatenus quæstores ipsos in ecclesiis, vel nomine alicujus landi quæstum facere nitentes, si fine obtenta literarum diœcesani, in cujus diœcesi ipsum facere volunt quæstum, etiamsi nostras exhibuerint, vel nostrorum officialium literas, aut aliarum quorumcumque D nullatenus admittatis, nec ipsius occasione quæstus eleemosynas petere, sermones, aut expositiones vobis Dei populo minime fieri permittatis, seu eiidem literas aliquas concedatis; quinimo per nos concessis, si a diœcesano prædicto non obtinuerit licentiam, literas quæstus hujusmodi facientibus, ut permittitis, ab eiidem recuperetis, & eas ad nos remittere procuretis; eas vero quas nos, seu aliqui vestrum eiidem concesseritis, illico revocetis, prous non prætentium tenor exposuimus, & pro revocatis haberi volumus, & jubemus: hoque non mutetis, seu differatis aliqua ratione, seu causa: nos enim contrarium faciendi vobis & cuiibet vestrum tollimus omne posse. In quorum testimonium præstates fieri jussimus nostro sigillo communi munitas. Datum Dertosæ die 12. Mensis Octobris, anno a nativitate domini M. CCCCXXIX.

Rex Alphonsus.

Legatus concilii publicat in concilio quæ concilii statutiones fuerunt ab omnes fuerunt confirmatæ

Postmodum ipsidem præfatus D. cardinalis super reformatione ecclesiarum & status ecclesiastici parentum prædictarum in concilio prædicto juxta capitula per nominata ab reformandum nodalis quæ ab eisdem ecclesiarum commentibus edidit & publicavit, ac coram se per notarium

A publicum in concilio præfentia omnium solemniter de verbo ad verbum alta & intelligibili voce perlegi fecit vigintiquinque capitula, de vestibus rubeis non deferendis, cui se opposuit pro ecclesia & diœcesi Urgellensi vicarius D. episcopi Urgellensis, dicens ecclesiam Urgellensem habere in observantia & consuetudine deferendi, cui per D. legatum, ut dicebat de privilegio & jure spectali, alias non audito, fuit injustum, ipsum prohibere: sicque tempæ sunt omnes, quarum tenor per ordinem legitur, & eft talis.

Anno quo supra, & die sabbati, quæ fuit, & intitulabatur quinta mensis Novembris anni superius annotati in domo episcopali Dertusensi prædicto D. cardinale legato præsidente, revereniissor in Christo episcopo, Barcinonensi, Ilerdensi, Gerundensi, Oscensi, Dertusensi, Vicensi, Elnensi & Valentino episcopis, ac aliis prælatis, syndicis & procuratoribus illustrissimi, & reverendissimi, ac reverendi, & reftibus infrascriptis præsentibus fuerunt lectæ, & publicatæ per Cipressium Belaguerii constitutiones infra scriptæ, quas mandavit idem D. legatus per universas civitates, diœceses & loca provinciarum Tarraconensis & Cæsaraugustana inviolabiliter observari, quorum quidem constitutionum tenor sequitur, & talis est.

I.

*De vita & honestate clericorum, & prohibet certas vestes & folleratas.*

Decet vitæ ecclesiasticæ professores tanto præ cæteris honestate pollere, quanto a vulgari populo segregati, Dei funt in sortem assumpti, & in domo domini familiaribus obfequiis infistentes, morum compositionis & honestatis cæteris de se præbeant speculum & exemplum: Hinc eft quod circa clericorum vitam moribus adornandam, & honestatem gestu, actu, & habitu exhibendam, & ab indecentibus secularium rerum negotiis clericos sequestrandos tam a jure communi, quam per constitutiones legatorum apostolicæ sedis ac provinciales, & synodales plura fuerunt laudabiliter instituta prohibentes, ut præmittitur, sumptuosa transgressorum audacia fauciavit: universos igitur ecclesiarum prælatos propensius exhortamur ut circa prædicta per actuales exequutiones rigidas & difficltas, constitutiones & jura prædicta folerter studeant inhaurare, & clericos beneficiatos, aut in facris ordinibus constitutos procurandis, & administrandis bonis vel negotiis laicarum personarum penitus arceant: huic igitur adicimus sanctioni, quod nullus in facro ordine constitutus, aut religiosus, vel clericus ecclesiasticum obtinens beneficium, cujuscumque dignitatis, status aut conditionis existat publice vestis, ut audeat vestibus alterius panni, quam de lana vel staminis, non rubei vel viridis colo-ris, & brevitate vel longitudine nimia non no-



notandis, ultra tres digitos vestium longitudo non superet vestimenti, neque folleratus deferat pellium de martbis, de fagines, de vebres, de ludries, desiquiróle, aut vulpium, neque vestes fiffas in lateribus ullo modo, neque etiam retro, præterquam in itinere itineratis causa constitutus, neque diploides, aut collaria vel manicas de panno serico, & quod (prælatis, doctoribus, magistris, licentiatis & nobilibus, & cathedralium ecclesiarum canonicis, dignitatemque vel personatum obtinentibus dumtaxat exceptis) nullus audeat in vestibus, vel capuciis folleratum portare de vois vel grifis ufu vinctorum, quarumcumque pellium in manicis vel collariis ab omnibus, & singulis supradictis penitus rejecto. Qui vero contra aliquod superius expressorum præsumpserit facere, vel venire, vestem, quam contra nostrum prohibitionem hujusmodi aufu temerario publice portare præsumpserit, fabricæ, vel ornamentis cathedralis, vel collegiatæ, aut parochialis ecclesiæ, vel monasterii, ubi talis fuerit transgressio attentata, erogare, & tradere teneatur. Ad hæc insuper adjungentes, quod si quisquam præfentis constitutionis transgressor, ad sui prælati mandatum, vestem contra hanc constitutionem delatam infra fex dies fabricæ, vel ornamentis, ut prædicitur, recusaverit erogare, per tres annos ipso jure a beneficiis, quæ obtinet, sit suspensus, & non beneficiatus per idem tempus efficaciter inhabilis ad ecclesiasticum beneficium obtinendum, locorum ordinarios sub obtestatione divini judicis commendens, quatenus circa hujusmodi offervantiam statuti fic se vigilet exhibeant, qui ab omnipotenti in districto Dei judicio sanguinis subditorum de prælatorum negligentium manibus requiratur, quod si negligentes extiterint in præmissis, ad valorem vestis propter eorum negligentiam non traditæ ipsi fabricæ, vel ornamentis in foro conscientiæ teneantur, alia juris communis legatorum, & provincialis, vel synodalibus statutis, circa quæ præfens non complectitur constitutio, in suo permanentibus robore ac valore. Per hoc tamen non intendimus prejudicare illis, qui super præmissis, apostolicæ sedis privilegia, de quibus legitime constare poterit, fuerint muniti.

II.

*Contra clericos concubinarios.*

Ad extirpandam incontinentiæ maculam, quæ inter cætera vitia, & divinam provocat majestatem, & ecclesiastici status honorem deducit in vilipendium, & contempum, plura tam a sacris canonibus, quam a constitutionibus, & legatorum apostolicæ sedis provincialiumque, & synodalium mendicamium sunt propria præparata fomenta: attamen, proh dolor! penitus eliminari nequeunt, propter quod eft jugiter insistendum, ne multiplicitas invalescat, ut Christi militium valeat devastare. Hinc cogimur vetera pariter & nova commemorare remedia & solicita meditatione penfare, quomodo pellem hanc exterminare radicitus valeamus: his omnibus sedula remoratione nos digeffis, tandem dilectimus providendum, universos & singulos archiepiscopos, episcopos, abbates, magistratus, ministros & alios ordinarios, cujuscumque status, ordinis, vel conditionis existant, five sæcularis vitæ, five regularis, vel etiam ordinis militaris, eorumque vicarios, & officiales, reftes synodales, & procuratores fiscales, sub obtestatione divini judicii, strictissime commonere, ut circa extirpandum a clero ecclesiasticisque personis incontinentiæ vitium, prout inferius continetur, solicite ac vigilanter intendant, quatenus omni libidinis fœditate repofita puritas fulgeat pulcherrimæ honestatis; quodque si quisquam clericus, ecclesiastiave persona repetta fuerit in concubinatu notorio permanere, ab officio & beneficio demuntur suspensus, & inhabilis ad obtinendum beneficium ecclesiasticum, gradus, vel honoris ascensum, & pro tali in ecclesia in qua eft beneficiatus, & in ecclesia sub qua degit, nec non in cathedrali ecclesia publicetur: nec ad ea a quibus sic suspensus, & inhabilis fuerit nuntiatus, unquam restituatur, quo usque abjecta & separata a se pentius concubina, saltem per duos menses in castitate permanerit, & pœnitentiam egerit sui corporis, superioris arbitrio indicendam: & si postea repertus fuerit eundem admittere, vel aliam concubinam, & notorie in concubinatus crimen relabatur, rursum sic suspensus, & inhabili confimiliter publicetur, nec tunc restitui valeat a quocumque nisi penitus abjecta concubina, saltem per quatuor menses vitam in castitate produxerit, astaque gravi pœnitentia quam in corpore suo judicis sui arbitrio decernimus indicendam; & si decimeqs tertio relapsus fuerit, concubinatu notorio, privetur omnibus beneficiis & alias carceribus affligatur, ut sic ferro excusta vulnera, & secata sanentur, quæ fomentis nequiverunt medicinæ sanari, filiumque gravis castigatio, exemplo mentes tenear, & incentivos comprimat illorum. Sane si quisquam ordinariorum, vel officialium prædictorum, circa hæc corrigen-

Legatus concilii publicat in concilio quæ concilii statutiones fuerunt ab omnes fuerunt confirmatæ

ANNO CHRISTI 1429. da notabili negligentia fuerit repertus cuiquam publicis, & per superiorem ipsius negligentia suppleatur, & digna punitione mulctetur. Prohibemus insuper, ne ab aliquo fornicario notorio in crimis damnato concubinatu permanente, aliqua pecunia, munus vel donum quisquam ordinariorum vel officialium praedictorum publice vel occulte recipiat: quod si fecus a quoquam fuerit attentatum ad erogandum in pios usus, id quod receperit, ad duplum valoris ejusdem ipso facto etiam fine superioris mandato, poenae nomine, teneatur, constitutionibus omnibus super hac materia editis, & illa omnini Sabinensis (nisi in eo, quod excommunicationis sententiam adiicit) in suo robore permanentibus.

## III.

*Contra religiosos ordinis militaris concubinatos.*

Inter sollicitudines nostrae legationis officio incumbentes illa praecipue est, virtutes inserere, & vitia eradicare, licet enim sacris canonibus strictissime sit cautum, religiosos castitatem servare, concubinas vitare, ut debitum altissimo valeant reddere famulatum; quorumdam tamen relatione fidedium nostris auribus est intimatum, quod aliqui militarium ordinum religiosi non solum creatoris sint offensores, verum etiam famae suae prodigi & proprii persecutores honoris, mulieres ita in eorum domibus passim admittunt, cum eis cohabitant & morantur: quod ofti celeriter adhibeatur remedium, praeceptoriae, ecclesiae & conventus, ac eorum membra & bona ipsorum ad irreparabilis defolationis opprobrium deducentur, prout jam dehiscente ecclesia grandem patiuntur ruinam: attendentes autem vulgarem infamiam, grave scandalum, & vehementem suspicionem exortam: cum inter alia subditantia regulae, ossibus religiosorum annexa sit custodia castitatis, porta & principium aliarum virtutum, sitque jam nostro salubri statuto provisum, super continentia ecclesiasticarum personarum, quod praecipimus tenaciter observari, pecuniarius tamen, prout decet, circa religiosos fedidate luxuriae involutos, rigorem dulcioris misericordiae temperantes, in regali constitutione sancimus, ut quisque religiosus ita studiose votum castitatis observet, & concubinatum evitet, ut Deo animam cum fiducia valeat praefentare: si vero religiosus militaris exemptus, vel non exemptus, cujuscumque dignitatis, ordinis, militiae, vel status existat, de praesenti, vel impose-

rum concubinarius notorie fuerit, excommunicationis sententiam incurrat ipso facto, districte praecipiendo ordinariis locorum, quod religiosum ordinis militaris sic excommunicatum, tamdiu faciant publice nuntiari, donec ab hujusmodi sententia meruerit absolutionis beneficium obtinere, a qua absolvi non valeat nisi prius sine fraude penitus abjecerit concubinam, & per mensfes quatuor in castitate vixerit, ut teneatur: quod si ad vomitum redierit ipsius, vel alterius concubinae, absque spe veniae, dignitate, officio, & beneficiis ecclesiasticis quibuscumque perpetuo sit privatus, & effectus inhabilis ad dignitatem, officium, vel beneficia ecclesiastica obtinendum, in virtute sanctae obedientiae sub excommunicationis poena, eidem religioni ordinis militaris injungentes, quod honestis vestibus in panno, colore, forma, & habitu utantur, prout in fundatione ipsorum ordinum, & secundum statuta regulae portare, & incedere tenentur, & obligati existunt.

## IV.

*Quod conflituti in sacris, & beneficiati habeant propria breviaria.*

Ne divinae servitutis census, quem de fructu laborum suorum offerre tenetur quilibet clericus, ecclesiasticum beneficium possidens, vel in sacris ordinibus constitutus, dum per occupationes alias conventui ecclesiae interesse non valet, ex defectu breviarii omittatur, provide duximus statuendum, ut per loccorum ordinarios beneficiati praedicti, & in sacris ordinibus constituti ad habendum propria breviaria infra tempus ipsorum ordinariorum arbitrio moderandum coercitione districta cogantur, nulluque de cetero in diaconum ordinetur, qui non habeat breviarium, & in practica, & peritia divinum officium faciendi per examen reperiatur idoneus:

## V.

*Ut nullus non idoneus promoveatur ad sacros ordines.*

Nihil est quod ecclesiae Dei magis officiat quam indecens promotio indignorum, nam dum indignis ad sacros ordines patet ascensus, inordinata crescit ambitio, & proficiendi in scientia, cura, & studium amputatur, & ecclesiastici ordinis dignitas dicitur in contemptum. Universis igitur episcopis sub obtestatione divini judicii commonemus, ut unusquisque canonum fer-



ANNO CHRISTI 1429. servus fidelis & prudens, quem constituit dominus super familium suam, sic fideliter & prudenter attendant, cui divina sacramenta committant, ne si ultra debitam mensuram alicui credant, aut infidelitatis si scienter, aut imprudentiae si ignoranter, in districto judicio valeant culpae notari: sed providi ad sacros ordines de aetate, moribus, & scientia debito subjiciantur examini, & circa eos, quae a sacris canonibus constitutione domini Sabinensis, & constitutionibus provincialibus, & synodalibus, & nostra etiam statuta sunt, sic teneantur & observentur, nec sub spe futuri profectus aliquis ordinetur, nisi actualiter tempore promotionis reperiatur idoneus: sane quia aliqui proprii praelati notitiam fugientes, vel aliis exquisitis modis minus idoneos, imo penitus illiteratos, sacerdotale officium ambiruent, omnibus ecclesiarum praelatis injungimus, eorum conscientiam onerando, ut si de aliquonum insufficientia eorum aures notabilis fama pulsaverit, tales examinationi subjiciant, & si eos sic insufficientes reperiant, ab officii sacerdotalis exequutione suspendant, usquequo per studii exercitium debitam sufficientiam fuerint affecuti. Ceterum ut addifcendi & proficiendi in scientia opportunitas clericis conferatur, ecclesiarum praelatos, & capitula propensius exhortamur, ut circa reformandas & conservandas scholas artium, solertier ac diligenter intendant, ut tales in scholis clericis nutriantur, qui merito fieri valeant facerdotes.

## VI.

*De modo instruendi populum circa fidem necessaria.*

Saluti animarum plurimum dignoscitur opportunum ut unusquisque fidelis agnoscat, & scitat quod credere debeat, scilicet articulos fidei; quid petere, scilicet, quae in oratione Dominica Christus non docuit postulare: quae servare, videlicet decem praecepta legis: quae vitare, scilicet, septem peccata mortalia: quid optare, gloriam paradifi & sperare: quid timere, poenas infernas: quod christianae doctrinae breve, & utile epilogium esse censeatur: quae a multis popularibus, ut perceipimus, ignorantur. Hac igitur constitutione diocesanis omnibus, & aliis praelatis ecclesiasticis super his jurisdictionem ecclesiasticam habentibus districte praecipiendo mandamus, ut per viros litteratos, & probos dictari, & scribi faciant aliquod breve compendium, in quo praedicta omnia, quantum populares est scire necesse, districte comprehendantur, & clare: quoquo compendium sic commode dividatur inter parites, ut per sex vel septem lectiones valeat declarari, & sic per totius anni decursum repetitis vicibus per curatos debus Dominicis populo taliter faciant explanari, ut excusfus ignorantiae tenebris populum acceptabilem Deo valeant exhibere. Interdicimus tamen laicis omnem materiam de fide catholica disputandi, diocesanis aliisque judicibus ordinariis ecclesiasticis sub interminatione divini judicii strictius injungentes, ut contra laicos de fide catholica disputare attentantes, taliter insurgant, ut jura communia per censuram ecclesiasticam tenaciter observentur.

## VII.

*Quod in privatis domibus sacramenta non administrentur, nec celebrentur nuptiae pro nuptiis, sepulturis, vel novinuptiis.*

Sicut omnibus unum est, & aequaliter efficax eucharistiae sacramentum, sic esse debet modus ministrandi unus omnibus & conformis, cum debita ceremonia & reverentia singulari. Quapropter ne ipsum afficiatur & venerari volentium lucrandi concessas indulgentias interim subtrahatur, flatuimus, quod nemini sano per privatas domos vel capellas sacramentum eucharistiae ministretur, sed ipsis sanis in ecclesiis, & certis locis ad hoc deputatis, vel etiam specialiter deputandis: Ad infirmos vero ab ipsis ecclesiis deferatur, accensis luminibus honorifice & decenter. Ceterum praesenti salubri sanctione prohibemus, ne in domibus privatis sacrum baptisma alicui conferatur, sed Clementina super hoc disponens, efficaciter observetur, neque etiam missa pro nuptiis, vel sepulturis, vel novinuptiis in domibus celebretur.

## VIII.

*Quod sine auctoritate ordinaria nullum beneficium institutatur, nec recipiatur, nisi dos ejus ad sustentationem vitae sufficiat.*

Quae magna sunt & venerationis condigna, si passim pro quorumlibet voluntatibus exercentur sua numerositate vilescunt, absorbetque regendi ordinem incomposita multitudo: hoc fedula meditatione pensantes, quodque pertinet ad decus ecclesiae, quod vituperari, vel infamari potest providere; sicque ecclesiastica beneficia constitui super stabili fundamento, ne in opprobrium ecclesiae facile deferantur, volumus:

ANNO CHRISTI 1429.

horum ferie duximus statuendum, quod nullum de cætero beneficium ecclesiasticum sine auctoritate ordinarii, ad quem pertinet, in aliqua ecclesia, vel capella quomodolibet ordinetur, qui quidem ordinarius non aliter fundatoris, vel ordinationi hujusmodi beneficii auctoritatem præbeat aut consensum, nisi prius dos sufficiens ad sustentationem vitæ præbyteri affignata fuerit in loco idoneo, & securo, quodque in sua authorizatione clausulam adjiciat subsequentem, *salvis canonicis institutis, & authoritate provisis dispensatis*, quam clausulam, etiamsi omissa fuerit, haberi volumus pro inserta, contra faciendi potestatem prælatis omnibus abdicantes.

A

## I X.

*Quod neophyti per censuram ecclesiasticam, & alias districte compellantur infantes suos infra octo dies a die nativitatis debere ad baptismum.*

Inaudita crudelitas nostrum propulsat aurium, quod nonnulli a Judæisno, vel paganica excitate conversi, infantes suos, quos per sancti baptismi lavacrum eripere possunt, diuturnis suffocantur, vel incutia subesse permittant jugo diabolicæ servitutis. Idcirco locorum ordinariis districte præcipiendo mandamus, quatenus parentes hujusmodi per censuram ecclesiasticam, aliaque juris remedia districta coercitione compellant, quatenus intra octo dies, ab ipsorum infantium nativitate numerandos, sacrum eos recipere faciant baptismatis sacramentum, omni prorsus excusatione & dilatione semotis: in iis districte & rigide procedendo per aggravationem censuræ ecclesiasticæ, & etiam si opus fuerit, invocationem brachii secularis. Monemus insuper, & sub interminatione divini judicii obtestamur omnes dominos temporales quatenus ecclesiasticis judicibus in præmissis assistentes, adjutores, & cooperatores existant auxiliis & remediis opportunis.

B

C

D

## X.

*Quod vicarii & principales officiales episcoporum seu ordinariorum ecclesiasticorum habeant esse in sacris ordinibus constitutos.*

Perpetuo omnimus edicto, vicarios generales aut principales officiales diœcesanorum seu ordinariorum ecclesiasticorum esse debere in sacris ordinibus constitutos, decernentes omnes actus vicarii aut principalis officialis non constituti in sacris ordinibus, si quos contigerit de cætero actitari, nullius esse roboris, vel valoris.

A

## X I.

*Contra illos qui familiaritatem regis imperant fraudulenter.*

Quoniam, *ut inquit Gregorius*, uniuscujusque præsidentis mentem curarum densitas vallat, cumque animus dividitur ad multa, fit minor ad singula, tantoque ei in una qualibet re subripitur, quanto laxius in multis occupatur, mirandum non est, si quandoque contra concedentis intentum quicquam extorquet improbitas importuna. Sane licet jamdudum serenissimus Aragonum rex suæ justificatæ mentis intentum insinuaverit provisiones regali decretum, quod familiaritatis suæ privilegiis illi tantummodo gaudere debeant, qui omni fictione cessante veri familiares existunt. Nonnulli tamen ut excessuum suorum quæ debitam coercitionem evadere, familiaritatis regiæ literas impetrare, & ad eluitionem fuorum superiorum eis uti conantur: Volentes igitur modo huic enervarii ecclesiasticam disciplinam saluberi providere medela, decernimus quod omnes & singuli, qui cum non sint veri familiares, familiaritatis literas, ut prædicitur, impetrare, ipsisque uti de cætero attentaverint, beneficiis quæ obtinent fine privari ipso facto, & non beneficiari per triennium fint inhabiles ad beneficium ecclesiasticum obtinendum juribus ac constitutionibus provincialibus circa prædicta salvis remanentibus, & illæsis.

B

C

## XII.

*Contra eos qui sub colore miserabilitatis, quamodo illis expositis clericos ad curiæ judicia trahere moliuntur.*

Licet contra eos, qui clericos vel ecclesiasticas personas in præjudicium ecclesiasticæ libertatis trahere nitantur ad judicium sæculare, manifesta sint sacrorum canonum statuta: quorumdam tamen astutia fraudulenta, sub miserabilitatis & oppressionis colore ad vetita peragendum excogitatas nititur semitas invenire. Talium igitur abusibus pro libertatis ac immunitatis ecclesiasticæ conservatione per statuta jam juris remedia districte præcipimus obviari, universis ecclesiarum prælatis in virtute sanctæ obedientiæ injungentes, quatenus statutum felicis memoriæ Bonifacii VIII. incipiens *Qui*

D

E



ANNO CHRISTI 1429.

*Qui ut intelleximus*, in suis synodis, & suarum diœcesium ecclesiis faciant publicari, & contra ipsum venientes excommunicatos declarent, & faciant publice nuntiari, facriis canonibus, statutis provincialibus, & synodalibus salvis remanentibus & illæsis.

A

## XIII.

*Contra inflammentes animos potentium contra ecclesiam & ecclesiasticam libertatem.*

Avaritiæ faucibus succensi quorumdam animi adeo inardescunt, ut propriæ salutis obliti, omni divinæ majestatis spreto timore, adversus ecclesiasticam libertatem, ecclesiasticæque personas, temporalium dominorum consiliariorum, ac officialium corumdem, universitatum præsidentium inflammare animos & accendere moliantur. Ut igitur tam detestabilis malignorum audacia compescatur, præsentis nostræ constitutionis tenore sancimus, ut quæcumque persona religiosa sive ecclesiastica cujusvis conditionis, status, gradus, aut dignitatis existat, palam vel occulte principem, dominum temporalem, officialem, faciatorem judicem, vel universitatis rectorem, aut ipsam universitatem contra jura ecclesiæ, vel ipsius ecclesiasticæ libertatis inflammaverit, vel concilium aut patrocinium dederit, vel ecclesiasticis instrumenta in præjudicium ecclesiæ scienter occulaverit, vel contra ipsam certam dolose, seu voluntarie exhibuerit, excommunicationis sententia absque spe veniæ innodetur, & a beneficiorum suorum fructibus, si beneficiarius fuerit per triennium sit suspensus: si vero non fuerit beneficiatus, per idem tempus sit inhabilis ad quodcumque beneficium ecclesiasticum obtinendum: universis prælatis sub ostentatione divini judicii præcipimus & mandamus, ut a prædictis se abstineane, aliis pœnis a jure communi constitutionibus provincialibus & synodalibus in suo robore duraturis.

B

C

## XIV.

*De negligentia prælatorum regularium, circa subditorum corrigendos excessus.*

Quoniam si gubernaculum disciplinæ contemnitur, instat ut religio naufragetur, & in non modicum religiosis scandalum effrenata irreligiositas evagetur, si delinquentium insolentia debitæ correctionis verbere non fuerit castigata. Idcirco religiosorum ordinum gubernationi, vel regimini præsidentes, sub ostentatione divini judicii commonemus, ut circa fuorum corrigendos excessus, tanto magis vigilanter intendant, & constanter affurgant, quanum eorum infamia, quorum propter flatus sublimitatem, & regularis vitæ, ac sanctimoniæ puritatem, mores & vita esse debent ceteris in speculum & exemplum, per actus contrarios cedit in grave scandalum aliorum, quod si talium delinquentium noxorios excessus prælati eorum debita castigatione punire negleserint, ultra divinam vindictam a sede apostolica absque spe veniæ sperent durissimam ultionem.

D

E

## XV.

*Contra judices delegatos metas sui officii excedentes.*

Etsi apostolicæ sedis providentia circumspecta faluberiter statuerit providere, ut ratibus personis conservatores, & delegati judicis officia committantur, de quibus verisimiliter sperentur quod sic injuncti fibi officii vices expedient, quod potestatis eis traditæ limites non excedient, experientia tamen rerum magistra docente comperimus ei: multorum talium abusu sæpe grandia fore illata discrimina, censura ecclesiastica injuste ligando, ac denunciando ipsius censuræ sententia innodatos, pluraque enormia perpetrando in periculem ecclesiarum, & scandalum plurimorum. Nolentes igitur sedi apostolicæ auctoritatem per actus indiscretos & improbos quorumdam conservatorum, vel delegatorum ipsorum executorum vel subexecutorum quasi tenebrosissima caligine obscurare, sed eorum ausus temerarios reprimere expientes, præsentium tenore in virtute sanctæ obedientiæ, auctoritate qua funguntur, districte præcipendo mandamus eisdem, ne ultra limites tradiæ potestatis aliquid facere feu attentare præsumant, cum enucleati juris existat potestatem eis concessam excedentes, velut privatos debere, & merito reputari, & sic justum contra non servantes tradiæm eis formam, jura, & ipsorum ministros taliter insurgere, ut effrenata audacia debita justitia compescatur, & ut omnes fraudes, & figmenti materia penitus evitetur in prima litera, quæ ab aliquo conservatore de judice delegato executore, vel ab eis gerentibus vice in causa aliqua emanaverit, tenor suæ commissionis literaliter inseratur.

A

B

C

D

E

ANNO CHRISTI 1429.

## XVI.

*Excommunicantur quæstores, qui sine literis diœcesani quæstum facere, vel prædicare attentabunt.*

Quæstores ecclesiarum, hospitalium, vel aliorum quorumlibet piorum locorum sine literis proprii diœcesani, in cujus diœcesi quæstum faciunt non recipi, nec ad prædicandum admitti, jam pluries repetita fuit constitutione prohibitum, sed nondum pouit ipsorum audax præsumptio efficaciter coercesi: propterea diguum arbitramur ipsorum audaciam pœnarum adjectionibus refrenare. Si quis igitur sine literis proprii diœcesiani, cujus est diœcesis, quæstum exercet, aut prædicationis officium (quod non nisi viros approbatos decet agere) ausus fuerit attentare, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat, & a beneficiis ecclesiasticis, si qua obtinet, per triennium sit suspensus, & per idem tempus sit inhabilis ad quodcumque beneficium ecclesiasticum obtinendum; præsis aliis quibuscumque, & statutis reuædiis semper salvis.

## XVII.

*Providet adversus excessus clericorum & religiosorum, quod sine literis ordinariorum ad audiendum confessiones non admittantur.*

Cum in ecclesiæ corpore omnes sicut membra locati debeant se invicem confovere, deviat ab ordine rationis, quod quidam propriis commodis nimis avide intendentes, dum quæ sua sunt student, non quæ Christi, affectissime procurare, aliorum juribus, & quod majus est, fama trahere detrahere moliuntur. Sane queruloſa infinuatione nostras pervenit ad aures, quod nonnulli clerici, seu religiosi, statuta sacrorum canonum super iis edita contemnentes, prælatorum ecclesiæ famam detractionum morsibus lacerare, ecclesiarumque juribus detrahere, & prajudicare conantur. Nos igitur insaniam hanc cupientes ab ecclesiæ corpore tollere extirpare, quatenus membrorum debita invicem connunctione servara sub unitatis, & charitatis vinculo acceptabilis exhibeatur altitimo famulatus, hoc perpetuo jubemus edicto, quod clerici, seu religiosi ab hujusmodi detractionibus linguas suas studeant refrenare, nec ecclesiasticis juribus detrahant, aut sibi ad invicem prajudicando, non populos retrahant ab ecclesiarum parochialium frequentia vel accessu, sed super sepulturis, decimis, vel primitiis, & aliis ecclesiarum juribus sacros studeant canones inviolabiliter observare. Quod si quisquam prædicatorum deinceps prælati alicujus famæ publice & injuriose detrahere, aut diffamatorios libellos dictare, scribere vel in publico loco legere, vel affigere attentaverit, vel procuraverit, excommunicationis sententia ipso facto sentiat se ligatum, a qua nullatenus possit absolvi, nisi prius coæquali publicatione laceratam famam studuerit reparare, & a sic offenso veniam humiliter postulaverit: districtius injungentes inviolabiliter observari constitutionem dominii Bonifacii VIII. quæ incipit: *Animarum studeat*: & illam dominii Clementis, quæ incipit, *Religiosi*: diœcesanis, aliisque locorum ordinariis esse licitum decernentes, quod postquam eis constiterit aliquem seu aliquos de prædictis in excommunicationis sententias occasione præmissorum incidisse, ipsos excommunicatos faciant publice nunciari, donec de absolutione eis fuerit facta fides: nemon circa prædicationis exercitium, vel audiendum confessiones, vel super juribus sepulturæ, Clementinam, quæ incipit: *Super cathedram*, fab obtestatione divini judicii præcipimus tenaciter observari.

Ceterum quoniam ubi periculum majus inest, solertior debet adhiberi cautela; ne animarum saluti, per quemquam confessoris officio abutentem illudi valeat, aut ipsum officium debite peragentium fama iniquorum abusibus maculetur; statuti hujus tenore sancimus, quod nullus clericus sæcularis sine diœcesani vel ordinarii ecclesiastici, cui hoc pertinet, vel ipsorum vicariorum, vel officialium ad hoc habentium potestatem, aut proprii curati licentia, in ecclesiis parochialibus, ad audiendas confessiones, etiam super casibus episcopalibus sine diœcesani literis admittatur: quas literas ipsi diœcesani, aut eorum vicarii generales clericis, quos adhuc constabit esse sufficientes & idoneos, quosque ut præfertur, duxerint admittendos eisdem, gratis & spontanea voluntate concedere & tradere teneantur: in quibus quidem literis casus episcopales, quos eis concedere voluerint, expriminatur. Quos casus, cauta in genere, ac directe per curatum ecclesiæ populo, antequam ad audiendum confessiones admittantur, præcipimus intimari; ut pareant in aliis casibus, quam expressis in sua litera, de casibus episcopalibus absolvendi potestatem aliquam non habere.

Ut religiosi in sacramento pœnitentiæ & con-



ANNO CHRISTI 1429.

confirmarionis reddantur attenti, hoc statuto salubri in virtute sanctæ obedientiæ prohibemus, ne religiosi, prius quam juxta constitutionem Clementis, *Super cathedram*, per eorum superiores electi, præsentati, & per ordinarios ad confessiones admisi fuerint, confessiones sæcularium audire præsumant: nec locorum ordinarii aliquos admittant, nisi, ut præfertur, per eorum superiores ad hoc prius electos & præsentatos; sicque electi, præsentati & admissi de casibus ab episcopo reservatis nullatenus se intromittant; nec super eisdem casibus reservatis, quemquam absolvere audeant, nisi litteras super absolutione hujusmodi a locorum ordinariis prius obtinuerint: in quibus quidem litteris casus episcopales, quos eis concedere voluerint, exprimantur: easque litteras curatis ecclesiarum exhibeant, ut ecclesiæ populo patefieri valeant, ut est dictum: idemque ordinarii gratis, sine solutione aliqua tales litteras eisdem religiosis, quos ad hoc reputabunt idoneos tradere teneantur. In Domino exhortantes prælatos, & ordinarios ecclesiasticos, ut circa religiosos præfatos charitative se habeant, ut tenentur: per prædictam tamen prajudicare nolumus, quibus de jure communi vel induto sedis Apostolicæ aliud competit in præmissis.

## XVIII.

*Quod ecclesiarum prælati bona decedentium, qui de bonis suis debite disposuerunt, non audeant occupare.*

Ecclesiarum prælati bona decedentium religiosorum, quibus permissum est secundum statuta vel laudabiles consuetudines de bonis a Deo sibi collatis disponere, nullatenus audeant occupare, si per eosdem religiosos, juxta statuta, vel consuetudines prælibatas de bonis prædictis fuerit ordinatum: donec tamen in eorum dispositionibus suis relinquant prælatis, quæ debentur eisdem, secundum statuta vel consuetudines laudabiles memoratas. Idem esse censemus de bonis clericorum sæcularium decedentium, si juxta formam provincialium vel synodalium constitutionum sua ordinaverint testamenta vel ultimas voluntates.

## XIX.

*Quod medici non visitent infirmum ultra tertiam vicem, qui in illa infirmitate non fuerit confessus.*

Dilectionis debitus ordo pervertitur, si medicinæ corporis prius & diligentius, quam fauandis animæ vulneribus intendatur. Sane licet in facro concilio generali fuerit districte præceptum, quod medici corporis, cum eos ad infirmos vocari contigerit, ipsos ante omnia moneant, & inducant, ut medicos advocent animarum: ut postquam fuerit infirmo de spirituali salute provisum, ad corporalis salutis remedium, salubrior procedatur: ipsum tamen salubre, ac utile statutum, aut oblivione aut contemptu, frustrari cernitur debito observationis effectu. Propterea cupientes, quod pro animarum salute tam utiliter dignoscitur statutum, debita executione potiri: universis corporum medicis districte præcipimus & mandamus, ut ipsum statutum fideliter observare: ipsi tabidominus sub excommunicationis poena, quam incurrere volumus ipso facto, mandantes, ut nullum infirmum ultra tertiam vicem visitare præsumant, de quo non sciant, quod in illa ægritudine salutare pœnitentiæ sacramentum susceperit: adjicientes, ut cunctis nota sit præfens constitutio quod locorum ordinarii saltem quater in anno, videlicet in festo Nativitatis, Resurrectionis Domini, Pentecostes, & Assumptionis Virginis gloriosæ, teneantur, in principalioribus ecclesiis suæ diœcesis, vel territorii, constitutionem hanc facere publicare.

## XX.

*Quod circa Saracenos observetur Clementina.*

Zelus divini honoris nos commouet, ut quod tam patenter in offensam divini nominis cedit, & quod ut opprobrium fidei Christianæ dispendere & evellere pro viribus enitimur, zelatorem ipsius principem veræ fidei, vigilemque cultorem dominum Aragonum regem, omnesque ipsius ditionis prælatos, barones, nobiles, & milites ac universitates monemus, & per viscera misericordiæ divinæ obsecramus, quatenus Clementinam de Judæis & Saracenis, sic prout ad unum quemque pertinet, observent: eisdem nihilominus injungentes quod sanctorum canonum, conciliorum provincialium & synodalium statuta, ad Dei honorem & exaltationem fidei Christianæ contra Judæos & Saracenos, & in opprobrium ipsorum edita, quatenus inviolabiliter observentur, opem & operam adhibeant efficacem, & ab eorum subditis teneaciter faciant observari: ut plenaria observationis executione clarescat, & pro tanto serviturtis obsequio diutinæ propitia-

tio-

tionis munere potiantur, si divinam & Apostolicas sedis Apostolicæ effugere voluit ultionem.

Publicatæ fuerunt supradictæ constitutiones omnes & singulæ in concilio provinciali, de mandato reverendi domini legati, anno, die, mense, loco prædictis, præsente me Wenando de Castravio clerico Laffurensis diœcesis, publico auctoritatibus Apostolica & imperiali notario, ac adforum in dicto concilio scriba: in quorum testimonium hic me propria manu scripsi, & signum meum, quo utor in publicis instrumentis, appofui consuetum.

Loco † signi.

His peractis, & super eis retentis publicis documentis, reverendus dominus legatus, licet benignus est atque dulcis, conductus ibi præsentes benigne allocutus est, dicens, per Dei gratiam finem adelle concilii: gratias ex ibi magna humilitate & urbanitate veniam ab eisdem, si cuiquam eorum particulariter vel in communi displicuisset, vel fuisset ingratus offerens se factuarum apud dominum nostrum Papam & sedem Apostolicam pro ipsis in com-



munis & in particulari quidquid posset: dans eis licentiam liberam quando vellent ad propria redeundi. Tunc ibidem conclii episcopi, prælati, abbates & ceteri affurgentes, & genua flectentes humiliter, ab eodem domino legato, quia ita reverenter, licut decebat, & tenebantur, non fe habuerunt erga eum & fuos veniam postularunt: supplicantes ut plenariam indulgentiam & remissionem omnium peccatorum in mortis articulo cuilibet eorum qui præsentes in concilio fuerunt, & ita qui ad conclium debite miserunt, juxta facultatem super hoc ci concessam, de specialis gratia concedere dignaretur. Quod idem dominus legatus fecit liberaliter, & concessit juxta facultatem in scriptis dedit Apostolicæ Romæ descriptam. Hæc indulgentiam & gratiam præfati omnes & singuli pro ipsis, & pro illis per quos missi fuerant, cum humilitate & devotione petegrarunt: & solemni benedictione ab eodem domino legato recepta ad propria funt reversi: sicque concilium hujusmodi præfatum Dominus Jesus Christus finem obtinuit feliicem & optatum.

## CONSTITUTIO

Facta per venerabilem in Christo patrem dominum Henricum Chichley, Cantuariensem archiepiscopum, in convocatione prælatorum & cleri Cantuariensis provinciæ, in ecclesia cathedrali sancti Pauli Londini incœpta xx. Februarii, anno Domini MCCCCXXX. pro abolitione ponderis, vocato le Auncell Weight.

*Ex reg. MS. in officina prædicti Archiepisc. contenuto. Conferatur Spelman. Concil. vol. 3. p. 850.*

SNeclentia mundi malitia fenali more lascivens contra salutarem majorum constitutiones & monita, conatur in dies, & adeo grassatur in vetita, ut nil diligentia pastorali, quos Dei timor a malo non revocat, faltem dilectionis rigor compellere, per impunitatis audacium calcatis legum habenis, tam Dei quam hominum in omnia licentia excurrerent præcipitia vitiorum. Sunt namque, fenti publica voce proclamat, & ipsa rerum magistra experientia manifestat, in nonnullis civitatibus, burgis, & locis aliis nostræ Cantuariensis provinciæ, callidi piscipue emptores, qui sine salutis immemores, foleant a plebeis simplicibus & ab aliis janam, linum, mel, & ceram, ac alia hæmatis usibus requisita, per mensuram majorem & per pondus majus, vocatur communiter le Auncell, alias Scheff, seu Pounder, emere fraudulenter; & per alium mensuram minorem, & per pondera minora, vocatur *le wyte de pyes*, alias *wyteyng weyght*, eidem fimiliaque, & alia ferrum, chalybem, picem, resinam, & alia mercimonia vendere, in grande fauum periculum animarum, & expoliationem pauperum & simplicium hujusmodi mandatorum, & aliorum intolerabile detrimentum: non curantes advertere, quia præfatum poudus, Auncell vulgariter nuncupatum, propter mendacia abditar falsitatem & fraudes in ea latentes, & per idem iustitatas, nudum lege divina, qua dicitur, *Statera dolosa abominatio est apud Deum*; & alibi, *Non habebitis in Sacculo diversa pondera, majus & minus; nec erit in domo tua modius major & minor. Pondus habebitis justum & verum*, &c. Ac etiam canonicis institutis & constitutionibus Ecclesiarum patrum in genere, regiis etiam canonicis institutis & constitutionibus fanctorum patrum in genere, regiis etiam statutis sub pœnis forisfactiræ omnium eo pondere & optorum & carceris per duos annos, nominatim & in specie prohibetur: neque veretur eorum contraventionis sententiam in omnes & singulos, facto, verbo, vel conilio venientes contra magnam cartam libertatum Anglia, vel aliquem ejus articulum; in qua cadem cavia, inter cetera continetur, quod *una mensura, & unum pondus sit per totum regnum*; ab omnibus archiepiscopis & episcopis Angliæ solemniter fulminatam, atque per fedem Apostolicam plurimi confirmatam, licuti in constitutionibus provincialibus bonæ memoriæ I. Peccham apertius continetur.

Quilimamo, quod amplius est dolendum, & fluti emptores hujusmodi, ut ex errore cæcus multiplicius in erroren, dum de dicti prohibiti ponderis le Auncell exercitio vel abusu notorii malumque per omne fas & nefas publice non convinci, pluries & frequenter in anno, cum per officiatios dominii nostri regis, videlicet, justiariorum pacis, clericorum pacis, conservatores, five elcaetores, & alios, deusu, quin potius abusu fæpedicti ponderis, in singulis suis sessionibus specialiter inquirentes, sub violentia juramenti nullis facrosanctis per eosdem prælati, ti, judicialiter onerentur omnem in ea parte dicere veritatem, abusum nihilominus five exercitium hujusmodi fciente voluntariaque concessione; & per ceteros in hujusmodi judicum & officiatiorum regiorum sessionibus, & aliis dominorum temporalium curiis, cum pluris pati juramento adhibito, minis nonnonquam & terroribus concelati fariunt & procurant, pœnas rendum crimen perjurii annuatim bis, ter, & ut pluries damnabiliter incurrendo, & in ipsum complices fuos prædictos mala malis accumulantes, execrabiliter inducendo. Et hi omnes tot & tantis fceleribus involuti, ipsa præ- textu radicaræ confuetudinis pro nihilo reputantes, absque voluntate fatisfactionis de fic male quæsitis, feu peccata fua hujusmodi dimittendi impœnitentes, ad facramenta ecclesiæ se ingerunt impudenter, in animarum fuarum periculum graves mortis peccatorum exemplum quamplurium ceterorum. Et quamquam universos & singulos transgressores prædictos, ut a prædictis fceleribus sub pœna excommunicationis majoris omnino desisterent, plures, sufficienter ac legitime monuerimus, & per suffraganeos nostros moneri fecerimus in spiritu lenitatis; nihilominus perpetuæ hucusque parere curaximus, ipsorum plures, immo quod dolemer referimus, præ omnes avaritiæ cœcitate perculsi, dum fictiones quasdam, * prorsus * non desiderant, aut disponendo animarum a vitis vetustis malitiæ contumaciter ac indurattis animis negligunt declinare, &c.

Ne igitur de cetero videamus tam notorios & enormes filiorum excessus sub conniventia præterire, fic, quod sanguis eorum de nostris, quod absit, manibus aliis requiratur; volentes animarum falutí de congruo in præmissis remedio providere, ultimi provinciali concilii nostri auctoritate fulfulti, omnes & singulos nostræ Cantuariensis provinciæ subditos, scientes a tempore publicationis præsentium, in posterum A quocumque pondere, flandardo regio notabiliter discordante, & præcipue dicto pondere, *le Auncell, Schefe, seu Pounder* vulgariter nuncupato, qualitercumque uterentur utive facientes, eisdem vel eorum aliquo, aut ea seu eorum aliquod apud fe scienter, contumaciter, & temere occultantes seu retinentes, majoris excommunicationis sententiam fluatimus, ordinamus, & volumus incurrere ipso facto: Quorum absolutionem, locorum ordinariis aut eorum pœnitentiariis de quibus potestatem habentibus, specialiter reservamus.

Insuper ut hujusmodi delinquentum facinora eo amplius evitentur, quo ipsi delinquentes excommunicati solemnius fuerint nuncuati, dicto provinciali concilio approbante, præcipimus, quod omnes & singuli transgressores prædicti, singulis cathedralibus & parochialibus ecclesiis, necnon capellis in quibus ecclesiarum more divina celebrantur officia, nostræ provinciæ antediictæ, quotiens in anno, una cum ceteris sticulis, majoris excommunicationis sententia excommunicati publice in genere nuncientur, cum instigatione reservationis absolutionis prædictæ.

### OBSERVATIO PHILIPPI LABBE S. J.

*Habitum fuisse Narbonæ anno 1429. provincia Concilium monetarias alias vis illudabilium Ex Francisco Bernardo Episcopus Monti-Pessulani, sed qui illi præfuerit, quis affuerint Antistites, quid in eo tractatum sit, penitus ignoramus. Appendici reservatur, si ejus, aliquive beneficio nostras forte tenias in manus.*

## CONCILIUM NARBONENSE

Ex Mansiae Thef. Anecd. tom. 4. p. 351.

### Anno MCCCCXXX. celebratum.

*Ex MSS. illustrissimi episcopi Montispessulani & domini Marchionis Dauhadi.*

NOverint universi præsentes pariter & futuri, quod cum auctoritate & mandato reverendissimi in Christo Patris Domini nostri domini Francisci Narbonensis divina fanctæ primæ sedis Narbonensis archiepiscopi & primatis factum provinciale concilium celebraretur Narbonæ & in capella D. M. Magdalenæ palatii archiepiscopalis Narbonensis, sedente & præsidente reverendissimo in Christo patre & domino D. Petro eadem gratia Castrensi episcopo, commissario vicariatus & videgerentis in hac parte dicti domini Narbonensis archiepiscopi, vocatis litteratorie auctoritate & mandato ejusdem domini archiepiscopi reverendissimi in Christo patribus dominis G. Biterrensi, G. Carcassonensi, B. Magalonensi, P. Lodovensi, B. Uticensi, J. Elnensi, J. Agathensi, B. Nemausensi, V. S. Pontii Tomerianum & P. Ulestensi episcopis fanctæ Narbonensis ecclesiæ & ejusdem reverendissimi domini nostri Narbonensis archiepiscopi suffraganeis, & aliis evocandis, prout in litteris patentibus ab eodem domino nostro Narbonensi archiepiscopo emanatis, & relpondentibus inde factis per eosdem dominos suffraganeos latius continetur. Hinc fuit & est quod sedente eodem facro provinciali concilio in capella & coram domino præsidente supradicto, hac die lunæ de mane intitulata XXIX. mensis Maii, sub anno nativitatis Christi MCCCCXXX. indictione octava, pontificatus SS. in Christo patris & domini nostri domini Martini divina insipiratæ gratia papæ quinti anno XIII. præsentibus tunc in dicto facro provinciali concilio, & dicto domino præsidente, assistentibus ac coram eodem comparentibus, dictumque facum concilium tenentibus & celebrantibus una cum dicto domino præsidente reverendis in Christo patribus dominis G. Biterrensi, G. Carcassonensi, P. Lodovensi, B. Uticensi, J. Agathensi episcopis, & venerabilibus viris dominis Jacobo de Gaudiaco licentiato in legibus, Joanne Olcherii archidiacono Villæ-Franche Confluentis in ecclesia Elnensi, Vitale Rossinelli, Joanne la Sancha licentiato in legibus Petro de Canbonetes, in legibus baccalaureo, reverendorum in Christo patrum dominorum, Magalonensis, Elnensis, Nemausensis, S. Pontii Tomerianum & Elestensis episcoporum substitutum & legitime excusatorum procuratoribus, five vicariis cum legitima potestate ad hæc destinatus, una cum quibusdam aliis *in dicto* facro provinciali concilio convocatis, pro parte dictorum dominorum Biterrensis, Uticensis, Agathensis, Magalonensis, Elnensis, S. Pontii Tomerianum, Elestensis episcoporum, fuit dicto domino præsidenti oblata *cedula* scripta certas quæstiones continens *subscripta* propriis manibus dominorum G. Biterrensis, B. Uticensis, J. Agathensis, episcoporum, Jacobo de Gaudiaco Magalonensis, Joannis Olcherii Elnen-

ANNO CHRISTI 1418.

nensis, Joannis de La Sancha S. Poncii Thomerarum, Vitalis Rossinholli Nemausensis, & Petri de Camboneto Electensis episcoporum procuratorum, sive vicariorum, ut in legebatur, & prima facie apparebat, cujus quidem cedulæ tenor talis est.

Reverendissimo in Christo patri & domino Dominico Francischo Dei gratia Narbonensi archiepiscopo, vobisque reverendo in Christo patri & domino Petro eadem gratia Castrensi episcopo ejus vicario generali in hac sacro provinciali concilio Narbonæ in Spiritu sancto congregato, loco ipsius præsidenti, significant, exponunt, & requirunt reverendi in Christo patres & domini domini episcopi in hoc præsenti concilio existentes per vicarios ejus procuratores & legati aliorum reverendorum in Christo patrum Dominorum episcoporum suffraganeorum ejusdem abbentium, quorum nomina inferius scribuntur tam conjunctim quam divisim, prout & quemlibet ipsorum tangit ea quæ sequuntur.

Cum una sit sancta mater ecclesia catholica & apostolica, extra quam non est salus neque remissio peccatorum, ipsoque in cantico est proclamatore, *una est columba mea*, quæ corpus Christi mysticum repræsentat, cujus fuos per totum orbem fuos ubertate perfundens, unam domum novit, unius cubilis fanctitatem colit pudore cultodiens. Hanc igitur unitatem firmiter tenere & vindicare debemus, nos maxime episcopi, qui in ecclesia Dei præsidemus, et episcopatum unum atque indivisum probemus: Episcopatu quidem, in quo a singulis pars tenetur. Ecclesia quoque una est, quæ in multitudine adimplitudinem incremento fœcunditatis extenditur, testante S. Innocentio, qui ipsum instituitur ecclesias, nisi ex quo fanctus Christi vicarius Petrus aut ejus successores constituerunt. Et civitatibus enim ubi apud ethnicos erant archiflamines, gratissimus apostolorum principes archiepiscopos instituit præcepit: In reliquis vero civitatibus singulos episcopos vicos apostolorum gerere dominum docuisse dicebat. Si quis autem aliquem ex his fanctaliaret, gravissimam sibi inferet pœnam prædicabat, cunctos se invicem diligere & adjuvare debere, nemem ab adjutorio se fubtrahere instrebat: Cunctorum fuerdorum vitam superiorem, fanctioren & diferetam a secularibus & laicis hominibus esse debere dicebat, & episcopos claves ecclesiæ esse evangelizabat: omnes principes terræ & cœlestes homines episcopis obedire, capita fubmittere, & humiliare adjuvare, cultere præcipiebat: contradictores autem eis damnatos & infames usque ad fatisfactionem & a limiribus ecclesiæ alienos esse præcipebat. Et quia Spiritus-fanctus nutrix ecclesiæ pacis & unitatis dirigit maxime in unum propter Deum congregatos, ad lucidendam divisionem materiarum & ecclesiasticæ pacis unitatem fovendam, & propter ecclesiasticas causas & alterationes decidendas, defiderantes fancti patres in sexta generali synodo, omnem quantitatem remota, semel in anno convenire ad episcoporum: *Ut autem omnis ecclesiasticus ordo & sacra regula custodiatur, jubemus unaquaque provincia bis in anno concilia, patriarchem, primatem, metropolitanum, sanctum ipsi episcopi sub se confistentes in eadem provincia, fancti ante secundo per kalendas omnes*



A *ad se convenire, & omnes causas fubtiliter examinare, quas quilibet aut clerici aut monachi inter eos inviicem habent, ecs quidem disponere, & & super hoc quicquid extra regulas delinquitur a quacumque persona emendare, & causas quæ sunt inter episcopos vel inter archiepiscopum & episcopum in provinciali synodo debere definiri, & quæ sibi ipsi ecclesiæ, & non pertinent ad remissi debent. Item in provinciali synodo. Episcopi rebelles vel alii potentes, qui de fanctis non possunt sagi propter potentiam, debent annuatim synodaliter ingi ad concilium, ne patria vel respublica ledatur. c. Studendum dist. 90. Maxime episcopi inter se ad concordiam facionem debent excitium prædere. Cap. Precipimus dist. eadem 90. & *fic se habere debent episcopi, ut confodes pacis ad concordiam aliorum erigendam & foverndam: illam multo magis inter se fovere debent, cum fint fignum ad fapientem. Indebeinter enim & pacem remanentes synodus dumnare debet, vel reos declarare.* Sed prah dolor! hæ facrorum concilionum fitquentatio . . . . . convocatione recordetur, & cum multi errores, multa fcandala, divisiones & litium anfractus inexplicabiles fufcitati fuerint inter perfonas ecclesiafticas, a multi etiam abulse intrusfuisti sordidissimis canonicis & juris communis dispositionem in grande præjudicium publicæ justitiæ, & non mos animarum periculo ecclesiasticique status pene totalem fuverfionem, ita ut quæ fub debito juris ordine posita existerent, nulla de præsenti regula gubernentur, fed potius fub quodam effrenati ambitioni voluntate difcurrant. Nam quamvis quilibet metropolitanus habeat, ex juris communis dispositione, fnam jurisdictionem metropolitanam limitatam, & ordinatam in fubditos . . . . . fuorum fuffraganeorum, & non nisi in certis casibus & fecundum certam formam in jure latius expletam: nihilominus tamen in vestra reverendissimi in Christo patris & domini domini F. Dei gratia Narbonensis archiepiscopi prædicti absentia, officiales, procuratores, & alii officiarii curiæ vestræ metropolitanæ, nos & officiales vestros in exercitio jurisdictionis nostræ ordinariæ, pro directione pastoralis officii nobis commissi cancesse, de facto multipliciter temporibus præceritis perturbarunt, & peramplius perturbare fatagentes, abusus scandalosos in totius jurisdictionem nostræ spiritualis prejudicium dictim de facto, quos fovere adversantes, contra dispositionem juris introducunt, & continue introducere nituntur, prætextu quorum totaliter nobis jurisdictionem prædictam de facto enervant, annullant, & subvertunt, nos in litigiis & quæstionibus variis in diversis curiis etiam super eisdem dampnosis & scandalosis contendunt, & diversimode inquietando, non absque gravibus dampnis & scandalis personarum & ecclesiarum nobis commissarum.

Primo namque quotiescumque contingit a nobis feu officialibus nostris in quibuscumque causis tam criminalibus quam civilibus, sive a præparatoriis judiciorum, sive ab interlocutoriis ante definitivam ad certam vestram metropolitanam appellari, judex vester appellationum indifferenter antequam sibi constet an appellatio fit emissa ex causa probabili vel non, antequam incepertit cognoscere an, ex causa sic vera vel non, & sic antequam lit



B judex, antequam sibi constet de * apostolo. A quam petitione & datione, & quod deterius est, antequam aliquo sibi modo constet de appellatione, ad simplicem partis alterius nem appellatie se afferentis, litteras inhibitorias contra officialem a quo appellatur, ordine juris totaliter præternitto, concedit.

Item, ello quod & quotiescumque ex officiali vestro appellationum confiteretur de appellatione, antequam dicta appellatio dicto officialibus nostris, seu alteri a quo est appellatum, intimata fuerit, & antequam apostoli fuerint petiti & dati vel denegati, dicti officiales vestri appellationum litteras inhibitorias fimiliter concedunt; ex quibus sequuntur multa graviffima incommoda.

Primo, quia non judex in casu prædicto habuerit vero judicé & naturali, a quo & fibi citandi mandat & inhibitiones, limo per quodam inditionem jter, obnisio appellationis articulo, intrat materiam principalem, nos & officiales nostros graviter vexationibus & expensis multipliciter vexando & perturbando: in tantum quod ut plurimum cogunturejusmodos dimittere impunitos.

Item etiam, cum fæpe contingat tales appellantes per fubterfugia volentes fe a via justitiæ fubtrahere per ipsa exquisitas, cum breviatis clausuri multiplicant nos & juridiciones nostras perturbando, tandem post omnia remoda per nos expensis & laboribus adhibita, per eum cursum vestrum postremo modo prædicto fraudulentaiter : adeo quod jura divina, & ecclesiarum nostrarum liberates cum illis modis penitus confundunur.

Item, quoad fuppotto quod vestes judex appellationum aliquando remittat nobis causas feu officialibus nostris, hoc facere ut plurimum folet fub tali conditione, dominus non dum duxerunt revocandas; & fic poft triduum iterum eas ad fe revocabit: quod nobis eft deriforium & inutile: & quandoque dum judex appellationum vestræ remittit aliquam causam & officiali nostro mandat patrem quæ appellaverat coram fe citari, dicta pars iterum ab officialibus nostris aut eorum aliquo & a concellione citationis appellat, & obtinet incontinenti litteras inhibitorias a dicta curia metropolitana, & proceditur ac si causa non fuisset remissa.

Item, quod graviffimum eft judex vester appellationum prætendit, & officiales nostros ad hoc compellere [illegible] ad quando tales appellantes, ut supradictum est, in carceribus nostris existentes, quemadcumque appellent, etiam ante definitivam sententiam, & antequam fuerit discussus articulus appellationis, debeant ad ipsum & curiam vestram, fi non fint in ista metropolitæ, & addici ejusdem curiæ nostræ, fi interventus non habuerit de quo . Ex quibus clarissime apparet, qualiter omnimodam jurisdictionem nostram, fine qua officium pastorale commode exercere non potest, penitus confundere, enervare, & annullare dictum officiarii prædicti in totalem subversionem jurisdictionis ecclesiasticæ nostræ. Et hæc sub protestatio quarumdam prætentarum consuetudinum, si afferunt: quæ tamen nullo modo debent, neque poslunt tolerari, fed potius per vestrum reverendissimum paternitatem reparari, reformari, & ad dispositionem juris com-

* ad. pro notione.

* ad. appellationum.

* ad. citationem.

ANNO CHRISTI 1430. n. 41. Quæ sunt quæsitum.

communis & sacrorum canonum redigi.

„ Item, judex vester appellationem etiam „ ubi nulla intervenit appellatio, nititur ad „ simplicem requisitam criminosorum citare, „ monere, inhibere, & nonnumquam mandare „ officialibus nostris quod si quas informationes „ habeant, etiam coram ipso illas portent, inhibendo interim.

„ Item, judex vester appellationem compel- „ lere nititur officialis nostros obedire suis li- „ teris in casu appellationis, dum contingit „ appellari ab aliquo officiali foraneo nostro ad „ ipsum judicem vestrum appellationum, omis- „ so principali officiali nostro.

„ Item, nititur compellere vester judex ap- „ pellationum capellanos & notarios nobis sub- „ ditos ad exequendum mandatum vestræ cu- „ riæ metropolitanæ, sed commissionem ipsam, „ si eis fuerit aut præsentetur in causis appel- „ lationum sine medio annexarum officialium „ nostrorum.

„ Item, compellere nititur vester judex ap- „ pellationum subditos nostros per verbum *Man- „ damus* ad suscipiendam delegationem certo- „ rum articulorum, in causis appellationum „ absque medio annexarum officialium nostro- „ rum.

„ Item, dictus judex vester appellationum „ de facto compellit per verbum *Mandamus* „ subditos nostros, non considerata etiam ma- „ gna distantia diversorum locorum, ad ve- „ nicendum apud sedem metropolitanam, pro „ perhibendo testimonium veritatis in causis ap- „ pellationum.

„ Item, vester judex appellationum compel- „ lere nititur subditos nostros ad subrogandum la- „ laria advocatis, procuratoribus, & notariis, „ pro causis & processibus appellationum in di- „ cta curia agitatarum, & officialibus nostris „ scribit per verba *Mandamus*: ubi tamen „ de jure per verbum *Requirimus* scribere de- „ bet.

„ Item, judex vester appellationum, si ille „ qui appellavit, vel etiam appellatus, sit de „ aliena diœcesi, quam illius in qua fuit lite- „ gatum & a qua fuit appellatum, processu & „ principalis causæ aut articulo appellationis „ pendente, ad aliam diœcesim se transferat, „ nititur tales citari vel moneri facere per offi- „ ciales nostros per verbum *Mandamus*, licet „ ab eis non fuerit appellatum.

„ Item, dum appellatur per subditos nostros, „ quando per arbitros fi contigerit compromit- „ ta, gravantur, & ad dictum curiæ metropo- „ litanam omissis officialibus nostris recurritur, „ judex vester appellationum de facto tallibus „ appellantibus litteras in causa appelli conce- „ dit etc.

„ Item, de licet nos episcopi nostros habea- „ mus officiales, qui præsunt justitiæ civiliter „ & criminaliter, nec de justitia nos intromit- „ tamus, propter quod citabitis & judex vester „ appellationum fua mandata debet nostris of- „ ficialibus dirigere, & non nobis: nihilomi- „ nus dictus officialis & judex appellationum „ nobis mandat inhibendo fub pœnis pecunia- „ rii & excommunicationis & nos adjornari „ facit, licet fcitat nos de ipsis causis nullate- „ nus intromittere, deprimendo statum dignita- „ tis pontificalis, & aliquos ex nobis mandat „ citari & cadaphallis ecclesiarum nostrarum, „ civitatum, & diœcesim.

„ Item, & quia quandoque contingit, fuper

A causis matrimonialibus a nostris curiis ad vestram curiam metropolitanam appellari, cum partium in vestra curia, una obtinet, aliam trahere niuntur ad inquestam, dicentes ipsam fallo & indebito matrimonium advocasse, & testes corruptile & fuborna ffe, licet fi ita fi, cognitio ad nostras curias fimpliciter debeat de jure pertinere. Et quia nedum Christi auctoritate, fed totius ecclesiæ catholicæ auctoritate & publica a principio introductum & inconcuffo obfervatum, dum contingit diœcesis fuos habeat episcopos tamquam ordinarios in causis ad fuam jurisdictionem de jure fpectantibus, & quod quilibet a fuis judicibus non a peregrinis, nisi in certis casibus a jure exceptis, reprimatur, nec per archiepiscopos judicetur, nisi in casibus a jure permissis, alias confusissimus ordo confundetur, & unicuique jurisdictio fua non fervetur c. *Pervenit*. 11. q. 1. Regula enim traditur negative, quod archiepiscopus nullum habet jurisdictionem in fubditis fuffraganeorum, exceptis articulis a jure expressis, in c. *Pastoralis*, de officio ord. & *B. Calixtus* papa 9. q. 3. fic dicit, *nulles prelatus, nullus metropolitanus diœcesim vel parochiam aut aliquem de alienis parochiis excommunicare vel judicare, aliquidve agere absque diœcesani conscilio vel judicio audeat; sed hoc observetur, quod ab apostolis statutum, & decessoribus nostris, & a nobis confirmatum exstitit. Si qui metropolitanus, nisi quod ad suam parochiam pertinet, sine consilio & voluntate omnium comprovincialium episcoporum extra agere aliquid contenerit, gradus sui periculo subjacebit, & quod egerit irritum erit & vacuum*. Ad idem in c. *Solon*. eadem quæstione & causa & in c. *Nullus primus* 9. q. 2. & in multis similibus. Unde metropolitani judicia in fubditos fuffraganeorum dicuntur peregrina. C. *Peregrina*, & c. *Legis* eodem 9. q. 3. alias provinciæ & regiones inhonorantur, fi in fuis ordinariis obfervationes juridicæ non ferventur; & Honorantur, fi in fuis ordinariis & obfervationibus jurisdictionis eorum reipublica non fervetur. c. *Scitote* 6. q. 2. Et quia Remenfes archiepiscopi abutebantur, hunc ordinem juris communis perturbando, idcoo felicis recordationis dominus Innocentius papa IV. ordinem juris redintegrans, & abusus prædictos revocando inftituit decretales, quæ incipiunt *Romana ecclesia*. *De rua tem* in volum. fexti libri. Attendatur, ut fimiliter credimus, ad præmissa, & quod talia enormia non poffint, neque debent falva conficientia tolerari, nec conftitere : prædictos abusus faltem pro majori parte ad difpofitionem juris communis ipfos reducendo. In ecclesia Carcaffonenfi etiam intervenit justa & laudabilis transactio inter nos & nos episcopos Carcaffonenfes, ut ejus serie plenius continetur. Adventere etiam poteft reverendiffima patriarcha ad chriftianiffimum regem Francorum qui nunc regnat, qui poftquam coronam regni, patre de medio fublato, affumit abusus quibus fui officiarii in toto regno & præcipue in partis Linguæ Occitanæ ut nitebantur, revocavit, & in melius fuam justitiam reformari mandavit, ad fupplicationem prælatorum, baronum & nobilium regni fui. Idcoco nos episcopi præfentes & procuratores reverendorum in Christo patrum & dominorum episcoporum abfentium fubfcripti, cum communiter quam diviim, fuffraganei vestri



ANNO CHRISTI 1430. n. 42. Cæt.

prædicti, prout quemlibet nostrum tangit, & majorem partem hujus concilii provincialis facientes, vos quantum cum Deo possumus caritative requirimus, & rogamus, & exhortamur & summamus, ut prædictos abusus fuperius declaratos reformare, & ad juris communis difpofitionem, vestris terminis contenti, reducere velitis : attento quod ex prædictis nulla aut faltem modica vobis utilitas acquiritur : nobis & ecclesiis nostris totalis fere fubverfio & intolerabilis abusus confequitur; litteque etiam, fi quæ fint occasione premissorum, pacificare & quietare velitis proefertanes quod fi recufaveritis vel plus debito diffulteritis, de habendo recursum ad dominum nostrum Summum Pontificem, & ejus fanctam fedem apostolicam, & fi fuper quæstionibus generale proximæ futurum. Protestantes etiam quod ab hac die requisitionis præfentis in antea, per vos aut officiarios vestros in præmisdictum nostrum & ecclesiarum nostrarum jurisdictionem & officialium nostrorum nihil innovari debere. Et fi per vos innovatum aliquid fuerit, de illud tamquam attentatum revocari faciendo per dominum nostrum Summum Pontificem & ejus fanctam fedem apostolicam. De quibus requisitione, exhortatione, summatione, protestatione, & aliis fuperius declaratis, nos & quilibet nostrum petimus fieri publicum inftrumentum unum vel plura. Ego Guillelmus episcopus Biterrensis C. dico, requiro & aliias ago, prout fuperius continetur fcriptum propria manu. Ego Bertrandus Uticensis episcopus dico, requiro, & aliias ago, prout fuperius continetur fcriptum propria manu. Ego Joannes episcopus Agathensis dico, requiro, & aliias ago, prout fupra continetur fcriptum manu propria. Ego Jacobus de Gaudiaco vicarius & procurator domini episcopi Magalonensis abfentis, & vofumtate hujus fyni concilii, dico, requiro, & aliias ago, ut fupra continetur fcriptum manu propria. Ego Joannes Oderiti canonicus & archidiaconus Conflorensis in ecclesia Elnensi procurator domini Elnensis episcopi abfentis legitime excusati, non difcedendo ab alia requella per me hucusque facta concilio, nomine quo fupra, vestris, dico, requiro, & aliias ago, prout fupra continetur fcriptum manu propria. Ego Joannes Lafaoha vicarius & procurator domini administratoris perpetui S. Pontii Thomeriis abfentis & legitime excusati dico, requiro, & aliias ago, prout fupra continetur fcriptum manu propria. Ego Vitalis Rossinoli procurator reverendi in Christo Patris Domini Nemausensis episcopi abfentis & legitime excusati dico, requiro & aliias ago, prout fupra continetur manu propria. Ego Petrus de Chambonno procurator reverendi in Christo Patris & Domini Domini Petri Dei gratia Electensis episcopi in remotis agentis dico, requiro, & aliias ago prout fupra continetur fcriptum manu propria.

Quæ cedula tradita & lecta, de dicti domini præsidentis mandatu, in ejus majori & fufficientiori parte, præfatus dominus præsidens obtulit præfatis dominis fuffraganeis præfentibus & procuratoribus aliorum dominorum fuffraganeorum abfentium offendere, & exhibere fummarie & de plano, feu exhiberi facere per legitima documenta, præmeinentatis & confuetudines laudables, quas curia venerabilis metropolitana Narbonenfis habuit ab antiquiffimis temporibus citra, & habet de præfenti ultra quam jus tribuat. Et prædicta obtulit idem dominus præsidens una cum venerabili viro domino Petio ' Gardone canonico. Apteuß dicti dominii Narbonenfis archiepiscopi procuratore fifcali ibidem præfente, ad exonerandum & clarificandum animos & conficientias ipforum dominorum fuffraganeorum, & ne de, & octafione contentorum in præmissis cedula habeant de cetero vlam feu materiam queriandi, dicens ulterius idem dominus præsidens animum fuum declarando, quod in Biterrensi non intendit audire aliquos querimonias de dominis fuffraganeis ad dominum nostrum metropolitanum, cafu quo contingant hoc conficinon provinciale mutati Biterrensis, prout fuit factum, & fi fuper quæstionibus oblatis domini fuffraganei velint ad exonerationem conficientiarum fuarum informari, ollendunt hic in prompto jura & confuetudines curiæ præfentis metropolitanæ, & paratus eß hic & ubique recipere interruptiones, fi quæ allegentur & eas referre domino nostro Narbonenfis archiepiscopo. De quibus idem dominus præsidens & procurator fifcalis petierunt fieri publicum inftrumentum.

Et ibidem facta oblatione per dictos dominos præsidentem & procuratorem dicti domini archiepiscopi, prælibatos dominos Biterrensis episcopus manu fua fcripfit, & inde tradidit, & dixit, prout in quadam papyri cedula hujus tenoris.

„ Episcopus Biterrensis post oblationem fa- „ ctam per dominum præsidentem, dixit quod „ ipse libenter videret rationes & jura dominii „ archiepiscopi, prout ipse dominus præsidens „ obtulit, dum tempus haberet, quod erat ni- „ mis arctum, propter nimis celerem recessum „ a civitate Narbonenfi ad Biterrensem, ad „ concilium trium Batuum ibi tenendum per „ eosdem Patres fynti concilii, dico, requiro, & „ fictarios fuos ad hoc faciendum ubiqui quod „ ipse erat contentus, & offerebat ipsi domino „ præsidenti detiffere ab omnibus litibus motis „ inter dominum archiepiscopum & ipsum, in „ quibuscumque curiis tam spiritualibus quam „ temporalibus, fuper quibuscumque, octafione „ ut patum, ecclesiæ fuæ Biterrensis quocumque „ modo, & omnia tam in poffefforiis, quam „ in petitoriis, fubmitti fummariæ ordinationi „ dominii nostri papæ & curiæ fuæ de Rota, „ dumtaxat quibuscumque cavillationibus, & „ alterationibus advocatorum & procuratorum „ & etiam fuper aliquibus aliis gravaminibus „ traditis in fcriptis in quadam fupplicatione „ ibidem nomine dominorum fuffraganeorum, „ quæ fic incipit, *Reverendissimo*, &c.

Quæ cedula tradita & lecta, dictus dominus Biterrensis episcopus dixit, & aliias egit in omnibus & per omnia, prout in dicta cedula continetur. Dictus, inquam, dominus Carcaffonensis episcopus cum præjudicium fuæ tranfactionis habenus factæ cum curia metropolitana Narbonenfi, cui nullatenus per acta feu agenda in hoc provinciali concilio vult nec intendit derogare, dixit quod fibi videtur respectum domini Biterrensis episcopi fore justum & congruum rationi. Dominus vero Uticensis episcopus adhæsit opinioni dicti domini Biterrensis episcopi, ac tamen non intendit interare fuam cum domino nostro metropolitano. Jam prædictus autem dominus Agathensis episcopus dixit, quod non eß fua intentionis intrare litem cum domino fuo

ANNO CHRISTI 1450.

metropolitano, sed ordinet dominus noster papa Romanus pontifex, qui sibi videbitur ordinandum. Procurator domini episcopi Magalonensis dixit, quod persistebat in dictis cedulatis. Procurator seu vicarius S. Pontii Thomeriarum dixit quod persistebat in cedula supra oblata, sed non intendit ingredi litem, inconsulto domino suo.

Procurator Nemausensis dixit, quod persistit in supra cedulatis, retenta voluntate domini sui supra dictatis. Procurator vero Elcensis idem dixit, prout procurator Nemausensis. Procurator vero domini Elcensis dixit, quod volebat redigere in scriptis dicenda per eum super premissis. Dictus namque dominus Petrus Gardane procuratoria nomine dicti domini nostri Narbonensis archiepiscopi petiit copiam, seu facultatem videndi & palpandi contenta in dicta cedula per partem dictorum dominorum suffraganeorum tradita libi concedi, ut melius deliberare valeat super contentis in ea, contentis in dicta requesta, & aliis supradictis allegatis & altercatis, non consentendo quatinus possint præjudicare dicto domino archiepiscopo & suæ jam dictæ curiæ metropolitanæ. Et dictus dominus præsidens facultatem videndi dictam cedulam dicto domino procuratori concessit, & ad deliberandum super contentis in ea horam vesperarum dici præsentis eidem assignavit. De quibus omnibus & singulis dicti domini episcopi præsentes & procuratores, sive legati aliorum dominorum episcoporum absentium, & procurator dicti domini Narbonensis archiepiscopi petierunt, & requisierunt sic & utrique ipsorum fieri unum vel plura publica instrumenta per nos notarios infra scriptos, & quemlibet nostrum.

Ad quæ acta anno, die, loco, hora, indictione, & pontificatus, quibus supra, fuerunt præsentes venerabiles viri domini Joannes Payes licentiatus in decretis, Petrus Malesofie & testes vocati & rogati . . . . . .

. . . . . .

publicus & apostolica & imperiali auctoritatibus, & dicti domini nostri Narbonensis archiepiscopi notarius & scriba hujusmodi facti conclusi infra scriptus quæ communicando cum . . .

. . . . . .

dicta auctoritate apostolica notario de promissis omnibus instrumentum recepi.

Ad quam vesperarum horam per dictum dominum præsidentem dicto procuratori assignatam ad deliberandum super contentis in scripta cedula, . . . procuratoribus supra nominatis, & quibuscumque aliis dictum factum concilium continuantibus comparuit dictus Petrus Gardani nomine quo supra. Qui quidem procurator facta relatione obtationis factæ per dictum dominum Biterrensem episcopum, & alios prædictos super verbum, &c. dixit quod acceptabat præsentata, hoc tamen salvo quod interdum obediatur curiæ metropolitanæ, ut erat consuetum. Super cetera vero aliis contentis in dicta cedula quæ incipit, *Reverendissimo*, &c. dictus procurator respondit & replicavit ut sequitur.

Et primo respondit ad primum contentum qui incipit, Primo namque *quotiescumque contingit a nobis*, &c. in pede seu margine ejusdem articuli in hæc verba: Ille articulus habet duo, quæ competunt de consuetudine videlicet crimina authentica, & ab mandatur monesti nonnoviis.

Item, respondit ad alium articulum qui incipit *in curia metropolitana indifinitis talibus appellationibus*, &c. in margine dicti articuli in hæc verba: Verum est, si petatur humiliter, parte vocata & audita, si non probetur manifeste offensa, quod de jure est.

Item, ad alium articulum qui fic incipit *In die vero appellationum quando contingit*, &c. respondit idem procurator fic: Non est ita ut potuit in facto simpliciter; fed fi pars petat reenseri informationes, recenfentur & facta recenfione, fit jullitia.

Item, etiam ad alium articulum qui incipit fic: *Item etiam cum sæpius contingit tales appellantes*, &c. respondit idem procurator ut sequitur. Non intelligo, ideo declaretur melius ulterius.

Ad alium articulum qui fic incipit, *Item, quod supposito quod vester judex appellationum*, &c. respondit ut fuquitur; Salva reverentia non est ita, immo dicitur *dolere & pœnitere*.

Ad alium articulum, qui fic incipit, *Item quod gravissimum est judex vester appellationum*, &c. fic respondit ipse procurator: Hoc habet curia metropolitana de consuetudine.

Item, & ad alium articulum qui incipit, *Item, judex vester appellationum etiam ubi nulla intervenit appellatio*, &c. fic respondit: Non est ita, salva reverentia.

Et ad alium articulum qui incipit fic, *Item, judex vester appellationum compellere nititur officiales nostros*, &c. fic respondit idem procurator: Hoc competit de consuetudine curiæ metropolitanæ. Et hoc quoad primum caput dicti articuli, quod vero ad fecundum caput ubi dicitur *Et tamen si appellerat ab aliquo officiali forinseco domini Narbonensis archiepiscopi*, &c. fic etiam respondit in pede feu margine dicti articuli: Non est ita, immo appellatur ad metropolitanum ab officialibus Limosi, Villerubeæ & Capitis-flagni, qui sunt foranei.

Item, etiam respondit ad alium articulum dictæ requestæ qui fic incipit, *Item nititur compellere vester judex appellationum capellanos & notarios*, &c. in hunc modum: Ita habet curia de consuetudine.

Cetera ad alium articulum, qui fic incipit: *Item, compellere nititur vester judex appellationum subditos nostros*, &c. fic respondit: Ita habet curia de consuetudine, & ifte articulus est idem cum præcedenti.

Ad alium articulum qui incipit, *Item dictus vester judex appellationum de facto compellit, per verbum Mandamus*, &c. fic respondit: Ita habet curia de consuetudine.

Ad alium vero articulum qui incipit: *Item, iste vester judex appellationum compellere nititur subditos nostros*, &c. respondit fic: Ita habet curia de consuetudine.

Item, ad alium articulum qui fic incipit; *Item, judex vester appellationum, si ille qui appellavit*, &c. respondit fic; Ita habet curia de consuetudine.

Ad alium articulum qui incipit: *Item, dum appellatur per subditos*, &c. fic respondit: Ita habet curia de consuetudine.

Ad alium articulum, qui incipit: *Item & licet nos episcopi*, &c. etiam respondit fic: Ita petit fieri de jure, servatis servandis in talibus.

Item ad alium articulum dictæ requestæ, qui incipit: *Item & quia quandoque contingit*, &c. respondit in hunc modum: Non est verum, nisi fuerit appellationem dictam per officialem a quo,



ANNO CHRISTI 1450.

Quibus fe factis responsionibus ad singulos articulos dictæ requestæ, dictus dominus Petrus Gardani, quo supra nomine obtulit offendere & exhibere in posse curiæ metropolitanæ dictis dominis suffraganeis, & quibuscumque aliis ab eis deputandis summarie & de plano omnes & singulas confuetudines, quas dicta curia habet & alias fecit, dixit & egit in omnibus & per omnia prout supra. De quibus omnibus dictus procurator petiit de requisitis unum vel plura libi fieri publica instrumenta, hiis quæ præjudicate possent domino archiepiscopo non confentiendo. Et dictus dominus præsidens dixit, quod quatinus dicta requesta continet querelas aliquas contra dominum metropolitanum & curiam foam, illas per partem conclium non poffet terminare prout fpecialiter mandatur fanctæ fedis apostolicæ, quod non habet. Et ideo illas decidendas & terminandas remittit eidem fanctæ fedi apostolicæ, non per hoc intendens in aliquo præjudicare eidem domino archiepiscopo nec curiæ fuæ in pecitorio, nec possessorio fuo ad dictas querelas. Dicit autem domini Biterrensis episcopi, Lisiensis & Agathensis & procuratores feu vicarii dominorum episcoporum absentium, excepto procuratore Elnensi, dixerunt & protestati fuerunt, quod propter aliquam tolerantiam, fi quam factant obediendo, prout curia metropolitana prætendit, & dixit debere obedici in casibus expressis in dicta corum requesta, quod propter hoc non intendunt præjudicare corum juribus, nec novum jus domino archiepiscopo nec curiæ fuæ tribuere, nec dictas confuetudines approbare in peritorio nec possessorio. Præfatus dominus Carcassonensis episcopus dixit & protestatus fuit, quod per responsionem factam per dictum dominum præsidentem, feu per aliquos dicta, feu producta in hoc faero provinciali concilio non vult, nec intendit transfactionem fuam hactenus factam cum dicta curia metropolitana fuis protestationibus, præfatus autem dominus Joannes Olherii, quo supra nomine, dixit fe confentire responsioni dicti domini præsidentis, non tamen derogando requestis per eum factis, nec per responsionem dicti domini præsidentis inde fequutis, & nihilominus dictus dominus præsident non confentiens protestationibus & altercationibus hinc inde factis, quarinus poffint domino nostro Narbonenfi archiepiscopo præjudicare, dixit & respondit, obtulit & alias egit in omnibus & per omnia prout fupra. De quibus omnibus dicti domini episcopi & procuratores petierunt eis & eorum utrique fieri unum vel plura publica instrumenta per nos notarios infra fcriptos. Acta fuerunt hæc Narbonæ, & infra dictum capellam B. Mariæ Magdalenæ, dicto domino præsidente inibi more majorum pro tribunali fedente, & fenm facrum provinciale conclium tenente & celebrante una cum dominis episcopis præsentibus, & procuratoribus abfentium fuperius nominatis, anno, die, hora, indictione, & pontificatu, quibus fupra, &c.

ANNO CHRISTI 1451.

# VITA EUGENII PAPÆ IV.

EUgenius IV. natione Venetus, Gabriel Condulmerius antea vocatus, ex Canonico in Alga a Gregorio XII. in cubicularium affumptus, & in eodem Episcopus Senensis, & tandem Cardinalis factus v. Nonas Martii anno 1431. ad pontificatum evectus fuit. Stephanus Columna hujus potentiam & indignationem veritus, cum quibuldam fœdus percutiens, armatus contra pontificem arma fumpfit, verum a pontificis militibus fuga fibi confulere coactus fuit. Accidentat etiam eisdem pene temporibus tumultus, & variæ tragœdiæ excitatæ, his temporibus exortæ, quæ pontificis agritudine funt fopitæ. Angelotum una cum Francisco camerario nepote fuo Cardinalem creavit. Paulo post Sigismundum imperiali corona Romæ condecoravit. Per Nicolaum Portlarchiam bellis infestatus, populique seditione turbatus, mutato habitu fese clam Florentiam fugiuit. Ubi cum molestiis & tædio plenissimus commoraretur, justa Martini V. præsertim Concilium Basileense inchoatum est. Patriarcham Vitelechemum Romam legavit, & dignitate cardinalitia donavit, quod ejus industria & vigilantia non parvimoumenti machinationes extinctæ fuissent. Indevero Bononiam pertranseas arcem exædificavit, ac palatium reparavit. Cumque inchoatum Basileense Concilium inconcessa tentaret, sedisque Apostolicæ judicium sibi illicite usurparet, idem Concilium Basilea Ferrariam translatit. Qua de causa non tantum graves seditiones, verum etiam perniciosissimi schismata exortum fuit. Nam deposito Eugenio legitimo Pontifice Amedeum Sabaudiæ Ducem antipapam schismaticum creaunt, eique Felicia V. nomen imposuerunt. Ob graffantem pestem Ferraria item est Florentiam, habitisque utrobique de purgatorio & processione Spiritus sancti gravissimis disputationibus, Græca & Romana Ecclesiæ unitæ fuerunt: illudque de Spiritu sancto, purgatorio, Romani pontificis primatu, aliisque nonnullis fidei articulis crediderunt, quod Romana Ecclesia docet & profitetur. Tandem post multas bellorum perturbationumque vicissitudines, Romam rovertit, atque Nicolao Tolentinate ordinis S. Augustini religioso in sanctorum numerum relato, obiit VII. Kalendas Martii anno 1446. cum fedisset annos prope sexdecim. Post mortem ejus fedes duodecim diebus vacavit.

ANNO CHRISTI 1450.

ANNO CHRISTI 1451.

# COMEDIA ENARRATA

Quomodo Bohemi vocati produstique sint ad Basileensem synodum

CUm Bohemi in erroribus suis persisterent, & se primitivam ac Apostolicam ecclesiam ejectantes a Romana fede pertinacius evaririent, exulceratis nimirum animis ob Joannem Hussi & Hieronymi Pragensis exustionem, misus est in Germaniam legatus Julianus cardinalis titulo sancti Angeli, ut expeditionem appararet in rebelles Bohemos Romanus confuetudo Cruciatam appellat. Putabat enim Romanus Pontifex hanc gentem a Germanis facile posse superari. Verum res aliter evenit. Nam nobilitas Saxonica, Bavarica, tantum vicinis omnibus terrorem incusserunt, ut nihil aliud quam pacem optaret Germania. Rebus itaque non succedentibus, cum semper Bohemi superiores essent, quamquam a novo jam Pontifice Eugenio sententia anathematis damnati, optimum factu visum est, ut Basileam, ubi nuper indictum erat concilium, vocaretur. Quare cardinalis Juliannus ex consilio Joannem Polemarium Pontificii juris doctorem facetique palatii auditorem, & Joannem de Ragusio theologiæ professorem, ordinis Predicatorum tum procuratorem generalem, qui postea Argensis episcopus factus etiam in cardinalium numerum meruit recipi, titulum sancti Sixti indeptus. Qui cum Basileam venissent anno M. C. CCCXXX. mandatum Augustæ vocantur litteris ad concilium Joannem Mesbranæ abbatem, & Joannem Gelhusium ejusdem conobii monachum. Nam hoc humiliter propter detestationem ingenii & regionis suæ, cum experientiam in primis opus erat ad obeundas legationes. Abbas aliis negotiis diffentus non venit: Joannem tamen morbo paulo ante vexatum, & adhuc valetudine non satis confirmata, Basileam misit. Quo non multis post diebus Julianus quoque pervenit, ut promiserat. Is fratrem Joannem Gelhusium, & Hermannum Offenburgium, confultum Basileenses, primum ad Sigismundum Cæsarem, Feldkirchi tum agentem, deinde ad Fridericum ducem Austriæ mittit, pro componendo bello quod huic erat cum Philippo duce Burgundiæ. Fidem hoc ut reddita pace tuto liceret Basileam venire, non solum proceribus ecclesiasticis, sed & mercatoribus, atque adeo omnia quæ ad vitam pertinent importare. Hanc legationem obeuntes, litteras acceperunt a sancta synodo Sigismundo Cæsari reddendas, quibus Bohemi & Moravi ad concilium vocabantur: has ille mox in Bohemiam referendas curavit. At cum in Italiam proficiscretur, Imperialem a Pontifice coronam suscipiens, protectorem interim vice vicariam sacro concilio dedit. Wilelmum Bavariæ ducem. Porro cum synodus monita fuisset nostros conditiones pacis a Bohemis accipere velle, post fœdam illam fugam; arbitratus hoc ignominiosum esse, misit Joannem Milerium ordinis Prædicatorum theologum, & Joannem Gelhusium, qui commodum redierant, ut vicinum Bohemis populum confolarentur, & Moravos Bohemosque ad concilium ante vocatos ad venendum sedulo urgerent. Hi tertio Nonas Novembris Basilea discedentes, Moravithium verba (id est oppidum Bavariæ) iter



debuerit, & Joanne Bavariæ duce, ac aliis proceribus, fere cum ducentis & quinquaginta equis. Verum de Bohemis nullus aderat, quod Pilsenenses, & dominus Scharbergius salvum conductum non misissent. Id cum ex litteris intellexissent, effecerunt, ut ab Egerensibus & Eldenbergensibus nuntii Bohemorum Nicolaus Humpretius, secretarius majoris civitatis Pragensis, & Marthias Clumpezanus, præfectus Pilsensis, prodeuerunt, venerunque Egram cum decem & sexaginta equitibus ante diem Martii. Postridie apud marchionem Henricum Tocgius eleganti oratione Bohemorum nuntios salutavit, evangelicum illud sturpatus declamatque: *Pax vobis*. Mox ipsi propulserunt, quam atrocibus injuriis a nobis fuissent hactenus affecti, cumque rem exstitisse cauluam toc urrimque claudum. Gaudere se quod tandem spes affulsit, in audiendos adjudicandosque hoc tempore tuto prælitando disputatum est. Obsides postulant Bohemi, non quoivis, sed principes & nobilis. Id cum nostris non placeret, & res ita differretur, ad nuntios apud Egram clamantes, quo minus cum Bohemis procederet concordia per ecclesiasticos ilare & principes. Prodiit pietistimi principes Fridericus marchio Brandenburgicus, & Ludovicus, qui & pedtero die Illyrii, ut Bohemis pro Biberacum & Sulgovium aliquæ : in ecclesiæ & principes Juchies & Vvalpurgo equos ipsorum Stockacum profuerit : fatellites ducis Bavariæ Vvilelmi, & Joannis Vvalpurgo pollt deduxerunt : illic naves ingressi, quarta die Januarii Basileam venerunt. Porro nono die ejusdem menis, cum Synodum excellissimi, & principes cardinalis Julianus cardinalis, de eo quod quidquam vipiam dubitanem esset id auctoritate concilii definit debeant : quandoquidem omnes mortales pedicio sanctæ matris ecclesiæ, quam generale concilium repræsentat, se submittere tenentur. Quæ quidem oratio non omnibus Bohemis probabatur : Habuit & Rocciauus orationem nomine Bohemorum, quam omnes publicam audirentur. In fuit definitatus decimosexto ejus menis. Quo die Joannes Rocciauus pauca præfatus, primum articulum de communione sub utraque specie proponebat, ut, usque ad eorum diem, semper ante meridiem. Deinde Vvenceslaus Taborita, secundum articulum de corrigendis & eliminandis peccatis publicis in medium proculit per biduo ipsum : Post quem Wildarius presbyter orphanorum tertium articulum de libera prædicatione verbi Dei duobus item diebus prosequitur. Hæc Bohemos Pragæ Anglisque de quanto articulo, qui erat de civili dominio ecclesiarum, per tres dies differuit. Fecerunt autem copiam fratum disputationum facto concilio in feria 5, & gratias egerunt quod audiri fuissent. Porteriorefque tres fatis incivilier in nostros inveserunt, Joannem Vvicleptam & Joannem Hussum a doctrina laudantes, nihil veriti dicebant quæ ipsorum nomine prædam ecclesia damnarat. Exigebat res ut Bohemi aliquid respondeerint. Itaque surgens Joannes de Ragusio, theologiæ professor, ordinis Prædicatorum in ecclesiæ gratiæ, petit ut ipsi ad eo in medio facte Congregationis postulatem fibi dari ut responderet privato nomine ad primum Bohemorum articulum. Affensit prosodus. Octoque diebus respondit horis antemeridiis. Antequam autem inciperet respondere, Joannes abbas Cistercienfis orationem ad Bohemos habuit, ut le fubmittterent determinationi fanctæ matris ecclesiæ, quam id factum consilium

ANNO CHRISTI 1431. repræsentaret. Ea res Bohemos non parum offendit: inter respondendum Joannes Ragusinus, theologorum istorum more quos scholasticos hodie vocant, crebro hæreticos & hæreticorum vocabulum habebat in ore. Non poterat hoc tandem ferre Procopius Bohemus, quin surgens cum flomacho, de hac injuria apud sanctam synodum publice conquestus est. Conveniens (inquit) iste nobis injuria non sufficit, hæreticos nos subinde vocans. Ad hoc Ragusinus: Quia (inquit) contrariunes vestræ sum lingua ac nationes, propterea tam avide cupio vos ad matrem ecclesiam reducere. Erat is gente Dalmata. Confiat autem Dalmatas in Bohemiam transgressos, ab occupata regione nomen accepisse, parumque abfuit quin ob eam offensionem Balthia abierint, vixque placati potuerunt. Quibus etiam ex Bohemia redeuntibus Ragusinus ad finem usque disputantem audire. Deinde respondit ad secundum articulum infigniti theologis Ægidius Carlerius, decanus ecclesiæ Cantuariensis, per quatuor dies. Ad tertium articulum Henricus, cognomento Frigidum fectum, theologus ordinis Prædicatorum, per dies tres.

Henricus Kalyton.

Ad quartum postremo respondit Joannes Poplemarius, auditor causarum sacri palatii, tribus item diebus, afficiebatque Bohemos eædio nostrorum (ut illis videbatur) prolixitas. Quamquam vero nobis tam accurate respondebant, nihilo minus illi suos articulos adhuc pertinaciter defendebant: præsertim primum, adeo ut Joannes Rocczianus responsiones Ragusini fere dilatas fortiter impugnaret. Porro cum disputatio parties Alimgnanum, & non videretur, hoc pacto pax & concordia facile contura, tentatum est aliud remedium ab illustri Bavariæ principe Wilelmo proferebat: secundum, videlicet ut omissis disputationibus res amice componeretur. Utcunque deputati fuit aliquot de concordia tractaturi: qui cum undecimo Martii die convenissent, & jussi illi dicere sententiam fuam, qui a parte concilii erant, optimum inquiunt ibi videri, si illi nobiscum unirentur, & unum corpus efficerentur: quod corpus tum omnes diversitates opinionum sibi fectarum concordare, & declarare posset, ut que definire, quid in singulis agendum foret sive credendum. Bohemi cum aliquamdiu deliberassent, ajebant hanc viam non videri fatis aptam, nisi prius quatuor illi articuli examinatius essent declarati: ita ut aut nos cum ipsis, aut ipsi nobiscum sentirent. Alioquin rem videbatur futuram, si jam unti, in articulorum suffuso dissidiorum remanerent. Respondum est hic a nostris, si rite unirentur, invocato Spiritu sancto, nequaquam eos in hujusmodi dissidiis erraturos, quando quilibet Christianus tali deliberatione uteretur. Quod si hoc facere vellent, adamantinam plane coalituram utrimque concordiam. Verum furdis (quod ajunt) fabula canebatur. Sed & alii tres adversum responsiones datas pertinaciter disputabant. Id temporis Julianus cardinalis concilii præsidens, talem ad oratorem Bohemorum habuit orationem: Audivit (inquit) hæc sancta synodus per decem dies magna patientia quatuor vestrorum articulorum propositiones. Et in fine subjunxit: Proposuistis (inquit) proximis diebus quatuor articulos, sed audimus praeter hos quatuor multa vos alia habere dogmata peregrina, in quibus a nobis dissentitis. Necessarium est, si vestra unitas & perfecta fraternitas inter nos sequi debet, ut omnia in hoc facto concilio propalentur, quatenus per gratiam Spiritus sancti, qui pacis & veritatis est auctor, debita ac fideliter provisio fieri possit. Nec ex levibus conjecturis ista accipimus. Partim enim a fide dignis personis audivimus, partim audiam qui hic sunt, propriis oculis in Bohemia videram, partim etiam ex vestra relatione perpendimus. Magnifice Nicolaus secundo loco proponens allegavit inte alia Joannem Vicelef evangelicum doctorem. Si illum credittis esse evangelicum, conlequens est ut alia ejus authentica reputetis: Ex eorum nia putatis, æquum esset ut hoc nobis innotefceat. De iis igitur & quibusdam aliis vos rogamus, ut nos certificare velitis quid credatis, & quam super his habeatis sententiam. Nec fic requirimus ut motiva & rationes vestras nunc explicetis; sed fatis nobis nunc est, ut ad singulos articulos nobis respondeatis per vestam Credentiam. Ad tertium articulum Henricus, cognomento Frigidum fectum, theologus ordinis Prædicatorum, per dies tres.

Ad quartum postremo respondit Joannes Poplemarius, auditor causarum sacri palatii, tribus item diebus, afficiebatque Bohemos eædio nostrorum (ut illis videbatur) prolixitas. Quamquam vero nobis tam accurate respondebant, nihilo minus illi fuos articulos adhuc pertinaciter defendebant: præsertim primum, adeo ut Joannes Rocczianus responsiones Ragusini fere dilatas fortiter impugnaret. Porro cum disputatio parties Alimgnanum, & non videretur, hoc pacto pax & concordia facile contura, tentatum est aliud remedium ab illustri Bavariæ principe Wilelmo proferebat: secundum, videlicet ut omissis disputationibus res amice componeretur. Utcunque deputati fuit aliquot de concordia tractaturi: qui cum undecimo Martii die convenissent, & jussi illi dicere sententiam fuam, qui a parte concilii erant, optimum inquiunt ibi videri, si illi nobiscum unirentur, & unum corpus efficerentur: quod corpus tum omnes diversitates opinionum sibi fectarum concordare, & declarare posset, ut que definire, quid in singulis agendum foret sive credendum. Bohemi cum aliquamdiu deliberassent, ajebant hanc viam non videri fatis aptam, nisi prius quatuor illi articuli examtius essent declarati: ita ut aut nos cum ipsis, aut ipsi nobiscum sentirent. Alioquin rem videbatur futuram, si jam unti, in articulorum suffuso dissidiorum remanerent. Respondum est hic a nostris, si rite unirentur, invocato Spiritu sancto, nequaquam eos in hujusmodi dissidiis erraturos, quando quilibet Christianus tali deliberatione uteretur. Quod si hoc facere vellent, adamantinam plane coalituram utrimque concordiam. Verum furdis (quod ajunt) fabula canebatur. Sed & alii tres adversum responsiones datas pertinaciter disputabant. Id temporis Julianus cardinalis concilii præsidens, talem ad oratorem Bohemorum habuit orationem: Audivit (inquit) hæc sancta synodus per decem dies magna patientia quatuor vestrorum articulorum propositiones. Et in fine subjunxit: Proposuistis (inquit) proximis diebus quatuor articulos, sed audimus praeter hos quatuor multa vos alia habere dogmata peregrina, in quibus a nobis dissentitis. Necessarium est,

Ad CRC

Legit a Bohemis.

Conclusones de utraque specie.



ANNO CHRISTI 1431. rum oratores: Declarationem vero postea facta synodus in Bohemiam misit in publico fregni conventu populo promulgandam, legatis Philiberto Constantiensi episcopo, Joanne Poplemario, Henrico Torgio, & Martino Bernerio: qui jussi fuit hoc Bohemis referre nomine concilii: Quod si trium illorum articulorum declarationem & eorum ecclesiasticam inscipere velint, invenire poße rationem, qua de quarto articulo, hoc est de communione sub utraque specie, ut per concordiam transgeretur. Proposuerunt autem apud Pragam in publico nobilium & plebejorum conventu declarationes trium articulorum in forma sequenti:

Declaratio trium articulorum concilium.

Quoniam circa doctrinam veritatis sic sobrie & caute incedendum est maxime facto generali concilio, ut veritas declaretur, verbis sic ordinate conceptis, ut in futurum offendiculum abi poßit impingere, & habere occasionem erroris, & (ut verbis utimur beati Isidori) ne aliquid per obscuritatem captionis continetur. Circa materiam de cohibitione & correptione peccatorum, in qua possuistis articulum fub iis verbis: Omnia peccata mortalia, & præsertim publica, per eos quorum interest regimen illorum & secundum legem Dei cohibeantur, corrigantur & eliminentur. Esse verbum, Per eos quorum interest, nimis est generale, & poßit esse offendiculum. Et juxta Scripturæ sententiam non debemus ponere offendiculum ante oculos, & claudendæ sunt fossæ, ne bos vicini ibi lædatur: omnis talis occasio tollenda est. Dicimus ergo quod secundum scripturæ sententiam, sanctorumque documenta doctorum, sic catholice est tenendum: Quod omnia peccata mortalia, præsertim publica, quæ cognitabilia esse possunt, per eos, secundum legem Dei, & sanctorum patrum instituta, sunt cohibenda, corripienda, & eliminanda. Potestas autem puniendi criminoles, non ad ecclesiasticos, sed ad eos tantummodo pertinet qui jurisdictionem habent in eos fori, distinctione juris & justitiæ ordine observatis.

Circa materiam de prædicatione verbi Dei, in qua possuistis articulum hoc tenore: Quod verbum Dei a sacerdotibus domini & Levitis idoneis libere ac fideliter prædicetur. Ne ex verbo, Libere, fumentur occasio vagæ & diffendiosæ libertatis, quæ non est vos, ut saepe dixistis, intendistis, circumstantionandum est. Dicimusque quod secundum scripturæ sacræ sententiam, sanctorumque documenta doctorum, sic catholice est tenendum: Quod verbum Dei a sacerdotibus domini & Levitis ad hoc idoneis, & per superiores, ad quos pertinet, approbatis & missis, libere, non tamen pafsim, sed ordinate & fideliter prædicetur, salva auctoritate pontificis, qui est præordinator in cunctis, juxta sanctorum patrum infitutia.

Circa materiam articuli ultimi fub his verbis expressis: Non licet clero Christi temporæ legis gratiæ super bona temporalibus secularibus dominari. Meminimus, quod dum in sacro concilio super hoc disputatio agaretur publica & solennis, ille qui ad disputandum per sacrum concilium extitit deputatus, duas conclusiones profuit fub his verbis: Prima, quod clerici non religiosi, seu qui voto se ad hoc non obligarunt, licite possunt habere & possidere quæcumque bona temporalia, hereditates paternas, aut alionum, si eis relinquantur, & alia bona juste acquisita ex causa donationis vel alterius licitii contractus, vel arte licita. Secunda, quod clerici licite possunt habere & possidere bona temporalia mobilia & immobilia, domos, prædia, villas, opida, castra, & civitates, & in eis habere privatum & civile dominium. Ille fiquidem ex veteris ambiratoribus qui disputabat, concessis eaidem, dicens illas sensui fui articuli bene intellecto non contradicere, cum ipse articulum fuum intellexerit de dominio civili formaliter intellecto. Ex quo ita illis poßet intelligi quod verba, Sacerdotes dominari, in præsinfero articulo exposita, ad aliquem speciaiem, dominandi modum vel usum pædeantur referri.

Sed quoniam doctrina ecclesiæ non est verbis ambiguis pertractanda, sed plane, propterea id, quod fecundum scripturam Dei & sanctorum documenta doctorum catholice tenendum est, duximus exprimendum: videlicet præmissis duas conclusiones esse veras, quodque ecclesiastici viri bona temporalia, quorum fuit administratores, debent fideliter administrare, juxta sanctorum patrum fabbiria instituta. Ipsaque bona ecclesiæ ab aliis quam ab his, quibus administratio eannoxæ est commitata, usurpari sine sacrilegii scaru non possunt.

Sacrum concilium circa materias diffiorum trium articulorum curavit, semota omni ambiguitate, ut ipsa ecclesia, quorum sunt administratores, debent fideliter administrare, juxta sanctorum patrum fabbiria instituta. Ipsaque bona ecclesiæ ab aliis quam ab his, quibus administratio eannoxæ est commitata, usurpari sine sacrilegii scaru non possunt.

Sacrum concilium circa materias diffiorum trium articulorum curavit, semota omni ambiguitate, ut ipsa ecclesia, quorum sunt evangelicæ doctrinæ veros fensus exponere. Verum si circa ipsas materias aliquid dubitatis adhuc restat, juxta informationes quas in facro concilio accepimus, paratissimus esset illis, quibus veritate (quæ Deus est) largiente, vobis declarare veritatem. Si declarationem dictorum trium articulorum, quæ veritatis facre scripturæ interitus, quæ ecclesiæ sanctæ simplicitatis, prout tenemini, ac unitatem pularn, simplicem & perfectam realiter & cum effectu vultis habere, super libertate communionis facratissimæ eucharistiæ sub duplici specie, quæ sapientissima & desiderata, quamque sine licentia sanctæ matris ecclesiæ licita non potestis habere, nos habemus potestatem a facro generali concilio eorum modo vobiscum tractandi & concludendi: fperamus saltiet in manibus sirii mercio consolabit.

His explicatis, quia domini Bohemi habita sua deliberatione discrunt se nolle super prædictis dare responsum, nisi prius super materia communionis quid esset eis offerendum auditerent, quæ fuit expressa in eorum rei ita facere. Quæ facta fuit, & in scriptis tradita sub forma sequenti:

In nomine domini & salvatoris nostri Jesu Christi, de ejus gratia pertinaciæ eucharistiæ sacramento tractaturi fumus, ut ipse qui ita sacratissimum sacramentum instituit, quod est unitatis & pacis, illud in nobis effici faciat quod designat, ut videlicet simus unum in ipso domino Jesu capite nostro: Ipse qui est caritas veritatis diaboli, qui sua maligna alturia ex sacramento pacis & unitatis occasionem bellorum ingeßit, ut dum de modo communicandi Christiani contendunt, communionis fructu priventur, Unde B. Augustinus in sermone de infantibus, in decretis de consecratione, distinctione secunda: Quia paßus fuit, ut dominus noster Jesus Christus nos sanctificaret, ut ad se pertingere voluit, mysterium pacis & unitatis nostri in mensa consecravit, Qui accipit mys-

Declaratio trium articulorum.

Conclusones de utraque specie.

ANNO CHRISTI 1431.

sterium unitatis, & non tenet vinculum pacis, non mysterium accipit pro se, sed testimonium contra se. Hoc ante omnia duximus præmittendum, quod consuetudo generalis ecclesiæ (quam etiam patres vestri & vosipsi olim servastis (per longissima tempora hoc habuit & habet, quod non conficientes sub specie panis tantum communicant. Quam consuetudinem ab ecclesia & sanctis patribus rationabiliter introductam, & diutissime observatam non licet reprobare, aut sine ecclesiæ auctoritate pro libito immutare. Igitur dictam consuetudinem ecclesiæ immutando, assumere usum communicandi populum sub utraque specie, absque auctoritate sanctæ matris ecclesiæ licitum non est, sed illicitum. Sancta vero mater ecclesia, suadentibus causis rationabilibus, facultatem communicandi populum sub utraque specie potest concedere & elargiri. Et talis communio, quæ sine auctoritate ecclesię attentata, esset illicita, cum de auctoritate & licentia sanctæ matris ecclesiæ fiet, erit licita, si alia non impediant. Si alia non impediant propterea diximus, quoniam (ut ait apostolus) *qui manducat & bibit indigne, judicium sibi manducat & bibit*. Unde beatus Isidorus, & habetur de consecratione distinctione secunda: Qui scelerate vivunt, & in ecclesia communicare non desinunt, putantes se tali communione mundari, discant nihil ad emundationem proficere sibi. Et Augustinus eadem distinctione: Et sancta malis nocere possunt, bonis sunt ad salutem, malis ad judicium. Sunt ad hoc plures auctoritates. Etenim inter primos communicantes apostolus Judas fuit, sed quia indigne suscepit, proditionis peccatum habens in corde sibi nihil profuit; quinimo extunc diabolus in eum majorem exercuit potestatem. Ratio hoc magna demonstrat. Quis vestrum dominum suum in hospitium suscepturus, non cum omni cura domum suam studeret mundare pariter & ornare, ut ipsum dominum posset honeste suscipere? Suscepturus igitur dominum & salvatorem nostrum in hospitio animę, debet ipsam animam diligenter mundare & ornare. Mundare per sacramentum pœnitentiæ cum amaritudine & contritione cordis, peccata sua humiliter pure & integre veraciter confitendo, & suscipiendo satisfactionem debitam, & pœnitentiam salutarem. Ornare vero purpura sanctæ devotionis, ut sic corde purgato, & fervore devotionis ornato, accedat ad divinissimum sacramentum, in quo Deus est, mundum reconcilians sibi. Admonet igitur, exhortatur, & præcipit sancta synodus, ut omnes sacerdotes exhortentur diligenter & moneant populum, & omne studium & solicitudinem adhibeant, ut nullus ad tam sacratissimum sacramentum, nisi debite præparatus, accedat; cum magna reverentia & devotione, ne quod pro animæ salute suscipitur, in judicium condemnationis redundet dum suscipitur indigne.

Joan. 6.

Caus. calicis adempti laicis.

Præterea dicunt doctores, quod dicta consuetudo communicandi populum sub specie panis tantum, ab ecclesia & sanctis patribus fuit rationabiliter introducta, propter rationabiles causas, specialiter propter duo pericula, scilicet erroris & irreverentiæ. Erroris: fuit enim error Nestorii, credentis quod sub specie panis sit sola caro Christi, & sub specie vini solus sanguis Christi, quod est error. Nam veritas est quod sub qualibet specie est totus Christus vivus & integer, caro, sanguis, anima & divinitas. Et sub specie panis est totus Christus vivus & integer. Et sub specie vini, non est tantum sanguis, sed totus Christus vivus & integer. Quoniam (ut ait apostolus) *Christus resurgens ex mortuis jam non moritur*. Semel ergo tantum mortuus est, jam non moritur, nec sanguis a corpore separatur. Ut igitur huic errori obviaretur, & magis imprimeretur fidelium mentibus, quod sub qualibet specie est totus Christus: dum non solum verbo, sed etiam ipso signo indicaretur, visum fuit utile esse sub una specie tantum ministrari. Efficacius enim imprimitur, quando cum doctrina verbali sensuale aliud signum concurrit; ideo sacramenta & sacrificia instituta sunt, ideo & dominus noster Jesus Christus in parabolis loquebatur; & sapientes in parabolis loquuntur, ut, dum cum doctrina sua similitudo repræsentativa concurrit, efficacius mentibus imprimatur. Secundum periculum est irreverentiæ: etenim quamvis omnia sacramenta cum magna reverentia sint tractanda, istud tamen divinissimum sacramentum super omnia alia cum maxima & summa reverentia tractandum est. Alia siquidem sacramenta sunt vasa gratiæ divinæ, non tamen per ea realem domini nostri Jesu Christi præsentiam obtinemus: in hoc vero sacratissimo sacramento dominus Jesus Christus, sub alia quidem forma, in propria vero substantia, est nobiscum: ideo tractandum est cum omni studio & cautela, ne aliquid contingat quod cedat in irreverentiam ipsius sacramenti. Et cum in calice sit sub specie liquida, multa possunt contingere quæ cederent in irreverentiam ipsius sacratissimi sacramenti, tam ex parte ministrantis, quam ex parte suscipientis, quam etiam ex parte speciei vini, quæ est magis ad alterationem suscipiendam disposita, quam species panis. Vos qui practicastis, per experientiam nostis. Nam doctores de hoc multa dicunt, & nobis a fide dignis multa relata sunt: quæ cum audivimus, exhorruerunt pili corporum nostrorum, & animi nostri nimio terrore concussi sunt. Dictum est nobis accidisse quod cum sacerdos ad infirmum sacramentum sub duplici specie detulisset, quando infirmo voluit de calice ministrare, nihil ibi reperit, totum, dum per viam agitando veniret, distillaverat. Et alibi, cum mane diei dominicæ ministraretur quod ex præcedenti die fuerat reservatum, talis alteratio facta erat, ut qui suscipiebat ferre non valens emiserit. Heu casus horrendi, & non sine magna cordis amaritudine referendi! Et multa alia hujusmodi nobis relata sunt. Et quisque volens prudenter advertere, poterit quanta possint accidere cogitare. At vero quam sint hæc gravia, ex decreti sententia poteritis intelligere, de consecratione distinctione undecima: Si per negligentiam aliquid de sanguine stillaverit in terram, lingua lambatur, tabula radatur: si non fuerit tabula, ut non conculcetur sanguis, locus radatur, & igne consumatur, & cinis in altari recondatur, & sacerdos quadraginta diebus pœniteat. Si super linteum altaris, & ad aliud stilla pervenerit, quatuor diebus pœniteat; si usque ad quartum, viginti diebus pœniteat: & linteamina, quæ tetigerit stilla, tribus vicibus minister abluat, calice subterposito: & aqua ablutionis sumatur, & juxta altare recondatur. Præterea audivimus sæpe contingere quod sacramentum in calice non sufficit multitudini communicantium, & tunc fit noviter consecratio calicis tantum, & a presbytero non communicante: quod est a sanctorum patrum doctrina plurimum alienum. Et etiam dicitur, quod aliqui interdum vinum non consecratum pro consecrato ministrant; quod maximum periculum est.

Rom. 6.

Fiet igitur isto modo, quod vobis suscipientibus ecclesiasticam unitatem & pacem, realiter & cum effectu, & in omnibus aliis, quam in usu communionis utriusque speciei, fidei, & ritui universalis ecclesiæ vos conformantibus: vos qui talem usum habetis, communicabitis sub duplici specie cum auctoritate ecclesiæ. Et articulus ille in sacro concilio discutietur ad plenum, & videbitis quid circa illum articulum pro veritate catholica sit tenendum & agendum pro utilitate & salute populi Christiani. Et omnibus mature & digeste pertractatis, nihilo minus si perseverantes in desiderio vestro hoc vestri ambasiatores postulaverint, sacrum concilium sacerdotibus vestris communicandi sub utraque specie populum vestrum, eos videlicet qui in annis discretionis constituti reverenter & devote postulaverint, auctoritatem & facultatem in domino largietur: hoc semper observato, quod sacerdotes sic communicantibus semper dicant, quod ipsi debent firmiter credere, quod non sub specie panis caro tantum, nec sub specie vini sanguis tantum: sed sub qualibet specie est integer totus Christus.

Hactenus decretum sacri concilii retulimus. Ad dubia autem & quæstiones Bohemorum, quas magistri & sacerdotes postea movebant, sic responderunt oratores sacri concilii.

Primo dixerunt, quod non est intentio sacri concilii permittere communionem sub duplici specie permissione tolerantiæ, vel sicut Judæis fuit permissus libellus repudii: quia cum sacrum concilium viscera maternæ charitatis exhibere dictis Bohemis & Moravis intendat, non est intentionis concilii permittere tali permissione quæ peccatum non excludat; sed taliter elargiri, ut auctoritatem domini nostri Jesu Christi & ecclesiæ veræ sponsæ sit licita, & digne sumentibus utilis & salutaris.

*De punitione peccatorum.*

Item, cum circa materiam de punitione peccatorum fuisset per dictos Bohemorum magistros & sacerdotes dictum, quod ex scripturis sacris habetur, quod interdum Deus excitat corda privatarum personarum ad correptionem & punitionem peccatorum: & sic videretur licere inferioribus corrigere suos superiores, & punire.

Responderunt, & ostendentes textum sancti Augustini in decretis 33. Qui percutit malos in eo quod mali sunt, & habet causam interfectionis, minister Dei est: qui vero sine aliqua publica administratione maleficum, furem, sacrilegum, adulterum, perjurum, vel quemlibet criminosum interfecerit aut trucidaverit, vel membris debilitaverit, velut homicida judicabitur: & tanto acrius, quanto non sibi a Deo concessam potestatem abusive usurpare non timuit. Et certe molestius susciperet ista civitas, si aliquis privatus attentaret punire unum criminosum, & erigeret furcam in platea, & ibi eum suspenderet, quam si unus homo interficeret unum hominem in rixa, vel per insidias. Et alios textus beati Ambrosii & Hieronymi eidem concordes etiam allegarunt.

Dixerunt quod nemo dubitat quod lex Dei sancte & debite posita est: & in ea legitur simpliciter: *Non furtum facies*. Et tamen mandato Dei Israel asportarunt bona Ægyptiorum, quæ receperant commodata. Item in eadem lege scribitur simpliciter: *Non occides*. Ex quo beatus Augustinus libro 1. de civitate Dei probat quod nemini licet occidere seipsum. Et cum facit instantiam de Samsone, respondet, & dicit hæc verba: Cum autem Deus jubet, seseque jubere sine ullis ambagibus intimat, quis obedientiam in crimen vocet, quis obsequium pietatis accuset?

Deut. 5.

Hic in proposito verba sancti Augustini habeatis pro responso. Sed videat quisque si Deus jubet, & se jubere sine ambagibus intimat, & probet spiritus si ex Deo sint. Sed de talibus non est lex danda, nec est multum agitandum. Nam per hoc facile insurget occasio faciendi seditiones, & inferioribus insurgendi contra superiores. Et quando aliquis furatus esset vel interfecisset, & diceret quod spiritu Dei motus est, certe nisi de hoc bene constaret, puniretur.

Dixerunt denuo, quod aliqui sunt casus, in quibus laici habent potestatem in clericos.

Fuit responsum, quod certi sunt casus in jure, in quibus laici habent potestatem super clericos, & etiam aliquando super cardinales. Nam si mortuo papa cardinales non vellent intrare conclave ad electionem papæ faciendam, rex, princeps, vel alius dominus, seu potestas sæcularis, potest eos compellere. Sed in illis casibus jam ille non est privata persona, sed auctoritate juris utitur jurisdictione. Similiter est intelligendum de aliis casibus in jure expressis.

Dixerunt ulterius, quod nullum jus fori habet justitiam, nisi jus poli illud approbaverit.

Fuit responsum, quod nullum jus fori habet justitiam, si sit contra legem Dei, quia lex Dei est regula omnium legum: sed exigitur magna peritia in applicando regulam ad regulatum. Nam interdum alicui videtur quod sit tortuositas in regulato, & non est, sed est defectus in applicando, quia non applicatur debito modo regula ad regulatum.

*De prædicatione verbi.*

Circa articulum de prædicatione verbi Dei fuit motum, quod interdum aliquis prælatus ex sua invidia vel malitia, sine causa rationabili, bonum & idoneum prædicatorem, bene & catholice prædicantem inhibet prædicare.

Fuit responsum, quod satis intellexerunt, quod abusio prælatorum inordinate agentium magnam occasionem præstitit his turbationibus, & quod in eorum partibus nunquam audiverunt tales querelas. Sed prælati favent bonis prædicatoribus, & eos ad prædicandum excitant precibus, favoribus, & honoribus. In talibus autem casibus jam sunt a jure prædicta remedia. Quando aliquis prohibetur uti jure suo, habet remedium appellandi: & si bene confidit quod sit appellatio justa, utatur jure suo, omni

ANNO CHRISTI 1433. violentia brachii utriusque, spiritualis videlicet & secularis, semota. Nam exitus caulæ declarabit, si ipse habebat justam causam appellandi. Tunc declarabitur superiorem male prohibuisse, & appellantem jusse fecisse. Et superior injuste prohibuit, & ipse sua temeritate superioris justum mandatum sprevit, dignum est quod ipse digna animadversione puniatur.

*De dominio seculari apud clericos.*

Circa quartum articulum fuit motum, an licet prælatis ecclesiasticis actus secularis dominii in propria persona exercere.

Fuit responsum, quod si per verbum, Actus secularis dominii, intelligantur actus quos unus secularis dominus propriet agere licet exercere, tunc dicendum quod aliquos actus actus poteß licite prælatus in propria persona exercere: sicut fuit vendere, impignorare, infeudare, modis & formis jure ordinatis. Aliqui tamen non licet in propria persona exercere, sed debent habere œconomum, vicedominum, vel procuratorem, qui hæc exercent, de quibus actibus jure caveat, in rubrica, Ne clerici vel monachi secularibus negotiis se immisceant, & aliis in rebus.

Fuit motum, an illa potestas coactiva, quæ debet exerceri per œconomum, &c. sit apud prælatum ecclesiæ.

Dictus Joannes Polemair respondit, quod hæc quæstio præsupponit aliam; de qua fuit diversis opiniones inter doctores, apud quem sit dominium ecclesiæ. Et ulterius, an actiones fiat in personis laicorum vel procuratoris, vel licet non fiat in earum persona, tamen per constitutionem actoris vel procuratoris, cujus exercitium ipsarum demandant ipsi actori vel procuratori, & alias intricationes, de quibus non est opus ad præsens agere. Sed cum multum tafteratur dictere opinionem suam, dixit: Quod si etiam otium haberent, & liberet solatiari in disputando, daret optionem argumentis. Sed magis esset opinio sua, quod dominium rerum ecclesiæ est apud Christum, & prælati & alii ecclesiastici sunt canonicè administratores adinstar tutorum: sed amplioram habent potestatem feu administrationem quam tutores. Et constituendo œconomum seu vicedominum, &c. eorum constitutione detita facta, œconomus, seu vicedominus, habet illam potestatem coactivam, seu exercitium juridictionis.

Item circa quartum articulum, pro declaratione primæ conclusionis, est concordatum, quod verba, Juste acquisita, in ipsa posita, omnia in eadem conclusione determinant.

Item circa secundam conclusionem, cum sint canones & doctores sancti fic loquantur: Bona ecclesiæ, res ecclesiæ, facultates ecclesiæ, & inter doctores varia fuit opiniones, apud quem sit ipsarum rerum dominium, prout notat glossa in cap. Expedit. 12. quæst. 1. ad nullam illarum opinionum intendunt aliquem coarctare; nec aliquam illarum approbare, sed fit unicuique facultas illam quæ sibi melior videbitur probabilior sustinere. Dixerunt prædicta dicti Bohemi, quod ipsi tenent, quod clerici aut viri ecclesiastici rerum temporalium ecclesiæ sunt administratores, & non domini, ad modum loquendi scripturæ, doctorum sanctorum, & canonum.

Item Bohemi dicunt, quod in omnibus emergentiis flare volunt dictamini judicii ex unanimi consensu in Egra compactati. Hunc in modum nostri Bohemis respondeunt.

Tandem post multos tractatus ultro citroque habitos, inita est concordia, & manuum stipulatione firmata: promiserunque le Bohemi declarationem trium articulorum, ac pacem & ecclesiasticam unitatem accipere. Factum est id anno millesimo quadringentesimo trigesimooctavo, circa festum Martini. Conventum est postea, cum a legatis fuit concilio, tum ab oratoribus Bohemorum, ut quæ reliqua erant componerentur: primum Ratisponæ, deinde apud Brunnam diœcesis Olmutzensis, item apud Albam regalem in Hungaria, ac tandem Basileæ Cæsare. Verum nulliri res tota confici potuit: nunc enim erat confusenda synodus, nunc alia fuit exorta impedimenta. Postremo apud Iglavium in ipsum Moraviæ, videlicet, instrumentis ac sigillis roborata est, Compactata vocant, 5. die mensis Julii, Cæsare præsente.



ANNO CHRISTI 1438. tema firmabitur, ex quibus uniformis subjectio & obedientia sacrosanctæ ecclesiæ perpetuo tributur.

Item supplicamus ut supra, quatenus pro amputanda falsa suspicione & vacillatione multorum, parantium quod factum concilium præsumpsit communionem sub utraque specie nobis concessam ad tempus dumtaxat concedere, non utilem & falutarem, sed ut libellum rogatoris, diginemini pata illud capitulum in compactatis positum, Primo discrimi, quod non est intentionis facri concilii, &c. nobis & vestræ concilioni falubrior & mature providere, & illud capitulum, una cum aliis ipsum munus legatorum vestrorum consequentibus, bullis literarum vestrarum firmate & perpetuare.

Item supplicamus ut supra, quatenus pro consolatione obedientiæ, & totius ordinis ecclesiastice disciplinæ, & pro finali compactatorum defensione & observatione, & bono & optimo in spiritualibus regimine, diginemini nobis providere cum effectu de bono & legitimo pastore, archiepiscopis, & aliis episcopis, qui nobis pro regno magis idonei & magis grati & accepti videbuntur ad illa officia salubrier exequenda.

Item supplicamus ut supra, quatenus vestræ paternitates pro tuenda in posterum integra fide, ac regni & pacis, pro offendendis & manifestanda nobis innocentia, pro eo quod communicaverunt, & communicant, & communicabunt sub utraque specie, diginentur dare, & ordinare, & destinare literas facri concilii in modo & forma magis offensioni accommoda & congrua, ad omnes principes tam seculares quam spirituales, civitates & communitates juxta compactata. Et hoc idem domini legati nobis facere obligantur.

Item supplicamus, ut in clausione in materia communionis eucharistiæ sub utraque specie, de ejus præcepto a domino ad omnes fideles, non procedatur aliter nisi secundum judicem in Egra compactatum, nec est licendum legem divinam, praxim Christi & apostolorum ejus, concilia generalia, & secundum sententias sanctorum doctorum veraciter se in lege Dei fundantium.

Item supplicamus, quatenus paternitates vestræ, considerata magna affectione populi nostri, velint dare nobis dedierantam libertatem communicandi parvulos sacra eucharistia. Nam si ille ulus communicandi, quem regnum nostrum, pie motum, magnorum sanctorum doctorum scriptis & exemplis fundatum, ut catholicum fulcepit, & a multis annis effectualiter exercuit, aboletur, certe magnum & intolerabile scandalum in populo oriretur, imo annisus eorum plurimum ex hoc implicabilior perturbaretur.

Item supplicamus ut supra, quatenus ex eildem causis, vestræ paternitates diginentur permittere ad minus evangelia, epistolas, & symbolum in vulgari in missis & ecclesiis coram populo ad excitandam devotionem libertati, legi, & decantari. Nam in nostro linguagio Slavico ex indulto ecclesiæ olim abantiquo in vulgari fuo exercetur, etiam in nostro regno.

Item supplicamus nomine ejusdem regni, & almæ universitatis Pragensis, quatenus erga ipsius universitatis desideratam reformationem, vestræ paternitates diginentur curam adhibere, & operam dare follicitam, ut juxta modum & formam aliarum universitatum, taliter per ecclesiam reformatarum; prabendæ, & collationes beneficiorum aliquorum ecclesiarum cathedralium & parochialium, eidem universitati annetantur, conferantur, & incorporentur, ut per hoc universitas augeatur & promovatur.

Item supplicamus, ut supra, quantum fuficiamus, istas, semper paterna reverentia, ex compactatis vestras paternitates requirimus, & instanter monemus, quatenus ad illam conditis ipsis mentibus deliberatam, & Christiana religioni fumma ecclesiarum, & opportunam totius ecclesiæ reformationem, dignetur vestra paternitas toto studio invigilare, & effectualiter intendere pro extirpatione omnium malarum publicorum, in capite & in membris, prout regno nobis frequenter promittis in compactatis, & prout articulus nofter quartus, de eliminatione omnium publicorum problorum, hoc manifeste exigit & requirit,

*Responsiones sequentes ordinata fuerunt, sed non data.*

Primæ petitio videtur innitis obligationi, tamquam ex compactatis facrum obtentis: Sed certe temperatio, ex illo capitulo quod incipit: Pro firmitate & observantia pacis, & sequitur: Per dictos legatos facri concilii dabitur omnia Bohemis, & promittitur bulla confirmatio, & mandata ipsius facri concilii ad omnes principes & communitates circumstantes, & alia quæ ecclesiæ fuerint & opportuna. Pro parte vero dictorum regni & marchionatus, dabuntur literæ cum figillis firmis, ac munimentis opportunis: proclamabitur pax, & fervati mandabitur: & omnia fient quæ pro obtentione illius pacis & unitatis necessaria fuerint & opportuna. Sed certe ex illo capitulo, neque competit ius facro concilio facientdi Bohemis, quod per ipsos petitur, neque de unitatis temperatione determinatur cum communionis sub duplici specie: cum pomeriterius omnia facere, quæ pro observatione pacis & unitatis fuerint opportuna. Hoc esset valde opportunum obtentum pacis, ut ipsi in hoc, licut & in cæteris, fe conformarent usui omnium aliorum vicinorum, & totius ecclesiæ Latinæ. Neque contra ipsi Bohemis competit jus ad petendum, quod facrum concilium compellat omnes de regno ad communicandum sub utraque specie, tamquam hoc esset opportunum obtentum pacis. Quia cum super hac materia jam sit in dictis compactatis specialis & certa diffositio, generalis, clara quæ subsequitur, non fe refert ad illa; maxime quia hoc contrariatur ei de quo in ipsis compactatis specialiter agitur, scilicet de libertatione, cui contrariatur coactio. Nam & in libertatione concedenda, dicitur de illis personis quæ in annis discretionis conditionem tenerent & devote postulaverint. Et si devotioni & postulationi justibet est relinquendum, non est ad hoc aliquis compellendus. Et ipsorum compactatorum seriem & tenorem. Et alias hoc de se manifestum est, quod illa verba non dant jus ralis postulandi: quod vero ad libertationem concedendam, de qua continetur in compactatis, facrum concilium intendit omnino servare ipsa compactata, & ab ipsis in nullo deficere. Ex eorum tenore manifestus apparet, quod declaratio ipsius articuli, an sit de præcepto, procedere debet ipsam libertationem. Sicut ergo facrum concilium in omnibus fe offert compactata



ANNO CHRISTI 1433.

Postremo propositæ in Basileensi synodo, anno MCCCCXXXVIII. mense Novembri.

*Reverendissimis in Christo patribus, & dominis nobis gratissimis.*

NOS oratores regni Bohemiæ humiliter & quanta possimus affectione supplicamus, quatenus propter pacis & concordiæ inter perpetuam conservationem, & omnium quæ in E compactatis sunt, felicem ac firmam conservationem dignemini nobis dare, concedere, & ex vestra clementia elargiri, cum obligatione cautione, omnes & singulas postulationes infrascriptas.

Primo & ante omnia petimus & supplicamus, quatenus pro tollendis universis litibus, jurgiis & diffensionibus in populo nostro ex diversitate communionis indubitanter & infallibiliter sequentibus: & infinitis malis, quæ nec dicere fufficimus, sicut ea concepimus, prosiat subrendis & abolendis, diginemini clementer pro vestra benitate & liberalitate regno nostro Bohemiæ, & marchionatui Moraviæ, dare, concedere, & demandare uniformem & unanimem omnibus & singulis sub utraque specie sacra eucharistia communionem, & dilectæ archiepiscopo Pragensi, nec non episcopis Linthoniensi, Olmutzensi, & aliis prælatis singulis regni & marchionatus ceram animarum habentibus, & eorum vicariis, nec non & plebanis seu singulis & subjectis: & hoc secundum ea quæ in mandato bullæ legatorum & in compactatis nominé facri concilii sunt inserta in cap. Pro firmitate: ubi fic dicitur: Et omnia alia licet, quæ pro observatione dictæ pacis & unitatis necessaria fuerint & opportuna. Nam hoc facto ex vestro beneficio regnum totum; sicut ipsum dici, poteß consolabitur, & in dilectione fra-



ter-

ANNO CHRISTI 1431. dicta adimplete, ita & ipsi domini Bohemi fa- cere tenentur.

Ad secundam petitionem respondetur, quod omnia, quæ sacrum concilium tenebatur ratificare, jam ratificavit, & super hoc literas suas dedit. Illa non tenetur ratificare, quæ sunt pacta & conventiones a legatis facti concilii nomine ipsius facta habent ratificationis causam: non autem responsa; quorum aliqua per omnes, aliqua per unum tantum ex ipsis facta fuerunt ad interrogationes quorumdam magistrorum. Unde tam res ipsa, quam modus agendi, manifeste offendunt, quod ad ratificandum sacrum concilium non teneatur. Verum, quantum ad illum punctum, qui in illa petitione specialiter exprimitur, non quia tenetur B ratificare, sed pro consolatione populi Bohemici, & tollenda occasione alii detrahendi, dicit sacrum concilium: Quod licut consuetudinem laudabilem ab ecclesia universaliter observatam, de communicando populum sub specie panis, absque authoritate ecclesiæ nemo debet immutare, ita postquam ab ecclesia alius communionis sub utraque specie aliquibus permittitur, talis permissio non est licet de libello repudii, vel quæ peccatum non excludat, cum tales qui ex licentia & authoritate ecclesiæ sic communicant, transgressiones ecclesiastic. institutionis vel consuetudinis dici non possint; dum tamen concessionis terminos non excedant. Eris igitur talis communio authoritate ecclesiæ concessa illis quibus concessa fuerit licita, & digne sumentibus utilis & salutaris.

Ad tertiam petitionem respondetur, quod juxta C [illegible] Pragensis [illegible] legitimo, idoneo & utili providetur pastore. Sed quantum verba expressiorem magistrum Joannem de Rozorana, de quo non est rationabile & ut ad illam dignitatem promoveatur, cum ad impediendum, perturbandum, & disrumpendum pacem & unitatem, post firmata compactata, fuerit multipliciter machinatus. Et non dia est quod a civitate Pragensi serenissimo domino imperatore insaluta tam & furtive recedit: & jam prodire & apparere incipiant, quæ post talem recessum & ante in perturbationem pacis fuerit machinatus; cum ad pontificem maxime pertineat unitatem & pacem amare, & ad eas alios provocare verbo pariter & exemplo. Ideo modius videtur hoc pro præsenti suspendere, ut habita meliori deliberatione & diligentia, cum serenissimo domino imperatore, possit eidem ecclesiæ utiliter provideri.

Ad quartam petitionem respondetur, quod ex tota serie compactatorum, sacrum concilium non tenetur aliquas literas ad principes & communitates circumfaciendas dirigere: nisi juxta præinsertum capitulum, quod incipit, In firmitate. Illas promptum est facere & diligere, juxta seriem ipsius in forma rationabili & honesta.

Ad quintam petitionem respondetur, quod illa est intentio & voluntas facri concilii, quod in dilectione & decisione Spiritus-sancto auctore faciendis, in materia communionis eucharistiæ sub utraque specie, & de ejus præcepto a domino ad omnes fideles, ut verbis eiidem utantur quæ in ipsa petitione continentur, non procedetur aliter, nisi secundum legem divinam, praxim Christi, & apostolorum ejus, concilia generalia, & secundum sententias sanctorum doctorum veraciter se in lege Dei fundantium. Et ita debent sperare & credere omnes fideles, quod ille qui ecclesiæ suæ prælatis sui assistentiam infallibilem, & Spiritum sanctum cum ecclesia in æternum manutenuit, salvator noster Jesus Christus, nullo modo permittit quod ab ipsa ecclesia aliqua decisio fuit circa materiam talem, quæ esset contraria superius memoratis. Sed debent firmiter credere omnes Christicolæ, quod Spiritus sanctus per eos ecclesiæ docet fideles omnem veritatem necessariam ad salutem, & ita debent firmiter credere, & nullatenus dubitare.

Ad sextam petitionem de communione parvulorum, respondetur, quod communio parvulorum per compactata expresse excluditur: cum solum ibi de illis loquuntur, prout extunc qui talem usum hactenus habuerunt, & ad ultimum de illis qui in annis discretionis conflituti hoc reverenter postulaverint & devote.

Ad septimam petitionem, quod illa est & directo contra compactata, & ipsorum Bohemorum promissionem, per quam teneantur se conformare ritibus ecclesiæ. Certum autem est, quod ritus ecclesiæ hoc non habet, neque in ipsa Pragensi ecclesia ante illa diffinitiva hoc fuit. Unde justum & rationabile foret, quod conformarent se ritibus ecclesiæ, & in hoc & in omnibus aliis compactata efficaciter adimplerent, & tunc possint bonoribus a sacro concilio petere, & rationabilius sperare.

Ad octavam, gratissimum est sacro concilio, quod universitas studii Pragensis reformetur & reparetur: & ideo super hoc faciet commissionem legato suo, ut circa reformationem & reparationem universitatis operam & studium prebeat: ordinando de aliquo certo numero prebendarum in aliquibus ecclesiis civitatis Pragensis, quod ad eas assumi habeant dictæ universitatis doctores & magistri, secundum ordinationem rationabiliter faciendam.

Ad nonam & ultimam petitionem respondetur, quod hoc sacrum concilium a suo exordio studium & operam circa desideratam reformationem ecclesiæ præbuit, & præbere, Deo auctore, intendit, multaque super hoc decreta edidit. Sed inimico humani generis procurante multa impedimenta circa hoc habuit: nihilominus in fide non deficit, nec per Dei gratiam in studio deficiet & labore. Multa fiuxdem super hoc notata sunt & concepta, quæ ubi, Deo largiente, opportunitas fiet, ad executionem ponenda erunt ad Dei gloriam & ecclesiæ reformationem, honestatem & decorem accommoda. Sed quoniam (ut sapiens ait) omni negotio tempus & opportunitas est, omnia sunt cum laboratio fuerint & opportune disponenda: ne ea, quæ, si opportune fierent, possent esse multum accommoda, importunitas minus utilia reddat.



ANNO CHRISTI 1431.

## a CONCILIUM b BASILIENSE c OECUMENICUM

Sub Eugenio IV. celebratum, d ex parte reprobatum.

*Quod ea nimirum quæ ibidem de e auctoritate concilii & depositione Eugenii papæ sancita fuerunt, f inchoatum anno domini* MCCCCXXXI. *& absolutum anno* MCCCCXLII.

## INCHOATIO CONCILII BASILIENSIS.

DE Jovis decimanona Julii, de anno domini MCCCCXXXI. apud urbem Basilee domus, fcilicet, Joannes Polimar capellanus summi pontificis, & auditor facri palatii, & magister Joannes de Ragusio doctor in theologia Parisiensis, procuratores generalis ordinis prædicatorum, delegati ad præsidendum concilio a domino Juliano cardinali sancti Angeli legato apostolico, literas falvorum conductuum dominii imperatoris Sigeristus habentes: Renatusque dominus Dionysius expectans ambasiatum præfati dominii imperatoris. Qui quidem præsidentes, vigesimaotavi Julii, convocatis omnibus ecclesiasticis personis tam extrancis quam intrancis, in capitulo majoris ecclesiæ Basilensis inchoaverunt concilium, legitima potestate eidem cardinali a felicis recordationis domino Martino, & domino Eugenio præfeoti, & deinde eorum fuhcriptione facta a prædicto legato, quorum prædictor . . . . . fecit collationem solennem super thematc: *Venit angelus testamenti quem vos quitis*: Malachiæ tertio. In quo ostendit potestatem domini legati, & eorum legationem, & omnimodam voluntatem, ad concilium quod tunc inchoaverunt & stabiliverunt, prout etiam rescripserunt ambasiatores universitatis Parisiensis; & decreverunt missam solennem sextis feriis post petitionem celebrari.

Defumptis ex rotulorum exemplis tibus ipsius facrofanctæ concilii firmatis Inquit Petrus Crabbe.

## DECRETA ET ACTA CONCILII BASILENSIS,

Defumpta ex authenticis exemplaribus plumbo ejusdem facrofanctæ concilii firmatis.

### SESSIO PRIMA.

SESSIO I. *In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis feliciter. Amen.*

I.

CONsiderantes utique dignum & congruum, prout id singulariter expedit ninnium hujus hominum memoria, ut ea quæ per factorum D generalium conciliorum functiones ad Dei laudem & communem reipublicæ utilitatem fore noscuntur institutæ, illa debite scripturæ commendentur, ut per hanc jugis eorum etiam ad posteros transeat recordatio: Hinc est igitur, quod in sanctæ scripturæ continentur, & sunt de verbo ad verbum inserta decreta, constitutiones, acta, & ordinationes, ceteraque gesta in hoc sacro generali Basilensi concilio, præsidente in eodem authoritate apostolica reverendissimo in

a Chrillo patre domino Juliano, miseratione divina sanctæ Romanæ ecclesiæ sancti Angeli diacono cardinali, apostolicæ sedis legato, collecta, vita, ordinata per nos protonotarios, notarios, & scribas infrascriptos, ad id per dictum dominum præsidentem, facto eodem approbante concilio, deputatos, sub annis, indictionibus, diebus, horis, mensibus & pontificatu infrascriptis annotatis pariter & descriptis.

Anno sequidem a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimoprimo, indictione nona, die autem Veneris septima mensis Decembris, pontificatus sanctissimi in Christo patris, & domini nostri domini Eugenii divina providentia papæ quarti anno primo, præsato reverendissimo patre domino cardinali præsidente & legato jam per menses aliquot in civitate Basilensi nationis Germaniæ, provinciæ Biturinensis, prædicti generalis concilii adjuvante dominos congregantes & celebrantes inibi juxta mandatum apostolicum alias sibi super hoc directum, & infra plenius definitum, legitime facientium, personaliter existente. Convocatis quoque ipsis omnibus dictæ authoritate bujus rei causa ad dictam civitatem Basilensem de diversis mundi partibus plurimis dominis, prælatis, nonnullis personis aliis, & viris ecclesiasticis, quæ de jure vel consuetudine ad concilium generale venire tenentur, ac etiam quamplurimis aliis ad dictam concilium convocatis, ejusque ante cum dicto domino præsidente legato ad certa aula domus ecclesiæ S. Leonardi Basilensis, in qua solitus fuit pro concilliis tenendis in unum convenire, ad hoc specialiter congregatis, unanimi inter eos inite consensu, extitit ordinatum & decretum, primum dicti generalis concilii Basilensis sessionem tenendam fore auctore domino, atque celebrandam die Veneris extunc proxime secutura, quartadecima dicti mensis Decembris in ecclesia cathedrali Basilensi, prout in schedula, cujus tenor inferius primo loco describitur, plenius continetur: quam schedulam in multis duplicatam & transumptam justis idem dominus præsidens, ob diversas primo diffinitis publicationes faciendam, in pluribus dictæ civitatis ecclesiarum valvis affigi pariter & apponi, cujus tenor sequitur, & est talis:

Ad laudem omnipotentis Dei, exaltationemque fidei catholicæ, nec non tranquillitatem & pacem totius Christianitatis, reformationemque universalis ecclesiæ & populi Christiani, ex parte reverendissimi in Christo patris & domini domini Juliani miseratione divina sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ S. Angeli diaconi cardinalis, in præsenti sacro generali concilio Basilensi

SESSIO I. sitsenti auctoritate apostolica praesidentis specialiter deputati, approbatione dicti sacri generalis concilii intimatur per praelatos omnibus & singulis in hoc ipso generali concilio Basileensi interessentibus, & interesse debentibus, quod auctore Deo die Veneris proxima post festum S. Lucae, quae erit quartadecima mensis hujus Decembris, prima ejusdem sacri generalis concilii sessio celebrabitur in ecclesia cathedrali civitatis hujus Basileensis, hora nona ejusdem diei: a media nocte inuanta computanda. Ideoque praecipitur & mandatur omnibus & singulis in praedicta civitate Basileensi ad caulam dicti sacri concilii jam existentibus, ceterisque ad quorum notitiam praesentes devenerint, in dicto concilio interesse debentibus, qui tunc commodè & personaliter interesse potuerint in eodem, quatenus dictis die & hora in ecclesia praedicta personaliter & debite compareant sub poenis juris, nisi legitimo praepediti fuerint impedimento. Datum Basileae die septimo dicti mensis Decembris, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimoprimo, pontificatus sanctissimi domini nostri papae Eugenii quarti anno primo, sub sigillo confusio dicti domini praesidentis in testimonium praemissorum.

Dicta die Veneris quartadecima praedicti mensis Decembris, anno, indictione, hora, & pontificatu, quibus proxime supra, sacrosancta generali synodo Basileensi praedicta, dicto domino cardinali legato auctoritate qua supra praedicente, legitime ab hora competenti, celebrataque ibidem solenni missa de Spiritu Sancto per reverendum in Christo patrem dominum Philibertum Dei & apostolicae sedis gratiae episcopum Constantiensem provincie Rothomagensis, infuper cantatis & perlectis litaniis, antiphonis, ac aliquae devotis orationibus in talibus ordinatis, Deoque supplicitèr & devote exhibitis, idem dominus cardinalis praesidens in pontificalibus, sedens super cathedram ad hoc libi praeparatam, aliisque singulis praelatis tunc ad praesidia adstantibus in pontificali habitu, simul cum mitria planta capitibus eorum impositis existentibus, gratiam sermonem ad synodum praedictam sacrosanctam habuit, sumens pro themate (ita: *Mandavimus ad fortis usque mare*: Hinc est, ipso plerumque salubri exhortatione, secundum quod tali conveniebat eximie congregationi, & in primordio talis actus decuit, omnes de puritate, munditia, & vitae integritate sobriete in caritate sacra & admonuit, praecipueque exhortatus est, ut in celebratione Deo grata praesentis sacri concilii, ecclesiae universali tam necessaria & utili, ut vere decet vivo ecclesiasticos, constanti & humo animo perseverantes, vigilanterque, ac diligentius intendentes ad profectum & utilitatem reipublicae & Christianae religionis feliciter peragendum. Quo quidem sermone per cum habito, aliquot memoratos dominus Philibertus episcopus Constantiensis eminentem thalamum ascendit, ibique de mandato dictae sacrae synodi perlegit alta & intelligibili voce, ut ab omnibus adstantibus audiretur, haec quae infra de verbo ad verbum interuntur, adstantibus ibidem nonnullis venerabilibus & egregiis viris dominis ambasiatoribus serenissimorum & illustrissimorum principum dominorum regis Romanorum semper Augusti & Amedei ducis Sabaudiae, nec non viris illustribus dominis aliis quamplurimis.

*Sessiones in articulos sessionis vel ac numero diffinximus, ut commodius in posterum citari queant.*

II.

*Decretum & cetera lecta in prima sessione sacri generalis concilii Basileensis.*

Ad omnipotentis Dei gloriam, fidei catholicae exaltationem, Christianae religionis profectum, pacisque fundamentum in summo angelicali lapide Christo Jesu, in quo omnis aedificatio constructa crescit in templum sanctum in domino, sacrosancta synodus Basileensis universalem ecclesiam repraesentans, in spiritu sancto legitime congregata, praesidente reverendissimo in Christo patre domino Juliano, sanctae Romanae ecclesiae sancti Angeli diacono cardinali, apostolicae sedis legato, attendens quod sacra generalis synodus Constantiensis in Spiritu-sancto celebrata, salubre existimans & multimode fructuosum in sancta Dei ecclesia generalia concilia frequentari, hoc suo decreto constituit hujusmodi sub tenore.

III.

*Decretum Constantiense de celebratione conciliorum.*

Frequens generalium conciliorum celebratio agri dominici praecipua cultura est, quae vepres, spinas & tribulos haeresium, errorum & diffinitarum extirpat, excessus corrigit, deformata reformat, & ecclesiae dominicae sponsae uberrimae fertilitatis adducit: illorum vero negligentia, praemissa disseminat atque fovet. Hac praetereitorum temporum recordatio, & praesentium considerata, ante oculos nostros ponunt. Quapropter hoc edicto perpetuo sancimus, decernimus, atque ordinamus, ut amodo concilia generalia celebrentur, ita quod primum & hac hujus synodi in tempore quinto immediate sequens, secundum vero a fine illius immediate sequentis concilii in septennium, & deinceps de decennio in decennium perpetuo celebrentur, in locis quae summus pontifex per eadem ante finem cujusliber concilii, approbante vel contentiente concilio, vel in ejus defectum ipsum concilium deputare & assignare tenebitur, ut fit per quamdam continuam seriem, ac consecutim vigeat, aut per termini pendentiam expectetur, quem terminum liceat summo pontifici de fratrum suorum sanctae Romanae ecclesiae cardinalium consilio, ob emergentes res suas, abbreviare, sed nullatenus prorogetur. Locum autem pro futuro concilio celebrando deputatum, absque evidenti necessitate, non mutet. Sed si forte ante, aliqua occurrente, quo necessitatem videretur ipsum locum mutare, puta obsidionis, guerrarum, pestis, aut similis, tunc licet summo pontifici de praedictorum fratrum suorum, aut aliorum partium informa consilio atque subscriptione, alium locum prius deputato loco vicinioremque & aptum, sub eadem tamen natione subrogare, nisi idem vel similis impedimentum per totam illam nationem vigeret: tunc ad aliquem alium vicinioremque alterius nationis locum aptum hujusmodi concilium poterit convocari, ad quem praelati, & alii qui ad concilium foleni convocari, ac cede-



ANNO CHRISTI 1431. cedere tenentur, ac si a principio loco ille fuit ad ejus electus & deputatus. Quam tamen luci mutationem, vel termini abbreviationem, per annum ante praefixum terminum teneatur summus pontifex legitime & solenniter publicare & intimare, ut id ipsum concilium celebrandum praedicti pontifex statuto termino convenire.

Atque pro ipsius executione decreti civitas Papiae apud Italiam fuit electa, pro generali concilio in fine tunc proximae sequentis quinquennii celebrando. Quod quidem concilium suo decreto tempore in dicta civitate Papiensi celebrari existit & convocatum, & inde certis ex causis ad civitatem Senensem translatum. In quo quidem generali concilio Papiae inchoato, & in Senensi civitate celebrato, haec Basileensis civitas per ejusdem concilii ante finem generalis concilii celebrandi fuit electa & debite assignata, ut constat in instrumento publico inde confecto hujusmodi serici.

IV.

*Instrumentum electionis civitatis Basileensis pro generali concilio celebrando.*

In nomine domini. Amen. " Tenore praesentis publici instrumenti cunctis patreat evidenter, & sit notum, quod anno a nativitate ejusdem domini millesimo quadringentesimo vigesimoquarto, indictione secunda, die vero labbati 19. mensis Februarii, hora tertiarum, vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris & dominii nostri domini Martini divina providentia papae quinti anno tertio, vigente & durante sacrosancto generali concilio Senensi in civitate Senarum, ac praesentibus eidem concilio vice & nomine praefati domini nostri papae & pro eo reverendissimis in Christo patribus dominis dominis Dei & apostolicae sedis gratia Petro archiepiscopo Cretensi, Jacobo episcopo Spoletano Petro episcopo de Rofatio Aquilejensis diocesis, ac Leonardo de Florentia magistro & generali ordinis praedicatorum, per eumdem dominum nostrum papam ad infra scripta specialiter deputatis & ordinatis, idem domini praesidentes quamdam convocationem deputationem omnium inclytarum nationum praesentis concilii Senensis, super electione loci futuri concilii fecerunt. In qua adfuerunt praedicti dominii praesidentes concilii una cum reverendis patribus ac venerabilibus & circumspectis viris omnium quinque nationum, videlicet pro Italica ipso parte praelatorum & aliorum de patriarchatorum Senensis & domini Petrus & sanctae episcopus Calfrensis, & dominicus de sancto Germaniano doctorum doctor, camerae apostolicae auditor. Pro parte praelatorum & aliorum habentium titulos in territorio Senensi, dominus Nicolaus abbas sancti Donati, ordinis vallis Umbrosae. Et ipse habet mandatum ad aliquam infra scriptam faciendam dicens, sed ad audiendum & referendum, quorum quilibet se. dictam Italicam nationem repraesentare affirmabat. Pro natione Gallicana reverendi patres & domini dominii Gullielmus episcopus Cavallicensis, Ludovicus de Palude regalis Trinorchiensis, ordinis sancti Benedicti, Cabilonensis diocesis, & Joannes Urficampi ordinis Cistercensis, Noviomensis diocesis, abbates. Pro natione Germanica reverendus pater dominus Harstingus de Cappel decretorum doctor, facti pa-

a) Vide sessionis 10. & 16.

b) Lege domini.



A latii apostolici cauturam auditor, ac venerabilis & religiosus vir frater Theodoricus de Andel, monasterii Bethanaetranensis, in decretis licentiatus, ac ejusdem ordinis procurator. Pro natione Hispanica Petrus Alfonsi abbas sancti Vincentii, & canonicus ecclesiae Toletanae, qui tamen dixit se non habere a alio quod mandatum a natione fua ad hanc actum faciendum, nisi solum ad audiendum & referendum: & quo etiam solenniter fuit protestatus. Pro natione Anglia reverendus pater & dominus dominus Franciscus episcopus Aquensis, & venerabilis vir magister Thomas de Merfia canonicus " Aliodanensis, in facta pagina baccalaureus. Qui deputati supradicti, singulariter singuli, infra scripta mandata sua in publicum formam, illis de territorio Senensi & nationibus praedictis, Senae in capella domus operarii majoris ecclesiae Senensis prope eamdem ecclesiam fita produxerunt, & quilibet eorum produxit. Quibus sic congregatis, ac mistarum solemnia illisque ceremonia debita & confuetis ibidem completa, lupra dicti dominii deputati singularum nationum, ad infra scripta singularia mandata, de quibus per instrumenta publica signata & subscriptionibus notariorum publicorum tunc ibidem praesentium signata & subscripta, legitimam fecerunt fidem, & ad hujusmodi electionem loci per ordinem procefferunt. Et inter ceteras quamplurimas allegationibus, propositionibus, alterationibus & diffensionibus diversorum locorum & provinciarum hinc inde inter ipsos deputatos habitis atque facti, demum pro loco futuri & tunc celebrandi concilii protinse secuturi, juxta formam & tenorem decreti five constitutionis Constantiensis defuper facti, praesentes Basileensem in natione Germanica consistentem, & in provincia Bituntina, tamquam habilem, sufficientem, & idoneam, ex ipsorum certa scientia unanimiter & concordèr nominarunt & elegerunt, dictis tamen Nicolao sancti Donati, & Petro Alfonsi abbatibus, pro tunc expressis deputatibus. Quo loco fic per ipsos dominos deputatos electo, ipsa dicti dominii praesidentes concilii ex parte domini nostri papae dictum decretum five constitutionem concilii Constantiensis, in quo continetur de modo eligendi loca concilionum, nec non literas pontificias domini nostri papae praedicti ejus vera bulla plumbea (ut prima facie apparebat) motu Romanae curiae munitas, super potestate dictis dominis praesidentibus ad hoc committendam a domino nostro papa praedicto concessa, per venerabilem virum dominum Michaelem de Fiscis decretorum doctorem, & praefati domini nostri papae secretarium ibidem praesentem, publice alta & intelligibili voce coram dominis praesidentibus ac deputatis nationum, aliisque supradictis, infra scriptorum tenorem legi & publicari fecerunt. Tenor vero decreti sequitur, & est talis:

Frequens generalium conciliorum celebratio, agri dominici, cure. fenat fupra in hac eadem sessione haberur, & alias integrius in concilii Constantiensis sessione 39.

Tenor hujus talis est.

SESSIO I.

V.

*Martinus episcopus servus servorum Dei venerabili fratribus Petro archiepiscopo Cretensi, & Jacobo episcopo Spoletano, ac dilectis filiis Petro abbati de Rosario sancti Petri Aquileiensis dioecesis, nec non Leonardo de Florentia, ordinis fratrum praedicatorum, & sacra pagina professori, ac ejusdem ordinis generali magistro, nostri & apostolicae sedis nuntiis, salutem & apostolicam benedictionem.*

Nuper siquidem cupientes generale concilium juxta deliberationem & ordinationem sanctae Synodi Constantiensis, ad deputationem loci alias eidem approbatae (prudo per nos factam, in civitate Papiensi auctore domino celebrari, ut illa in eo statuerentur & fierent quae cederent ad laudem Dei & bonum publicum ecclesiae sanctae: vos ad civitatem praedictam, pro futuro ibidem tenendo & celebrando concilio generali, nostros & apostolicae sedis nuntios de tratum nostrorum consilio, providimus destinandos; vobis inter cetera mandantes, ut in hac nostris ipsi concilio praesidendi, & inibi pro vestra sapientia illa providendi, deliberandi, statuendi, decernendi & concludendi, quae ad conservationem & augmentum religionis & fidei Christianae, & reformationem cleri & status ecclesiastici pertinent, potestatem plenariam concedentes, prout in aliis nostris literis plenius continetur. Nos igitur attendentes, ut in hac generali urbe dicti concilii ea utilitas & perfectius proficere valeat, quo ampliori facultatis per nos auctoritate munitis, & ne propter alliquem casum, qui forsitan quandoque contingere, celebratio & continuatio ejusdem concilii retardetur; opportuit providere volentes, discretioni vestrae, ubi legitima causa subfistat, ipsum concilium de civitate praedicta ad quamcumque civitatem Italiam ejusdem nationis ad hoc libertam, habilem, & sufficientem, de qua vobis videtur, auctoritate nostra transferendi, illudque prorogandi, mutandi & differendi, ipsumque concilium in hujusmodi alia civitate, ad quam id forsitan transferri & mutari contigerit, continuandi, tenendi, & celebrandi, & ad illud praelatos & alios evocandi, quos nomine & auctoritate praedictis praesidendi, & quaecumque in eo decreta, eodem approbante concilio, ordinandi, statuendi & decernendi, illaque in publicis bullionibus juxta morem solentiter publicandi & approbandi, ac nihilo minus ante dissolutionem praesentis concilii locum pro alio futuro concilio inde ad septennium celebrando, juxta deliberationem, declarationem, & ordinationem praedictam, etiam ante metem, ubi rationabilis causa esset, ne aliquo modo hujusmodi loci deputatio differatur, nominandi, deputandi, & alligandi, & alias in praemissis omnibus agendi, disponendi, & exercendi, & concludendi, quae pro statu honoreque ecclesiae, & Romanae ecclesiae, ac tranquillitate & pace reipublicae Christianae, noveritis expedire, plenam & liberam de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus facultatem, ratum & gratum habituri quidquid per vos super praemissis in eodem concilio propositum, deliberatum, statutum, & decretum fuerit ac concluisum. Idque faciemus, auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.*

A Datum Romae apud sanctum Petrum octavo Kalendas Martii pontificatus nostri anno secundo.

Quibus quidem decretis & literis apostolicis fic lectis & publicatis, praedicti domini quatuor praesidentes ibidem praelentes, per organum dicti reverendissimi patris domini Petri archiepiscopi Cretensis, unius ex ipsis praesidentibus, in ipsum locum, videlicet civitatem Basileensem, sic (ut praemittitur) per ipsos dominos deputatos ellictum, conlenlerunt, ac eamdem civitatem Basileensem, in provincia Bilunnia conlistentem, una cum dictis dominis deputatis nationum, & ipsi deputati nationum, videlicet Italiae de extra territorium Sentenie, Galliarum, Germaniae & Angliae, juxta dicti decreti Constantiensis concilii vim, formam & tenorem, ac potestatis a domino nostro papa praedicto eis traditae (ut praemittitur) & concessae, elegerunt & nominaverunt, ac civitatem ipsam habitare & habeam pro loco futuri proxime celebrandi concilii deputarunt, assignarunt, & pronunciarunt. Protestantes tamen, quod propter hoc ipsum concilium Senense non contineatur diffolutum esse, sed quod ipsi praesidentes cum inclytis nationibus ad omnem reformationem hic possibilem concurrere vellent. Et hoc idem praefati deputati per ordinem similiter fuerunt protestati quilibet pro natione sua, quod ad reformationem hic possibilem attendere vellent. Quo loco taliter electo & pronunciato, ac assignato & deputato, vocati fuerunt in locum dictae congregationis reverendissimi patres & domini Joannes archiepiscopus Tolenanus nationis Hispanicae praesidens, Joannes archiepiscopus Rothomagensis nationis Galliicanae praesidens, Rinaldus episcopus Eboracensis Angliicae nationis praesidens, & Andreas episcopus * Pocznanienlis nationis Germanicae praesidens. In quorum praesentia dicti loci electio fuit solenniter publicata, & per ipsos dominos archiepiscopos & episcopos approbata & confirmata. Excepto quod dictus reverendissimus pater dominus Joannes archiepiscopus Tolenanus, Hispanicum primas regnorum Castellae major dignitatis, & supradictae nationis Hispanicae praesidens, ad dictam electionem respondit se habere duas voces; unam, ut praesidens nationis suae Hispanicae, & alam vero, ut archiepiscopus & primas Hispaniarum. Quantum ad primam vocem, non poffet consentire, nisi requisita & consentiente natione sua praedicta. Quantum vero ad secundam vocem, videlicet in archiepiscopus & primas, dixit se consentire, & expresse consentit. De & super quibus omnibus & singulis praemissis fic actis, factis & gestis, praefati domini praesidentes dominii nostri papae, nec non deputati supradicti per ordinem, ac honorabilis vir magister Martinus Welle clericus Sambiensis diecesis in decretis baccalaureus, ac dominii nostri papae praefati procurator fiscalis, & hujusmodi Sancti Sancti concilii promotor, fibi a me notario publico infra scripto & aliarum nationum notarius ibidem tunc praesentibus, fieri petierunt & qualibet eorum fieri petit, atque tradi unum vel plura, publicum feu publica, instrumentum aut instrumenta. Acta fuerunt haec Senis sub anno, indictione, mense, die, hora, loco, & pontificatu, quibus supra, praesentibus ibidem venerabilibus ac honorabilibus & discretis viris dominis Dominico de * Crapanica, apostolicae camerae clerico, Michaele de Pisis suprascripto, doctoribus, nec non magistris Ansonio



ANNO CHRISTI 1431. & sedis obtinere.

tonio & olim Michaele de Sancto Geminiano, utriusque cauforum camerae apostolicae & Italiae de extra territorium Senense, Hermano Weynden de Bocken, clerico Monasteriensis diocesis, apostolica & imperiali auctoritatibus ac indepte nationis Germanicae in praedicto concilio Senensi notario, nec non Laurentio Stafforde Anglicanae, nationum praedictarum notarius clericus, Florentinensis, Monasteriensis, ac Lincolniensis, diocesium, ac Francisco de Bononia, faciente armorum domini nostri papae, praedictis testibus ad praemissa vocatis specialiter atque rogatis.

VI.

*Subscriptiones notariorum.*

Et ego Petrus Clerici, clericus Ambianensis diocesis, magister in artibus, publicus auctoritate apostolica & imperiali notarius, Galliicanae in praedicto faeto concilio Senensi notarius, quia hujusmodi electioni, pronuntationi, assignationi, & deputationi loci futuri concilii [ut praemittitur] proxime celebrandi praefatis fuit, atque sic fieri vidi & audivi, ideoque hoc praesens publicum instrumentum manu mea propria scriptum exinde conferi, fabricari, & publicari, signoque & nomine meis solitis, & consuetis signavi, in fidem & testimonium omnium & singulorum praemissorum requisitus & rogatus.

VII.

*Subscriptio alterius notarii.*

Et ego Laurentius Stafforde clericus Lincolnienlis diocesis, publicus auctoritate apostolica & inclytae nationis Angliicae, in praedicto facto Senensi concilio notarius, praemissis omnibus & singulis una cum praenominatis tellibus & notario praesens fui, eaque sic fieri vidi, & audivi, & exinde hoc instrumentum per alium fideliter scriptum fore meo folito cum dicto notario requisitus signavi in testimonium omnium praemissorum.

VIII.

*Initium & approbatio concilii Basileensis.*

Cum vero finis instaret septenii, quod est tempus ex praeinfecto concilii Constantiensis decreto celebrationis hujus concilii praefinitum, felicis recordationis dominus Martinus papa quintus, fundat Romanae ac universalis ecclesiae tunc praesidens pontifex, volens celebrationem generalis concilii fieri juxta praemenoratum decretum, cui tamen propter statutem decreptum, & multiplices fui corporis morbos, in personam propria non poterat praesidere, dictum dominum Julianum sanctae Romanae ecclesiae sancti Angelis diaconum cardinalem, de fratrum suorum consilio, ad celebrandum ipsum concilium, & eidem vice & loco ipsius summi pontificis * praesidendi, ipsum ac eidem apostolicae destinavit legatum per suas apostolicas literas, prout eccesi

A ha dispositione nobis injundum diligenter attendimus & quod singulis Christianae reipublicae occurrentibus per nos ipsos debitum apostolicae ferentitis exequi non possumus animo nostro revolvimus, nonnunquam vires fidelfrentes, diligenter ac sollicita praedicta, & rerum agendarum experientia conspicuus, in partem nostrorum & ecclesiae Romanae negotiorum affumimus, dum tempus postulat, eorum operationibus vires nostras supplenes, unioiformem nobis commissum, divina affistente gratia, juxta vires nobis ex alto concessas exequi valeamus. Dudum siquidem factum generale Constantiense concilium, ex certis causis tunc expressis, statuit & decrevit primum generale concilium in quinquennium extunc proxime futurum, secundum vero illic illius innovatio (quoniam concilii in septennium & deinceps de decennio in decennium perpetuo fore celebrandum, in locis per Romanum pontificem per nunties ante finem cujusliet concilii, approbante & confentiente concilio, vel in defectum ipsius per ipsum concilium deputandis ac assignandis, ut illa quae circa statum & bonum publicum ecclesiae sanctae Dei agenda & expedienda reflabant, matura possent deliberatione compleri, prout, quantum in nobis fuit, in concilio Senis ultimo celebrato fecimus & futuro Basileensi concilio Deo auctore celebrando, juxta dictum concilio Senensi praefinitum, eodem approbante concilio civitas B Basileenfis pro loco proximo futuri tunc in septennium celebrandi concilii deputata existit, prout in decreto praefati Senensis concilii & aliis nostris literis desuper confectis plenius continetur. Cum autem finis hujusmodi septennii, quo concilium ipsum in eadem civitate Basileensi celebrandum & celebrandum fore statutum fuit, infiare nofcatur, cumque propter notoriam in ipsa futuro Basileensi concilio Deo auctore celebrando, juxta dictum concilio nostri interrefie non possimus, te vitae integritate & sapientia praeclarum, & magnitudine concilii conspicuum, ac in maximis nostris & praesatae ecclesiae negotiis diutiuna experientia comprobatum, legatum cum plena & omnimoda potestate legati de latere, & fratrum nostrorum concilio, auctoritate apostolica, tenore praesentium facimus, constituimus, & etiam ordinamus, teque ad civitatem Basileensem praedictam, pro futuro ibidem, auctore domino, tenendo & celebrando concilio generali, juxta deliberationem & ordinationem praefatam, tamquam angelum pacis destinandum providimus. Et cum super omnia in ipso futuro concilio ad reformandum fidem ecclesiae Dei, hoc tempore indigere videtur, abundante nequitia, & frigefcente caritate hominum, fufcitatis inter fideles bellis & discordiis, ac invalescente in pluribus mundi partibus hoc tempore pravitate, ad hujusmodi luctes extirpandas, & pacem inter catholicos principes & ceteros Christianos componendam, animum efficaciter intendamus: fuper quae re, quantum in nobis fuit, deliberare & efficaciem, tibi nomine & auctoritate nostri ipsi concilii praesidendi, ac in illo pro tua sapientia illa proponendi, deliberandi, ordinandi, statuendi, & decernendi ad laudem & honorem Dei, & conservationem & augmentum religionis, fidei Christianae, statum ecclesiae, reformationem quoque totius cleri & ecclesiastici status in mortuis & vivis, nec non reductionem orientalis ecclesiae, & quorumlibet aliorum oberrantium ad gremium ecclesiae militantis, ac confere

SESSIO I.

vationem ecclesiasticæ libertatis, salutem quoque, quietem & pacem regnorum, regum, ducum, principum, & quorumlibet fidelium populorum, noveris pertinere, ac etiam ibidem cum debita maturitate & deliberatione, prout in tanta re convenit, ea omnia proponendi, decernendi, concludendi & exequendi, per quæ hæreses & errores tam de Bohemia, quam de aliis quibuscumque regnis, provinciis, terris & locis, in quibus sunt, penitus extirpentur. Et nihilominus de præmissis hæresum & quibuscumque aliis causis fidem catholicam concernentibus quomodolibet cum consilio dicti concilii cognoscendi, illaque per te, vel per alium, seu alios a te deputandos, audiendi, decidendi, & fine debito cum præfato concilio terminandi. Et contradictores quoslibet & rebelles, cujuscumque status, gradus, præeminentiæ, vel conditionis existant, & quavis ecclesiastica vel mundana, etiamsi regali vel pontificali præfulgeant dignitate, auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam, & alia juris remedia appellatione postposita, compescendi, & super his, quoties opus fuerit, auxilium brachii sæcularis invocandi omniaque alia & singula in eodem Basileensi concilio agendi, tractandi, disponendi, statuendi, declarandi, decernendi & concludendi, quæ in præmissis & circa ea pro statu nostro & ejusdem ecclesiæ, ac salute animarum fidelium, extirpatione hæresum & errorum de agro dominico, reductione quoque oberrantium populorum, & conservatione ecclesiasticæ libertatis, ac pro quieto statu reipublicæ Christianæ, nec non reformatione in omnibus membris suis, noveris profutura, plenam & liberam auctoritate prædicta tenore præsentium concedimus potestatem, ratum & gratum habituri quidquid super præmissis per te una cum eodem Basileensi concilio ordinatum, statutum, deliberatum & decretum fuerit, & conclusum: idque faciemus auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Quocirca circumspectioni tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus tibi injunctum ministerium laboris hujusmodi, pro divina & dictæ sedis ac nostra reverentia, sic in eodem futuro Basileensi concilio dicto nomine pro tempore præsidens, ad honorem Dei, ecclesiæ; atque nostram, salutem quoque & pacem populorum fidelium, juxta datam tibi a domino prudentiam, laudabiliter exequaris, quod ex tuis fructuosis operibus fructus optati proveniant quos speramus: tuque deinde illam, quæ pias causas agentibus superna retributione impenditur, gloriam consequi merearis felicitatis æternæ.

Datum Romæ apud sanctos apostolos, Kalendis Februarii, pontificatus nostri anno decimoquarto.

## X.

*Litera domini Eugenii papæ IV. directa domino Juliano legato, quæ quidem bulla non est decretata.*

*Eugenius episcopus servus servorum Dei dilecto filio Juliano sancti Angeli diacono cardinali, apostolicæ sedis legato, salutem & apostolicam benedictionem.*

Certificati tam per literas tuas quam alias de sollicitudine & circumspecta diligentia quam habes in prosequendo causam fidei contra Bohemos hæreticos, tuam prudentiam commendamus & te ad perseverandum hortamur, quantum cum decentia fieri potest. Præterea cum felicis recordationis Martinus papa V. prædecessor noster item cetera tibi injunxerit præsidere debere auctoritate apostolica in concilio generali in Basileensi civitate celebrando si talis esset concursus & congregatio prælatorum quod merito & rationabiliter celebrari debuisset & deberet, & (sicuti accepimus) usquenunc pauci aut nulli convenerunt, & propterea non sit opus alium destinare, sed sit potius expectandum, placet nobis, & volumus, tibique mandamus, quatenus expedito negotio Bohemorum, cujus finis expectatur in brevi, tuos gressus dirigas ad prædictam civitatem Basileensem, & ibi (prout opus videris esse) juxta tibi injuncta & ordinata in concilio Constantiensi, optime provideas, prout in tua prudentia & circumspectione plene confidimus. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ 1431. * secundo Kalendas Junii, pontificatus nostri anno primo.

## XI.

*Stabilimentum sacri concilii Basileensis.*

Ipse autem reverendissimus dominus legatus mandatum apostolicum exequi cupiens, cum tempore, quo jam instabat celebrationem concilii inchoari, circa expeditionem adversus pestiferam hæresim Hussitarum esset pro causa fidei admodum occupatus, suos ad hanc civitatem vices gerentes destinare curavit, ac postmodum, quamcitius fuit possibile, ad præsentem civitatem accessit, ut injunctum legationis officium posset in celebratione hujus generalis concilii, præstante divini numinis gratia, adimplere, prout etiam sanctissimus dominus noster dominus Eugenius divina providentia papa IV. repetitis suæ sanctitatis literis sibi mandavit. In qua civitate jam per tres menses & ultra cum prælatis & ceteris, qui ad ipsam civitatem causa celebrationis dicti generalis concilii advenerunt, quamplurimas congregationes fecit, habuitque tractatus super ipsius stabilimento & celebratione concilii. Tandem decretum est præsentem solennem fieri sessionem, in qua primum cum ex præmissis constet aperte, quod hæc civitas sit locus celebrationi generalis concilii deputatus, & adsit a jamdiu citra tempus ipsius concilii celebrandi, sacrosanctæque sedis apostolicæ non desit auctoritas, decernit, diffinit, & declarat, in hac civitate & loco esse generale concilium stabilitum canonice & fundatum, & quod ad ejus celebrationem tenentur accedere omnes tam prælati, quam ceteri, qui de jure vel consuetudine ad generalia concilia accedere sunt adstricti.

## XII.

*Intentio concilii Basileensis.*

Ceterum cum unumquodque eo directius atque intensius suas dirigat actiones, quo ipsarum destinatum finem agnoscit, idcirco hæc sancta synodus necessitates Christianæ religionis sedula meditatione recogitans, matura & digesta deliberatione decernit, ad hæc tria, eo [?] quo cuncta bona procedunt, auctore Deo, toto sollicitudinis studio operam dare. Primo, ut omnium hæresum a Christiani populi finibus tenebris profugatis, lumen catholicæ veritatis, Christo vera luce largiente, refulgeat. Secundo ut



ANNO CHRISTI 1431.

ut bellorum rabie, qua satore zizaniæ seminante, in diversis partibus mundi affligitur & dissipatur populus Christianus, congrua meditatione sedata, pacis auctore præstante, in statum reducatur pacificum & tranquillum. Tertio, ut cum multiplicibus vitiorum tribulis & spinis Christi vinea jam quasi silvescat præ nimia densitate, ut illis debitæ culturæ studio resecatis, evangelico agricola cælitus operante, refloreat, honestatisque fructus & honoris felici ubertate producat. Et quoniam absque cælestis influxu gratiæ hæc tam grandia bona sperari non possunt, omnes Christi fideles in domino propensius exhortatur, ut ad obtinendam præmissorum consummationem felicem, devotis orationibus, jejuniis & eleemosynis, apud majestatem divinam diligenter insistant, ut pius & misericors Deus humilibus placatus obsequiis optatam rerum consummationem huic sacro concilio sua pietate solita præstare dignetur, eis in remissionem suorum peccaminum hoc injunges.

## XIII.

*Exhortatio suppositorum concilii.*

Præterea cum præmissa, ad quæ hujus sacri concilii tendit exhortatio, sint plurimum ardua, & accuratum studium exigant, multaque sint solicitudine & cura pervigili pertractanda, exhortatur omnes in hoc sacro concilio * persistentes, & ad ipsum venientes, ut diligenter secum illa cogitent, atque cum aliis excogitata pertractent, quæ eis videbuntur ad eadem utilia vel etiam opportuna, ut inde communi debitoque super eis tractatu habito & matura deliberatione digesto, melius & utilius per sacrum concilium in præmissis queat, assistente Spiritus sancti gratia, provideri. In hac namque sacra synodo congregatis plena & libera sit omnibus & singulis loquendi & consulendi facultas, eorum quæ ad agenda esse videbuntur accommoda juxta materias in ipsius concilii deliberatione propositas.

* præsentes,

## XIV.

*De modo seu gestu in concilio & sessione.*

Ut autem qua morum & gestus venustate unusquisque in sessionibus & congregationibus hujus sacri concilii debeat se habere, ex antiquorum patrum jam diu institutis regulis innotescat, decretum Toletani concilii præsentibus duximus inserendum.

## XV.

*Decretum concilii Toletani.*

In loco benedictionis considentes domini sacerdotes * nullus debet aut indiscretis vocibus perstrepere, aut quibuslibet tumultibus * perturbare, * nullus etiam vanis fabulis vel risibus, vel (quod est deterius) obstinatis disceptationibus tumultuosas voces effundere. *Si quis enim* (ut ait apostolus) *putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum hujus vana est religio*. Cultum enim suum justitia perdit, * cum silentia judicii obstrepentium turba confundit, dicente propheta: *Erit enim cultus justitiæ silentium*. Debet ergo quidquid aut * considentium consultationibus agitur, aut ab accusantium parte proponitur, sic mitissima verborum relatione proferri, ut nec contentiosis vocibus sensus audientium turbent, nec judicii vigorem * in tumultu enervent. Quicumque ergo in conventu concilii hæc quæ præmissa sunt violanda crediderit, & contra hæc interdicta aut tumultu aut contumeliis, vel risibus ipsum concilium perturbaverit, juxta divinæ legis edictum quo præcipitur: *Ejice derisorem, & exibit cum eo jurgium*, cum omni dedecore a consessione abstractus, a communi cœtu secedat, & trium dierum sententiam excommunicationis ferat.

Toletanum XI. cap. 1. 5. q. 4. In loco benedictionis. * nullis debent * perturbari, * nullis Jacob. 1. * quando silentium perdit & judiciam Isaia. 32. * al. contendentium collationibus. * de al. pæ

Prov. 22.

SESSIO I.

## XVI.

*De honoribus.*

Ad obviandum controversiis quæ solent ex hujusmodi in conciliis & publicis congregationibus suboriri, & nonnunquam ipsorum progressum per longa tempora impedire, hæc sacra synodus ordinat, statuit & decernit, quod per quoscumque actus, nominationes, intitulationes, honoris exhibitiones, tam in sede, quam in aliis quibuscumque dictis aut faciendis in hoc concilio, per quoscumque prælatos, principes, vel eorum aut universitatum & communitatum quarumcumque nuntios, vel legatos, seu ipsis vel de ipsis, vel eorum altero, in eodem concilio nullum jus de novo acquiratur, nullique præjudicium generetur, nulliusque jus in proprietate vel possessione lædatur. Et per præmissa, vel hujusmodi legatorum admissionem, jus vel titulus alicujus approbari nullatenus censeatur, vel etiam reprobari, aut jus vel possessio generali concilio interessendi, vel taliter vocem dandi, cuiquam acquiri, sed in omnibus & per omnia unumquemque in eodem statu post hoc concilium remanere, in quo ante ipsius concilii celebrationem permanebat.

## XVII.

*De impedimento venientium ad concilium.*

Sane quoniam opus aliquod intendenti non satis est ædificationi operam dare, si ex adverso impedientibus non resistat, idcirco decretum in sacro Constantiensi concilio editum adversus eos qui venientes ad concilium, stantes, vel redeuntes impediunt, injuriantur vel molestant, ex superabundanti cautela contra eos, qui venientes, stantes, aut recedentes ab hac sancta synodo, in persona vel bonis impedire, injuriari, vel molestare præsumpserint, locum habere declarat ac decernit, juxta ipsius (quæ talis est) seriem & tenorem.

## XVIII.

*Processus contra invasores seu spoliatores accedentium ad concilium, vel recedentium de illo.*

*Sacrosancta generalis synodus Constantiensis, universalem ecclesiam repræsentans, in Spiritu sancto ad extirpationem schismatis, hæresumque, & errorum, nec non ipsius ecclesiæ in capite & in membris debitam reformationem legitime congregata, ad futuram rei memoriam.*

Constantiensis concilii sessione 15.

Justitiam & æquitatem exerceri non dubitatur, si quos noxiæ voluntatis adeo captivat perversa intentio, quod processibus apostolicis impudenter obviare, auctoritatem sanctionis canonicæ contemnentes, in aliorum prolabuntur injurias & offensas, ecclesiastica censura percellat, & pro demerito culpæ rigorem adiiciat judiciariæ potestatis. Nam si quilibet per campum

pum

SESSIO I.

pum licentiæ, frenos deposito modestiæ, vagarentur impune, facile quisque faviret in proximum, & nervus disciplinatis justitiæ rumperetur. Sane liset nonnulli Romani pontifices, antiquos Romanæ ecclesiæ mores & consuetudinem observantes, prostrato eos ex debito apostolatus tibi injuncti officii pertinebat, per certos suos procesfus in die cœnæ domini annis singulis solennitter publicarent, inter alios omnes & singulos, qui ad fedem apostolicam tendentes, vel recedentes ab ea, nec non in illos omnes & singulos, quos per se vel per alium, seu alios, quæcumque personas ecclesiasticas vel sæculares, ad Romanam curiam super eorum causis & negotiis accedantes, illaque in eadem curia prosequentes, aut procuratores, gestores, advocatos & promotores ipsorum, ac etiam auditores, seu judices, qui super dictis causis seu negotiis deputarentur, occasione causarum hujusmodi verbaram, mutilant, vel occidunt, cujuscumque dignitatis, ordinis, conditionis, aut status fuerent, prædicta vel eorum aliqua committentes, excommunicationis & anathematizationis sententias, a quibus nullus per alium quam Romanum pontificem posset, præterquam in mortis articulo constitutus, absolvi, nec etiam tunc, nisi de stando mandatis ecclesiæ ac satisfactione præstanda, sufficienti cautione præmissa, candelis accensis, & ad terram projectis, promulgaverint, & eos qui taliter excommunicatis & anathematizatis, vel eorum alicui præsumerent absolutionis beneficium impendere, similibus sententiis innodaverint, eisque predicationis, lectionis, administrationis sacramentorum ecclesiasticorum, & confessionem audiendi, interdiximus officium; nec non quicumque injuriatores quorumlibet ad facra generalia concilia venientium, seu flantium in ipsis, aut recedentium ab eisdem, diversis cæsuras ecclesiasticas & pœnas tam ex canonis quam divini juris dispositione auferunt: tamen, licet ad nostram fide dignorum multitudine valida infinuatione pervenit notitiam, nonnulli iniquitatis filii, perditionis alumni, hujusmodi cæsuras vilipendentes, ac hujusmodi facri concilii, ac ipsorum fidelissimatis, hæresum ac erorum, ipsiusque ecclesiæ reformationis perturbatores, diabolico spiritu instigante, nec dignitati nec ordini deferentes, Dei timore postposito, nefariis ac sacrilegis ausibus nonnullas personas ecclesiasticas & sæculares, etiam pontificali dignitate præditas, ad fedem apostolicam vel Romanam curiam seu præsens generale concilium in civitate Constantiensi provinciæ Maguntinensis, vel hinc Romana curia exiliit, in Spiritu sanctho legitime congregati, venientes aut recedentes ab eisdem, invadere, capere, detinere, incarcerare, mutilare, occidere, ac spoliare bonis suis, vel injuriis affligere quamplurimis, & alia male tractare, temerarie præsumpserunt, & dictum jus excommunicationis, in apostolicæ sedis, & facri concilii vilipendium & contemptum, ac fedationis schismatis, reformationis ecclesiæ, & correctionis morum, nec non hæresum & erroum præditorum contumacium disturbium, suarumque animarum periculum, & scandalum plurimorum. Nos igitur volentes in præmissis, nec non adversus quelcumque ad ipsum concilium & quælibet alia statuta generalia concilii accedentes, aut stantes in ipsis, seu recedentes ab eisdem, ac ab aliis Deum non timentibus temgrariis injuriis infestentur & opprimantur violentiis, & ne quibuvis delinquendi, aut excessus committendi, parendi audacia, & opportuna & salubri remedio providere hujusmodi, nec non omnes alios & singulos procesfus, sententias & cæsuras adversus quarumlibet personarum ecclesiasticarum, vel sæcularium, ad facra generalia concilia venientium, vel flantium in ipsis, seu recedentium ab eisdem, molestatores, perturbatores, vel injuriatores, auctoritate Dei omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti extendentes, omnes & singulos, cujuscumque dignitatis, status, gradus, vel conditionis fuerint, etiamsi pontificali, imperiali, regali, vel alia quacumque ecclesiastica vel mundana præfulgeant dignitate, qui quæcumque personas ecclesiasticas vel sæculares, quæ ad hujusmodi fedem apostolicam Romanam curiam hac pretensi facto dictamine concilio, vel ad ipsum & quæcumque alia generalia concilia venientes, aut flantes in ipsis, aut ab eis recedentes, temeritate propria per se vel alium seu alios arrestare, invadere, capere, detinere, incarcerare, mutilare, occidere, aut bonis suis spoliare, vel injuriis affligere, leu ipsis fic delinquentes receptare, aut alias quomodolibet impedire, seu ea perpetrantibus fidem & commissa rata & grata habere, vel eis dare auxilium, consilium vel favorem, publice vel occulte, directe vel indirecte perpetrarint, vel præsumant in futurum, similibus excommunicationis & anathematizationis sententiis innodamus eo ipso. Terras quoque ipsorum & suffiliet, qui in prædictis, vel eorum aliquo transgressor vel contemptor fuerit, dum tamen unusquisque fic transgressorum vel contemptorum ultra unam diœcesim non contineat, per non omnia, civitates, vitlas, castra, oppida, & quælibet alia loca, in quibus hujusmodi excessuum patratores, seu eorum receptatores, vel ipsis consentientes, faventes, aut dante auxilium, consilium vel favorem, publice non rabuntur, nec non illa, in quibus hujusmodi perionæ, quæ fic temeritate propria detentæ fuerint, quamdiu extiterint in eisdem, mensuras auctoritate ecclesiastica sequentes interdicto. Quod si terra ejusdem diœcesis vel amplius contineat, dominio domicilii principalis ipsius, & illam etiam in qua fuerit delictum commissum, si fuerit, & duas aliasque sub ipso funt, eidem loco magis vicinas, interdicto subjacere volumus supradicto, & etiam omnes & singulos hujusmodi excommunicationis & anathematizationis sententiis ligatos, ac quibuslibet ecclesiis, locis, ubi tale delictum fuerit perpetratum, vel terris & locis propriis hoc interdictis magis convicinis ubilibet existentibus, omnibus dictos dominicinibus & fidelibus, pulsatis campanis, candelis accensis, publice nuntiari, ac terras, civitates, villas, castra, oppida, & loca * sedicta interdicta * sedicta. & prædicto suppositæ, quamdiu sic excommunicati manserint ab hujusmodi sententiis beneficium absolutionis obtinere, dictumque interdictum debuerint relevari: ita tamen, quod nullus ex transgressoribus ac contemptoribus hujusmodi per alium quam per Romanum pontificem, vel facri concilij auctoritate, posit, nisi dumtaxat in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando mandatis ecclesiæ, satisfactione, vel sufficienti cautione (si hoc commode facere possint) primitus præstita, absolvi, vel interdictum hujusmodi relaxari. Sed vero cujuscumque dignitatis, ordinis, status, & vel conditionis fuerint, etiamsi pontificali dignitate præfulgeant, qui contra nostrum præsentem procesfum, talibus vel eorum alicui absolutionis beneficium impendere præsumpserint, volumus, statuimus, & decernimus, similibus excommunicationis & anathematizationis sententiis fore innodatos eo ipso, ipsique prædicationis, lectionis, administrationis sacramentorum & confessiones audiendi officium, autoritate interdicimus supradicta, insinuantes transgressoribus & contemptoribus in prædictis, quod spirituaiter & temporaliter (prout eorum requirunt excessus & demerita) gravius procedetur, non obstantibus quibuscumque constitutionibus, & quibuslibet privilegiis, indulgentiis, & litteris apostolicis, generalibus vel specialibus, quorumcuque tenorum existant, eisdem transgressoribus, aut contemptoribus, vel quibuvis aliis communiter vel divisim a dicta fede concilia, etiam quod suspendi vel excommunicari, aut eorum terræ, dominia, civitates, villæ, castra, opida, & alia loca interdici non possint, etiamsi de ipsis & eorum tenoribus esset in ipsis procesfibus mentio facienda specialis, quæ nec contra hujusmodi sententias & procesfus, quo minus includantur in eis, per ea valeant ea, tenaci quoque, & ratione, villas, castra, oppida, & loca hujusmodi tueri, & quæ quoad hoc tollimus & penitus revocamus. Et insuper mandamus, ut hujusmodi præsens procesfus ad communem omnium notitiam deducatur, chartas sive membranas procesfus continentes eoldem, in majori & sancti Stephani Constantiensis ecclesiarum valvis affigi, vel procesfus ipso fuo quasi sonoro præconio & patulo * judicio publicabunt, ut prædicti, quos procesfus concernent, nullam possint excusationem prætextare, vel ignorantiam allegare, quod ad eos procesfus hujusmodi non pervenerint, vel ignoraverint eoldem, cum non sit verisimile remanere incognitum quod ipsos, quod tam pertinet fuit publicatum. Cæterum omnibus & singulis dominis patriarchis, primatibus, archiepiscopis, episcopis, exercitique locorum ordinariis, præsumus & mandamus, ut ipsi & eorum quilibet per se vel per alium seu alios, sub pœna excommunicationis, quam ipsorum quemlibet, qui mandatorum nostrorum hujusmodi transgressor & contemptor fuerit, incurrere volumus ipso facto, præsentes nostros procesfus per eorum aut chartarum, vel membranarum, seu transcumptorum contentarum, eoldem, quibus fieuti nostris procesfibus tantum volumus fidem adhiberi, in ecclesiarum valvis seu aliis locis affiximus, & per ipsos hujusmodi, excommunicationis & anathematizationis sententiis ligatos, ac terras, civitates, castra, villas, opida, & loca prædicta suppositæ, quam primum ipsis vel eorum alicui de hoc legitime constiterit, tamdiu in ecclesiis, dominicis & aliis * festis diebus, ubi inibi fuerit major populi multitudo, campanis pulsatis, & candellis accensis & extinctis, denuntient, & interdictum hujusmodi inviolabiliter observari faciant, per censuras ecclesiasticas, & alia juris remedia, invocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii sæcularis, donec ipsi transgressores & contemptores meruerint ab hujusmodi excommunicationis & anathematizationis sententiis absolutionis beneficium obtinere, dictumque interdictum merito debuerit relaxari. Non obstantibus omnibus supradictis, seu fi aliquibus conjunctim vel divisim a fede prædicta indultum existat, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi mentionem.

Datum Constantiæ * secundo Nonas Julii, * sic pro julii anno a nativitate domini millesimo quadragintesimo decimoquinto, fede apostolica vacante, regnante serenissimo principe domini Sigismundi Romanorum & Hungariæ &c. regis, videlicet electionis quinto, coronationis pubmo, Hungariæ vero vigesimonono.

AN. CHRISTI 1415.

## XIX.

### *De impedientibus concilium.*

Porro, quia nonnunquam lingua fubdola plurimum impedit & pertubat, falfa vel detractoria feminando, quodque cum nimis graves fit, tam grandem Christianitatis impedire procesfum omni animadversione fit dignum, idcirco malignorum contatibus cupiens obviare dicta fancta fynodus omnes & singulos fub excellentiæ divinæ judicii admonit, ne impedimentum, perturbationem, prorogationem vel diffolutionem hujus facri concilii molliantur. Si quis autem scienter impediendi vel pertrahendi hoc facrum generale concilium verbo, facto, vel literis, palam vel occulte impediendo, & pertrahendo, prorogationem vel diffolutionem, fieri proteverit, experiatur ultione pœnali perpetrati facinoris gravitatem, & contra eum tamquam communis pacis perturbatorem rigide procedatur, cum ex hoc hæresium extirpationem, & pacis procurationem, & morum reformationem impedire videatur.

## XX.

### *De fructibus beneficiorum percipiendis per suppositos concilio.*

diœcesis, notarios & scribas ejusdem ordinat &
deputat.

Datum Basileæ in sessione publica ejusdem
sanctæ synodi, in ecclesia majori Basileensi so-
lemniter celebrata, quinto Idus Augusti, anno D
a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo
tricesimoſecundo.

SESSIO VI.

ANNO Domini millesimo quadringentesimo
tricesimoſecundo, die sabbati sexta men-
sis Septembris, fuit in ecclesia majori Basileen-
si, in qua sessiones celebrari solent, sexta hu-
jus sacræ synodi Basileensis sessio celebrata hoc
modo. Primo videlicet Missa solemni de beata
Virgine Maria per dominum Philibertum epi-
scopum Constantiensem præsidentem celebrata,
& demum suffragiis, Antiphona *Exaudi*, ac
litaniis cum evangelio secundum Lucam, *Dixit*
*Jesus discipulis suis: Qui vos audit, me audit:*
*& qui vos spernit, me spernit*: ac hymno, *Veni*
*creator Spiritus*, cum versiculo & collecta,
decantatis: assistentibus dominis legato Placen-
tino & Firmano cardinalibus cum triginta dua-
bus aliis prælatis in eorum mitris planis & a-
plavialibus existentibus; & de hodiernis Ma-
felino Bavariæ protectore hujus facti concilii;
venerabiles viri magistri Nicolaus Amici, & B
Hugo ⁹ Becardi, promotores hujus facti conci-
lii, per organum magistri Hugonis fuam peti-
tionem fecerunt in scriptis, ut sequitur:

*Promotores concilii dant petitionem.*

Reverendissimi patres, & vos alii domini
mei præsitantissimi, sacrosanctum generale
concilium in Spiritu sancto legitime congre-
gatum celebrantes, ac universalem ecclesiam
repræsentantes, cum ex decreto tertiæ sessio-
nis hujus facri concilii sanctissimus dominus
noster Papa Eugenius cum omni reverentia
& obtentatis fuerit per vitera misericordiæ fi-
lii Christi exhortatus, requisitus, ac moni-
tus, quatenus præstantem diffolutionem hu-
jus facti concilii de facto revocaret, sicut de
facto procesferat; quæ notoria universitam
scandalizat ecclesiam & populum Christianum:
& ipsam revocationem, quemadmodum &
diffolutionem fecerat, per diversas mundi par-
tes transmittere & publicare, ab omnique
impedimento dicti concilii penitus desisteret;
quinimo eidem (ut deberat) favere & assi-
stere; omniique præbere subsidia & auxilia
opportuna: necnon infra triam mensium pa-
tium peremptorie præfixum & assignatum
ſi & corporalis ipsius dispositio pateretur) per-
sonaliter venire; si fas autem, personam vel
personas loco & vice sui destinaret & transmi-
ttereret cum plenaria potestate ad omnia & C
singula in hoc concilio peragenda, usque ad
totalem conclusionem ipsius, per omnes &
singulos actus gradatim & successive. Et di-
cto dominus Eugenius Papa IV. ex super qui-
bus monitus fuit, facere non curavit, sed
in sua præsentia diffolutione perseveravit,
& etiam perseverat; ac omnem perturbatio-
nem & evasionem hujus facti concilii mali-
piciter moliatur, nec infra terminum præfi-
xum venerit aut mittit: idcirco non promo-
tores hujus facti concilii prodicentes memo-
ratum decretum monitionis & citationis, ac
executionem legitimæ & debite factam, pe-
timus, supplicamus instantissime, & requiri-
mus, dictum dominum Eugenium Papam IV.
per hanc sacram synodum decretis & declarati
contumacem in prædictis; atque ad ulteriora
debite procedi, prout necessitates ecclesiæ
Dei exigunt & requirunt, ac prout ad divi-
ni juris partes & humani. Deinde productis
per eos monitione & citatione contra domi-
num nostrum Papam Eugenium moderatum &
dominos cardinales, cum duobus instrumentis
executionis ejusdem, etiam petito & instan-
ter requisito, per sacrosanctum concilium præ-
fatum dominum nostrum Papam contumacem
reputari, & ad ulteriora procedi, prædictus
dominus episcopus Constantiensis præsidens, de
mandato reverendissimi reverendis in Christo
patribus, & dominis dominis Patriarcharum
& Ratisponensis episcopis, ut interrogarent si
dominus noster Papa, aut aliquis pro eo po-
testatem vel mandatum sufficiens habens esset
in dicta sessione, se repræsentaret. Qui quem
dominum ambo episcopi, videlicet Petra-
gorienſis & Ratisponensis, primo super pra-
dictis ante alterae dictæ sessionis ter eundem do-
minum nostrum Papam vocaverunt altis & in-
telligibili voce sub his verbis: Esto ne
quis hic pro domino Eugenio Papa IV.
cum legitima potestate, cujus compromitta
nunc arculata est? Comparet in hac sessio-
ne publica: Similiter hoc ipsum fecerunt ter
ante majus portale dictæ ecclesiæ. Deinde sedes
relatione per eosdem dominos episcopos domino
epis-

Ann. 1433.

a ad. plures libros.

b ad. Bavariæ.

SESSIO VI.

episcopo præsidenti, quod nemineni pro præfato domino nostro Papa reperirant, accesserunt ad dictam sessionem nomine & ex parte dicti domini nostri Papæ, videlicet domini Tarentinus & Colossensis archiepiscopi, episcopus Magdalonensis, & dominus Antonius de sancto Vito sacri palatii causarum auditor. Et ipsi fecendebinus in eadem juxta dominum ducem protectorem, dictus magister Hugo alter promotorum, alio sibi affistente, tenia vice cum instantia petiit ab eisdem dominis nunciis & oratoribus, an haberent aliquod mandatum vel potestatem a domino nostro Eugenio Papa IV. Qui respondentes, quod erant simplices nuntii & oratores dominii nostri Papæ. Et tunc ipse promotor, attento quod dicti oratores nullam facieban tidem de mandato, nomine concilii protestatus est de nullitate actorum & agendorum per eosdem. His itaque peractis, dominus Magdalonensis episcopus, alter dictorum nuntiorum, narravit se alias in principio sui adventus litteras credentiales, nomine sancti Petri ad vincula, tanti Eustachii, de Fuxo, & de Anglia, cardinalis, merito pro executatis habebuntur. Præterea magistri Simon de Valle, & Joannes de Rugofio ordinis Prædicatorum, pro & nomine domini cardinalis Bononiensis, dixerunt se habere mandatum sufficiens, & obtulerunt se coram eisdem dominis deputatis producere velle. Similiter magister Laurentius de Rotella obtulit se rationabiliter de causis excusatorum dominum cardinalem & Columna. Et tandem his peractis, concilium per organum dominii presidentia deputavit dominos Frisingensem & Bellicensem episcopos, qui videbent & examinarent producta per promotores, & petita; mandata dominorum cardinalium, ac hujusmodi excusationes audirent, & omnia concilio referrent. De quibus omnibus & singulis præmissis prædicti promotores nomine concilii petiuntur & quisquet eorum petiit ad perpetuam rei memoriam, sibi fieri a nobis notariis & aliis unum vel plura instrumentum & instrumenta.

Datum in sessione publica ejusdem sanctæ, *&c. ut supra.*

a al. Magalonensis.

Sign. 4.

## SESSIO VII.

*Quod sedente concilio, vacante sede Apostolica, extra concilium non procedatur ad electionem.*

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

QUidam hæc sancta synodus super electione Romani Pontificis, in casu vacationis sedis Apostolicæ, hoc tacto durante concilio, quodidam edidit decretum hujusmodi sub tenore: Ad providentiæ spectat officium pertinens considerationem futura prospicere, *&c. ut habetur in quarta sessione: ideo non est necesse hic inserere.*

Pro-



ANNO CHRISTI 1432.

*Prorogatio temporis cardinalium residendi ad concilium tempore vacationis papatus.*

Cum autem ex eodem decreto apud aliquos exorta fit dubitationis occasio, ne tempus decem dierum ad intimandum cardinales præfinitum, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, per constitutionem editam in generali concilio Lugdunensi, fatuum, & tempus notæ vacationis in loco non possitili currere & arctare, quod nimis rigidum videretur, & terminus nimis brevis proper multos ex eisdem cardinalibus, qui a loco ipsius concilii ipse mentis & ultra, & etiam a die fuæ præterhæ diffolutionis annus effluxerit, ipsique domiuus Eugenius monitionibus suprædictis sanctæ matris ecclesiæ tenuus obedire, fed in fua pertinacia diffidentes, ipsi concilii perseverent, ipsum eventere & diffperdere variis modis tangens, & aliam congregationem fub nomine generalis concilii indicere, in grave scandalum & damnum totius ecclesiæ bonique publici perturbationem, & decretorum facti Constantiensis concilii contemptum & enervationem, ac etiam fidei catholicæ detrimentum, nam hæc factum concilium ad extirpationem hæresim per Dei gratiam sollicitudinem & operam præbuerit & præbeat, ac quæ fructus optatus in proxima dispositione videtur, idcirco ad omnem superabundantem cautelam, suique omnem manifestudinem & gravitatem offendendam, & ipsum dominum Eugenium papam in magis manifesta contumacia constituendum, eundem per viscera misericordiæ Jesu Christi, & sub obtestatione divini judicii adjurant, exhortant, & etiam ex parte omnipotentis Dei precipit atque mandat, quatenus infra 60. dies ab hac die, præfentialiæ decreti in valvis ecclesiæ Basileensis affixione, continue subsequentes, dictas pretentas diffolutionem & convocationem congregationis fub nomine concilii generalis publicare revocet, & hæc facto concilio etiam pure & simpliciter adhæreat realiter & cum effectu, & deinde cetera in præinserto decreto contenta adimplet cum effectu. Aliquotis fi infra predictum terminum prædictæ generalis diffolutionem & convocationem non revocaverit publice, & ipsi facto concilio pure & simpliciter (et permittitur) non adhæserit, dicta sancta synodus ubique uberiori monitione, requisitione, vocatione, ipsi cessione, contra ipsum super præmissis & omnibus alis in concilio peragendis ipsque ad finem debitum inclusive procedet, prout Spiritus sanctus dictaverit, & tam de jure divino quam humano fuerit procedendum; adjiciens, quod si dictus dominus Eugenius papa præmissis parere contempserit, & dicto termino fexaginta dierum pendente, aliquas promotiones fecerit ad cathedrales ecclesiasticas dignitates, vel alia quæcumque beneficia vel officia in fomentum dictæ suæ pretensæ diffolutionis, & enervationem, diminutionem, feu impedimentum, ipsius facti concilii, & quo ipsius facti concilii arbitrio indicabitur, ipsi fuerint in fomentum tales promotiones, hæc sancta synodus cassat, irritat, & annullat. Mandat poteres in virtute sanctæ obedientiæ & sub pœna privationis, quam ipso facto incurrant, omnium suorum beneficiorum & officiorum, commendarum, pensionum, & quorumcumque, cumque, etiam expectativarum, omnibus & singulis sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, & abbatibus ec-

A Tunc cardinalis Bononiensis, Columna, & Tarentinus, Venetorum, Alphonsi sancti Eustachii diaconi cardinalis, Lucidi sanctæ Mariæ in Cosmedin diaconi cardinalis de Comite, Ardecini sanctorum Cosmæ & Damiani diaconi cardinalis Novariensis, Prospeci sancti Georgii ad velum aureum diaconi cardinalis de Colonna. Tunc vero dicti domini Petragoriccensis & Rattisponensis episcopi, de mandato facri concilii, sit supra, ante altare ter, & ante valvas ecclesiæ etiam ter, eosdem dominos cardinales ad sessionem ipsius vocaverunt. Et facta eorum relatione de præmissis, quod neminem invenerunt, dominus auditor & domini legati furrexit in medium, & dixit quod petatum & deliberat exhibere mandatum sufficiens eorum dominii a concilio deputandis, pro quinque dominis cardinalibus vocatis, videlicet de Colonna, de Arnaldis, sancti Sixti, Rotomagensis, & de Mostefonti; similiter allegare causas rationabiles, propter quas domini, Herdensis, qui jam habitus est in congregatione generali cardinalis, nomen sancti Petri ad vincula, tanti Eustachii, de Fuxo, & de Anglia, cardinales, merito pro executatis habebuntur. Præterea magistri Simon de Valle, & Joannes de Rugofio ordinis Prædicatorum, pro & nomine domini cardinalis Bononiensis, dixerunt se habere mandatum sufficiens, & obtulerunt se coram eisdem dominis deputatis producere velle. Similiter magister Laurentius de Rotella obtulit se rationabiliter de causis excusatorum dominum cardinalem & Columna. Et tandem his peractis, concilium per organum dominii presidentia deputavit dominos Frisingensem & Bellicensem episcopos, qui videbent & examinarent producta per promotores, & petita; mandata dominorum cardinalium, ac hujusmodi excusationes audirent, & omnia concilio referrent. De quibus omnibus & singulis præmissis prædicti promotores nomine concilii petiuntur & quisquet eorum petiit ad perpetuam rei memoriam, sibi fieri a nobis notariis & aliis unum vel plura instrumentum & instrumenta.

B Die Jovis 6 Martii.

Datum in sessione publica ejusdem sanctæ, *&c. ut supra.*

## SESSIO VIII.

*Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans.*

Mabillon. 18. Dionysiaeis 443. Basileensis concil. Gall.

CUm jamdiu de mense Aprilis in hujus facri concilii sessione solenni editum & publicatum fuerit decretum hujusmodi tenor: Sacrosancta, *&c.* Olim, *&c.* quod quidem vocationis decretum debite extitit executum, & in termino constituto solenni sessione celebrata sexta die mensis Septembris per promotores hujus facri concilii fuerit ipsis domini papæ & cardinalium absentium contumacia debite accusata, ambasiatoribus ipsius summi pontificis tunc in hac civitate personaliter constitutis; qui quidem ambasiatores ad locum ipsius sessionis venientes, magnificpebuia dicto facro concilio petierunt, in procedendo contra dictum dominum Eugenium papam & cardinales superfedere: & licet fecundum juris ordinem, attenta magna dicti

ecclesiarum prælatis, officiariis curiæ, & clericis quibuscunque in Romana curia existentibus, cujuscunque status & conditionis existant, quatenus in calis prædicto poſt lapſum dicti termini infra 20. dies proxime & immediate ſequentes a curia Romana recedant, & deinde cardinales omnino ſub pena prædicta ad hoc ſacrum concilium, omni mora poſtpoſita, veniant. Patriarchæ vero, archiepiſcopi, epiſcopi, ac alii eccleſiaſtici, prout de jure vel conſuetudine ad generale concilium ſpectantur, ad hujuſmodi jurisdictionem ſuam ſine fraude continuando, ad hoc ſacrum concilium veniant: reliqui vero, qui ad generale concilium non tenentur venire, ad reſidendum & Deo ſervendum manent in propriis beneficiis, vel ad hoc ſacrum generale concilium ſine moræ diſpendio & omni fraude eſſentes & transitum de accedant. Decernit tandem hæc ſanctia ſynodus, hujus decreti publicationem in præſenti ſeſſione factam, ejuſque affixionem in valvis majoris eccleſiæ Baſileenſis, habere vim monitionis, citationis, & executionis, & ita univerſos arctare, ac ſi perſonaliter apprehenſi & eis intimatum fuiſſet. Inſuper, prout in prioris monitionis edictio continetur: hæc ſanctia ſynodus de clarat & protestatur, quod nihilominus hujuſmodi diſtinctione ſexaginta dierum prædente, cum id rerum neceſſitas ſuadeat & qualitas agendorum, in ulteriori proſecutione concilii & agendorum in eo, procedere intendit ordinate, debite & mature, nec propterea ſuperſedere aliquaſtlet in proceſſu.

Datum in ſeſſione publica ejuſdem ſanctæ ſynodi, in eccleſia majori Baſileenſi ſolenniter celebrata, * decimoquinto Kalendas Januarii, anno a nativitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoſecundo.

* die ſexta 18. Decemb.

I.

*Decretum quod unicum debet eſſe concilium;*

*Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitime congregata, univerſalem eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam.*

Conc. 6.

Sicut unica eſt eccleſia ſancta catholica, Chriſto ipſius ſponſo dicente, *Una eſt columba mea, dilecta mea*, & fidei articulo hoc profiteente, cum unitas diviſionem non capiat; ſic eſſe non poteſt niſi unicum generale concilium, ipſam ſanctam eccleſiam catholicam repræſentans. Cum ergo in hac civitate Baſileenſi decretis ſacrorum generalium conciliorum Conſtantienſis & Senenſis, & eiusdem Romanorum appoſitorum pontificum ſciliicet ſolicii recordationis Martini quinti & Eugenii quarti, generale concilium inſtitutum & ſtabilitum ſit, & in Spiritu ſancto legitime congregatum, iſto durante concilio conſtat, illud generale concilium alibi eſſe non poſſe. Quicunque igitur hoc ſacro durante concilio alium congregationem ſub nomine generalis concilii cingere aut facere præſumpſerit, non catholicæ eccleſiæ concilium, ſed ſchiſmaticorum conventiculum eſſe, aut facere convincitur. Idcirco hæc ſanctia ſynodus omnes Chriſti fideles, cujuſcumque status aut dignitatis, etiam papalis, imperialis, vel regalis, ſub pena ſtatut, ſub obteſtatione divini judicii, quæ in Core, Dathan & Abiron auctoribus ſchiſmatis ſcriptura ſacra commemorat, admonet & hortatur, & in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœnis contra ſchiſmaticos a jure indictis, diſtricte præcipit atque mandat, ne hoc ſanctiſſimo concilio aliam congregationem ſub nomine generalis concilii, quæ revera non eſſet concilium, facere, aut congregare, nec ad ipſam tanquam ad generale concilium, etiam pretextu cujuſcumque promiſſionis aut juramenti, accedere vel intereſſe, aut recurrere quoquo modo, neque pro concilio generali habere, reputare, aut etiam nominare præſumant, etiamſi jam indictem præcedatur, ſive in ſecundum indici attenetur. Si qua vero perſona eccleſiaſtica, etiamſi ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalis ſit, aut alia quacunque cujuſvis status, gradus, aut conditionis, ſe exiſtat, Bononiam vel ad aliquem locum ſibi nomine generalis concilii, iſto durante, præſumat accedere, vel ibi maneat, ſententiam excommunicationis & privationis omnium beneficiorum, dignitatum, & officiorum, & inhabilitationis ad iſpa, incurrat ipſo facto. Et de dignitatibus, officiis & beneficiis talibus, per ea ad quos de jure ſpectat, etiamſi cathedralis aut metropolitanæ eccleſiæ fuerint, libere diſponatur.

II.

*Decretum pro incorporatis, quod eorum beneficia conferri non poſſunt per papam vel alium.*

Ambitioſorum accenſa cupiditas; non contenta de acceptis beneficiis gratias non agere, & humanitatis in ſe jura violare, interdum adeo exardeſcit, ut eos, qui credita ſibi officia diligenter obeſervant, & ita cuncta agunt, ut omni laude ſint digni, ſubvertere moliatur, & a ſuis dejicere beneficiis, cum tamen pro eorum bonis actionibus, ut extoſſerentur, amplius dignum eſſet. Ideo opus eſt pro videre remediis, ut tuta ſit inter improbos innocentia, & in ipſis improbis formidato ſupplicio refrenetur audacia, & nocendi facultas. Quiſquis igitur tantæ ambitionis fuerit, ut eccleſiam cathedralem, dignitatem, officium aut beneficium, penſionem vel commendam, alicujus ex incorporatis, ſeu incorporandis, poſtquam fuerint incorporati, ſeu adhærentibus huic ſacro concilio, attentaverint a Romano pontifice vel quovis alio impetrare, aut etiam acceptare, ſi motu proprio conferatur, non ſolum jure, quod in tali eccleſia, dignitate, officio ſeu beneficio habere prætendit, ſed etiam omnibus beneficiis ſit ipſo jure privatus, & ad obtinendum in futurum inhabilis. Si qui vero ante hujuſmodi editionem decreti talis impetrationis aut attentationes habuerint, aut earum gratiis etiam proprio motu conceſſis





ANNO CHRISTI 1432.

III.

*Quod papa non poteſt imponere novas gabellas in terra Romanæ eccleſiæ, nec de non alienandis terris eccleſiæ.*

Ceterum cum ad notitiam hujus ſacræ ſynodi fide dignorum fit relatione deductum, quod dictus dominus Eugenius papa ſuper alienandis ponnullis civitatibus, caſtris & terris eccleſiæ Romanæ, & aliarum eccleſiarum, habuit & habet diverſos variofque tractatus, quos quidem alienationes in fomentum dictæ prætenſæ hujus ſacri concilii diſſolutionis, & ipſius concilii convertarium fieri moliuntur, & in damnum & jacturam patrimonii beati Petri aliarumque eccleſiarum cederent manifeſte; idcirco hic & alias ex bonis & juſtis cauſis, quæ ad hoc cujuſlibet recte ſentientis animum inducere debent, hæc ſanctia ſynodus eidem domino Eugenio omne alienationis, indendationis, & impignorationis quasus bonorum immobilium, ac etiam mobilium pretioſorum & jurium eccleſiæ Romanæ, & aliarum eccleſiarum quarumcunque, nec non auctoriſationum alienationum bonorum immobilium & jurium aliarum eccleſiarum, omnemque indictionem ſeu impoſitionem novarum gabellarum, & aliorum onerum in alma urbe Romana & aliis terris eccleſiæ Romanæ, nec non impoſitionem cujuſcumque gravaminis ſeu ſubſidii ſub nomine decimæ vel quocunque alio nomine cenſeantur, penitus interdicit, omneſque alienationes, indendationes, & impignorationes, de eiſdem bonis immobilibus, & juribus eccleſiæ Romanæ, & aliarum eccleſiarum, & auctoriſationem hujuſmodi per dictum dominum Eugenium factas & fiendas, ac gabellas & alia onera per eundem dominum Eugenium impoſitas ſeu impoſita caſſat, revocat, irritat, & annullat, adeo ut nec jus aliquod tribuant, nec præſcribendi etiam cauſam pariant.

Datum in ſeſſione publica ejuſdem ſanctæ ſynodi in eccleſia majori Baſileenſi ſolenniter celebrata, decimo quinto Kalendas Januarii, anno a nativitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoſecundo.

SESSIO IX.

*Concilium recipit Sigiſmundum imperatorem.*

*Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitime congregata, univerſalem eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam.*

SESSIO IX. ANNO CHRISTI 1433. Januarii 16.

INTER juſtitiæ opera nil juſtius nilque dignius eſſe conſtat, quam cos, qui pro univerſalis eccleſiæ utilitate ſolicitudinis ſtudia utiliter ac laboris impendunt, ac pro mercede ſuæ fideſtu ſolicitudinis vigilis eccleſiaſtica jura tuentur, ipſius eccleſiæ munire præſidiis, advocare ea præterium intimanda, quæ in eos pro impenſis eccleſiæ Dei obſequiis moliuntur. Cum itaque catiſſimus eccleſiæ filius & ejuſdem fideliſſimus advocatus Sigiſmundus, Romanorum, Hungariæ, Bohemiæ, &c. rex, pro univerſali eccleſiæ utilitate, hujus ſacri concilii generalis ipſam repræſentantis protectionem in le ſuſcipiens, ipſique conſtanter adhærens, ſua laudabili ſolicitudinis ſtudiis vigilantiſque laboribus, tam cum domino Eugenio papa IV. ut attentatum diſſolutionem ipſius concilii revocando ipſi concilio adhærent, quam etiam cum Chriſtianitatis principibus & prælatis, dominiſque, & communitatibus, ipſius ſacri concilii favorem & augmentum ſtudiuerit & ſtudeat multifariſe promovere; idcirco dignæ gratitudinis vicem rependens hæc ſancta ſynodus, eundem filii ſpecialis protectionis ſui munimine ſuſcipit, nec non quoſcumque proceſſus, etiam privationem regnorum, provinciarum, dominiorum, & quarumlibet dignitatum forſan continentes, contra præfatum Romanorum regem factos, aut etiam ſub cenſuris & pœnis eccleſiaſticis, aut aliis quibuſcumque, per ipſum dominum Eugenium papam, aut alium ejus nomine, prolatos, vel in poſterum quovis modo faciendos, aut etiam proferendos, auctoritate omnipotentis Dei caſſat, irritat, & annullat, ac, ſi de etiero attentaretur fieri, nunc pro tunc caſſos & nullos eſſe decernit ac nullius exiſtere robore vel momenti. Univerſis autem Chriſti fidelibus etiam ſub pœnis late ſententiæ excommunicationis & privationis dignitatis cujuſlibet eccleſiaſticæ vel mundanæ interdicit, ne quidem *ipſi domino Eugenio papæ*, aut alteri ejus nomine, circa proceſſus hujuſmodi factos vel fiendos, aut eorum executioni quovis modo obedire vel parere præſumat. Quilibet præſato regi quilibet obedat, & parere teneatur, licet prius de jure tenebatur, ac ſi dicti proceſſus nunquam emanaſſent, vel etiam emanarent.

*In eadem ſeſſione caſſat ſynodus proceſſus contra dictum Sigiſmundum, fautorum concilii, & alios adhærentes concilio.*

Et inſuper pari modo quoslibet proceſſus per præfatum dominum Eugenium papam, aut alium ejus nomine, contra quaslibet alias perſonas cujuſvis gradus, ſtatus, præeminentiæ & honoris exiſtentes, etiamſi regali, reginali, ducali, aut alia quavis præfulgente dignitate, & præterim contra dilectum eccleſiæ filium nobilem virum Vrilelmum dorem Bavariæ, hujus ſacri concilii nomine pariter regie Romanorum protectorem, necnon civitates, univerſitates quarumcunque civitatum & terrarum, & maxime Romanæ eccleſiæ mediate vel immediate ſubjectas, vicarios quoque, rectores gentium armigerorum, & capitaneos, officiales & ſingulares perſonas earumdem, huic ſanctæ ſynodo adhærentes factos & profectos, vel in poſterum faciendos aut proferendos, etiam contra ſimiles perſonas, civitates, & univerſitates, quæ in futurum adhærebunt, poſtquam adhæſerint, hæc ſancta ſynodus caſſat, irritat & annullat, &, ſi in futurum fieri attentetur, nunc pro tunc caſſos & nullos eſſe decernit, ac nullius exiſtere roboris vel momenti. Univerſis quoque Chriſti fidelibus, etiam ſub ſimili pœna late ſententiæ excommunicationis, & privationis dignitatis cujuſlibet eccleſiaſticæ vel mundanæ interdicit, ne quidem *ipſi* domino Eugenio papæ, aut alteri ejus nomine, circa proceſſus hujuſmodi factos vel fiendos, aut eorum executioni, quovis modo obedire vel parere præſumat. Celebrata fuit hæc ſeſſio die vigeſima ſecunda Januarii, anno domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimotertio. Lecta & publicata per reve-

SESSIO IX. reverendum patrem & dominum dominum Franciscum episcopum Cumanum, celebrantem reverendo domino patriarcha Antiocheno.

## SESSIO X.

SESSIO X. ANNO domini millesimo quadringentesimo trigesimo octavo, indictione undecima, die vero Jovis decima nona mensis Februarii, celebrata fuit sessio decima in nave ecclesiæ Basileensis: In qua poli mittam de Spiritu-Sancto per reverendum in Christo patrem dominum Matthæum episcopum Albinganensem solenniter decantatam, orationibusque litaniis, evangelio secundum Matthæum, *Dixit Simon Petrus ad Jesum, Ecce nos reliquimus omnia*, &c. aliisque suffragiis, cum hymno, Veni creator Spiritus, decantatis, adhibitis, & præfentibus in eadem quadraginta feu prælatis in mitreis eorum planis, de quorum numero tres presbyteri & duo diaconi cardinales in utrisque lateribus collocati extiterunt; nec non illustrissimus princeps dominus Vellitadux dux Bavariæ, &c. hujus facri concilii protectore, una cum aliis quamplurimis honorabilibus utriusque jam spiritualis quam temporalis status personis, ex injunctio sibi mandato pro parte ipsius sacræ synodi, reverendum in Christo pater dominus scilicet * Cremensis episcopus amborum ad hoc omnium ascendens, decreta infra scripta de verbo ad verbum alta & intelligibili voce legit, & solenniter publicavit.

Die 19. Februarii, An. 1433.

* Cremensis, an. Cremonensis.

### I.

*Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universum ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.*

Pridem in octava sessione hujus facri concilii in decreto ratationis domini Eugenii papæ IV. clausula quædam infra scripta tenuisse adjecta fuit, videlicet adjiciens, quod si dictus dominus Eugenius papa præmissis parere contemperit, & dicto tempore sexaginta dierum pendente aliquas promotiones fecerit ad cathedrales ecclesias, vel ecclesiasticas dignitates, vel alia quæcumque beneficia vel officia, in fomentum dictæ suæ pretensæ dissolutionis, & enervationem, diminutionem, seu impedimentum hujus facri concilii, & ejus ipsius facri concilii arbitrio judicabitur, an facite fuerint in fomentum talei promotiones, hæc sancta synodus cassa, irrita & annulla. Hanc autem clausulam pro tutione hujus facri concilii & personarum eidem adhærentium, hæc sancta synodus extendit & vires habere vult, ulique quod per ipsam sanctam synodum super hoc alter fuerit ordinatum.

### II.

*Extensio decreti quod incipit: Ambitiosorum.*

Ex eadem etiam causa decretum illud quod incipit: Ambitiosorum, &c. in eadem sessione promulgatum hæc sancta synodus extendit ad personas collegiorum capitulorum, ambitiosorum, & contentiosorum, ita ut illi tamquam quos aliquem admittere seu recipere præsumpserint, in possessionem dignitatum, officiorum vel beneficiorum, personarum quæ in dicto decreto exprimuntur.

### III.

*Accusatio contumacia papæ.*

Deinde dictis decretis pronuntiatis, promotores præfatæ sanctæ synodi, per oraculum magistri Henrici de Bohemiam officialis curiæ Basileensis, pro commentorum domini nostri papæ Eugenii IV. accusarunt, prout in schedula continetur, cujus tenor sequitur, & est talis: Reverendissimi reverendique patres & domini, cum jamdudum de mense Aprilis proximæ præteritto in publica sessione hæc sancta synodus exortatiffe, monuisset, ac debite omni cum instantia humiliter requisivisset dominum Eugenium papam IV. ut illam sua præsentia diffolutionem hujus facri concilii alias per ipsum factam, sicut de facto processerat, de facto etiam revocare deberet, ac ipsam etiam revocationem, quemadmodum & diffolutionem hujusmodi prætentam, per diversas mundi partes transfinitteret & publicaret, ac ipse facro concilio Basileensi (sicut tenebatur) affinere favoribus opportunis, fecit quoque statuta exinde fibi terminus quatuor menfium ad videndum personaliter, vel alias personas idoneas mittendas ad hoc facrum concilium ratpleta potestate ad omnia & singula pertaginda in hoc facro concilio, prout hæc latius in decretis ipsius sanctæ synodi continentur, & dicto termino quorum mentionem adversus fuerit per nos sæpe dictæ facræ synodi promotores & procuratores, ac nomine ipsiusdem reverendissimi patrem, ac ipsius dominii Eugenii, nullatenus in premissis parentis, continuatis debite accusata, petimus que ipsum contumacem declarari. Et licet tunc sancta synodus solita utens manfuetudine hujusmodi petitionem nostram non spreverit, neque contumaciam peritam declaraverit, producta tamen nostra affiamens, intentionem fe deliberaturam, nec dum quidem deliberatio per tres menfes exinde subsequentes perduravit, per quos hæc sancta synodus ad omnem ejus gravitatem & manfuetudinem is procedendo differe affiendebat, ipse dominus Eugenio expectato, si forte respiciscere in premissis, nec tamen adhuc parente, die decimo octavo menfis Decembris proximæ præteriti in publica sessione, cum adhuc videretur præfatum dominum Eugenium in priori sua contumacia perdurare, ac etiam, quod longe deterius erat, hoc facrum concilium diuerse & varie modis fatigare, non quamdam congregationem sub nomine generalis concilii in præjudicium & evertiffionem hujus facræ synodi indiffere, ipsum per hoc facrum concilium iterato ad superabundantem cautelam, & ut in magis manifesta confitutur contumacia, omni cum reverentia admonuit, exhortata eft ac eidem ex parte omnipotentis Dei omnipotentque mandavit, quatenus infra 60. dies a dicta die decimaoctava menfis Decembris fubsequentes prædictas pretentas diffolutionem & convocationem congregationis fub nomine generalis concilii publice revocaret, hujusque facro concilio publice pure & simpliciter adhæreret, realiter & cum affectu: aliquotiis hæc facra synodus absque abnotione nominis seu cittationis contra ipsum super premissis & omnibus in hoc facro concilio peragendis usque ad finem debitum inclusive procederet, prout Spiritus sanctus dictaret, & tam de jure divino quam humano foret procedendum. Verum reverendissimi reverendique patres & domini, cum pretextus dominus Eugenius, dictis sex diebus jam elapsis pro ultimo & peremptorio termino fibi quoad præmissa affignatis, circa omnia & singula fibi per hanc sacram synodum, ut est præmissum, præcepta & mandata negligentem fe reddiderit, & minime paruerit, imo in quo priori contumacia (quod dolenter referimus) adhuc perseveret & perdetet, nos duo magister Hugo & ego, promotores & procuratores prædicti, ad probationem & justificationem omnium & singulorum præmissorum prædictæ in generali congregatione in domo prædicatorum 17. hujus menfis habita fecimus & reportamus, ac ipsam & singula instrumenta & decreta, acta & actitata, & nuncupatia in præmissis facientia, & maxime primæ monitionis & requisitionis cum executione earumdem debite facta, nec non ejusdem dominii Eugenii contumaciam alias accusatam, ac decretum hujus secundæ citationis cum ejus debita publicatione & executione; prout hæc omnia latius apud acta hujus sanctæ synodi sunt conscripta, præfati dominii papæ contumaciam accusarunt, debita cum instantia requirentes, ut eumdem dominum Eugenium, pretentes pro contumacem haberi vellent & reputari: contraque eumdem super premissis & omnibus in hoc facro concilio peragendis usque ad finem debitum inclusive, fine ulteriori cittatione, prout Spiritus sanctus dictaret procedere: nec non certas alias pro fellione publica habienda ad hujusmodi contumaciam folennitter accusandam deputare, & locum congregationis generalis fore habiliem pro hujusmodi actu contumaciæ accusatæ, decletare dignarentur: verstfræque reverendissimæ paternitates post nonnullas deliberationes dictum locum congregationis ad hoc habilem & idoneum ad premissa decernentes, & declarantes, pro premissis contumacia per nos accusanda, hanc diem, nec non & fellionem publicam præsentem, nobis milicrordiam facere & affignare decrevitis, prout hæc omnia in supradictis actis hujus facri concilii plenius continentur, ad quæ, quoad hoc, nos referimus. Unde reverendissimi reverendique patres & domini, ipsa prædictam fellionis publicæ affignationem, nobis (ut præfertur) gratiose concessam, nos prædicti promotores literam ejusdem fellionis & debitum instantia, apud reverendissimos dominationes vestras & coram hoc facro concilio, præfati dominii Eugenii papæ super omnibus & singulis in dictis cittationis decretis contentis contumaciam accusamus, petentes, & eadem cum instantia requirentes, ut reverendissimæ paternitates vestræ, prout justitia suadet, & ordo juris postulat & rationis, declarent ipsum dominum Eugenium in premissis contumacem, ac pro tali eum habeant & reputent, & insuper contra ipsum super premissis & omnibus aliis in hoc facro concilio peragendis usque ad finem debitum inclusive, fine ulteriori cittatione, (prout Spiritus sanctus dictaverit) & de jure divino pariter & humano fuerit procedendum, procedi, ac prout in hujus facræ synodi decretis plenius continetur. Quæ siquidem contumacia, sicut pretentes, in scripta accusata, reverendissimus pater dominus cardinalis bavalitis in ipso facro concilio peragendis usque ad finem debitum inclusive procederet, prout Spiritus sanctus dictaret, & tam de jure divino quam humano foret procedendum. Verum reverendissimi reverendique patres & domini, cum pretextus dominus Eugenius, dictis sex diebus jam elapsis pro ultimo & peremptorio termino fibi quoad præmissa affignatis, circa omnia & singula fibi per hanc sacram synodum, ut est præmissum, præcepta & mandata negligentem fe reddiderit, & minime paruerit, imo in quo priori contumacia (quod dolenter referimus) adhuc perseveret & perdetet, nos duo magister Hugo & ego, promotores & procuratores prædicti, ad probationem & justificationem omnium & singulorum præmissorum prædictæ in generali congregatione in domo prædicatorum 17. hujus menfis habita fecimus & reportamus, ac ipsam & singula instrumenta & decreta, acta & actitata, & nuncupatia in præmissis facientia, & maxime primæ monitionis & requisitionis cum executione earumdem debite facta, nec non ejusdem dominii Eugenii contumaciam alias accusatam, ac decretum hujus secundæ citationis cum ejus debita publicatione & executione; prout hæc omnia latius apud acta hujus sanctæ synodi sunt conscripta, præfati dominii papæ contumaciam accusarunt, debita cum instantia requirentes, ut eumdem dominum Eugenium, pretentes pro contumacem haberi vellent & reputari: contraque eumdem super premissis & omnibus in hoc facro concilio peragendis usque ad finem debitum inclusive, fine ulteriori cittatione, prout Spiritus sanctus dictaret procedere: nec non certas alias pro fellione publica habienda ad hujusmodi contumaciam folennitter accusandam deputare, & locum congregationis generalis fore habiliem pro hujusmodi actu contumaciæ accusatæ, decletare dignarentur: verstfræque reverendissimæ paternitates post nonnullas deliberationes dictum locum congregationis ad hoc habilem & idoneum ad premissa decernentes, & declarantes, pro premissis contumacia per nos accusanda, hanc diem, nec non & fellionem publicam præsentem, nobis milicrordiam facere & affignare decrevitis, prout hæc omnia in supradictis actis hujus facri concilii plenius continentur, ad quæ, quoad hoc, nos referimus. Unde reverendissimi reverendique patres & domini, ipsa prædictam fellionis publicæ affignationem, nobis (ut præfertur) gratiose concessam, nos prædicti promotores literam ejusdem fellionis & debitum instantia, apud reverendissimos dominationes vestras & coram hoc facro concilio, præfati dominii Eugenii papæ super omnibus & singulis in dictis cittationis decretis contentis contumaciam accusamus, petentes, & eadem cum instantia requirentes, ut reverendissimæ paternitates vestræ, prout justitia suadet, & ordo juris postulat & rationis, declarent ipsum dominum Eugenium in premissis contumacem, ac pro tali eum habeant & reputent, & insuper contra ipsum super premissis & omnibus aliis in hoc facro concilio peragendis usque ad finem debitum inclusive, fine ulteriori cittatione, (prout Spiritus sanctus dictaverit) & de jure divino pariter & humano fuerit procedendum, procedi, ac prout in hujus facræ synodi decretis plenius continetur. Quæ siquidem contumacia, sicut pretentes, in scripta accusata, reverendissimus pater dominus cardinalis



ANNO CHRISTI 1433.

SESSIO X.

* Sic pro quo.

A. legatus pro & nomine facri concilii injunxit reverendis patribus domino Dominico Novarienti episcopo, quatenus ad valvas ejusdem ecclesiæ irent, ad inquirendum utrum sanctissimus dominus noster Eugenius papa IV. cujus contumacia nunc per promotores fuit accusata, aut aliquis alius ejus nomine ellos jibi dem, qui vellet comparere coram facro-fancta synodo ibidem congregata, & fecerunt & admiserunt illa ad quæ per duas cittationes seu monitiones citatus feu monitus fuit. Qui quidem duo domini nuncii, ut mandatum quod ipse ipta, allumptis etiam nobis notariis infrafcriptis, ad eadem valvas iverunt, atque &, intelligibili voce per organum præfati dominii episcopi Novariensis trina vice pronuntiarunt, inquirentes prout eisdem per dictum dominum legatum nomine dicti facri concilii fuerat injunctum, petentes a nobis notariis publicum inftrumentum, Ad perpetuam rei memoriam, &c. Qua fic facta trina proclamatione, nemineque pro dicto domino Eugenio comparente, ad præfentium ejusdem facri concilii in eadem ecclesia constituti redeuntes, retulerunt, prout supra, clamasse, nec aliquem nomine prædicti dominii Eugenii comparuisse. Post quam quidem relationem promotores facri concilii per organum dominii officialis Basileensis proponentes, disertum in effectu similia verba: Reverendissimi reverendique patres & domini, audiverunt vestræ reverendissimæ paternitates relationem per dominum Ulricum & Novariensem episcopos factam, & quia prefatus dominus Eugenius, licet debite vocatus & expectatus, per fe vel alium non comparuit, prout neque comparet, ejus contumaciam in hoc & in superabundanti accusarunt, trina vice petentes ipsum per facrum concilium pro contumace reputari & declarari, reproducentes & repetentes acta & decreta hujus facri concilii Basileensis, nec non duas cittationes & earum executiones, una cum omnibus actis & actitatis in hujusmodi causa, petentesque diem certam pro fellione publica super hujusmodi declaratione fienda eisdem affignari. Quibus petitis dominus cardinalis legatus & præsidens generalis dicti facri concilii & nomine ejusdem verba fua dirigens ad ipsos promotores dixit: Venerabiles promotores, audivit hæc facta synodus relationem factam per prædictos dominos episcopos, & petitionem vestram, idcirco hæc sancta synodus judices hujus facri concilii deputat & ordinat ad videndum & ad examinandum processum factum contra eumdem dominum Eugenium, & referant in congregatione generali. Qua facta relatione, facrum concilium deliberabit super dictis mandatione contumaciæ & alia in hujusmodi causa peragendis, ac in fellione super hoc decernenda vobis respondebit. De & super quibus omnibus & singulis supradicti promotores & eorum quilibet, ad perpetuam rei memoriam, petierunt & petiit a nobis notariis fieri unum vel plura publicum * & publica instrumenta.

* fieri, vel publicis. instrumentum vel iisdem.

Datum in fellione publica ejusdem facræ synodi in ecclesia majore Basileensi solenniter celebrata, die Jovis decimanona mensis Februarii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimotertio.

## SESSIO XI.

### I.

*Sacrosancta generalis Synodus Basiliensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam.*

QUoniam frequens generalium conciliorum celebratio, tamquam agri dominici principua cultura, universalem ecclesiam floruisse concerit, adeo summa cum diligentia intendendum est, ut cunctis obstaculis, quæ tam salubrem institutionem impedire possent, accurate obviretur. Inhærens igitur hæc sancta Synodus ordinationi decreti concilii Constantiensis, quod incipit, Frequens, cupiensque ne scandala, quæ (proh dolor!) diebus nostris contigerunt, futuris temporibus in perniciem ecclesiæ repullulent, statuit & decernit ut Romanus pontifex, qui primus in vinea domini laborare, & alios suo exemplo ad laborandum trahere tenetur, per se vel legatum de latere aut legatos, eligendum, vel eligendos, de consilio & assensu non auriculari duarum partium cardinalium, in concilii generalibus debeat intercedere: nec non omnes & singulæ personæ ecclesiasticæ, quæ de jure vel consuetudine generalibus conciliis adesse debent, deinceps ad ipsa generalia concilia tam vigore ipsius constitutionis Frequens indictæ, quam hujus facti concilii Basiliensis, vel alterius futuri legitime congregati auctoritate indicenda, sine ulla vocatione venire personaliter adstringantur, nisi legitimo detineantur impedimento: quo casu personæ idoneæ cum sufficienti mandato destinare teneantur. Quod si ipse Romanus pontifex, & alia prædictæ personæ, hoc facere neglexerint, aut ipsum concilium quoquo modo de facto impedire, minare, prorogare, dissolvere, operam dederint, & intra quatuor menses cum reali satisfactione non resipuerint, extunc Romanus pontifex a papali, & prædictæ personæ a suarum dignitatum administratione sint ipso facto suspensi. Quæ quidem papalis administratio ad sacrum concilium ipso jure devolvatur. Quod si prenunsprædictæ per duos menses post dictos quatuor animo sustinuerint indurato, contra tam Romanum pontificem, quam prædictas personas, ulque ad privationem includive, per concilium generale procedatur.

### II.

*Quod liberum sit cuilibet venire ad concilium.*

Statuit quoque hæc sancta synodus, ut non obstante quacumque etiam Romani pontificis prohibitione, omnibus quibuscumque, cujuscumque status & conditionis existant, etiamsi sint sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, liberum sit ad generalia concilia proficisci. Quodque ipse Romanus pontifex ad ipsa concilia generalia accedere volentibus, & præsertim prædictis cardinalibus, licentiam (si petierint) impartiri teneatur.

### III.

*Declarat concilium verbum de prorogatione concilii, & quæ attentata in contrarium, vel attentanda in futurum.*

Declarat quoque hæc sancta synodus verba illa videlicet, nullatenus prorogetur, in dido decreto posita, ita prohibitive intelligi, ut etiam per papam prorogari non possit: quodque concilium actu congregatum dissolvi, aut de loco ad locum mutari, sine ipsius concilii expresso consensu, per Romanum pontificem nullatenus possit: cassaque, irritat, & annullat, si quid forsitan contra hæc vel etiam in derogationem aut impedimentum ipsius concilii generalis, perfonarumque & prælaturam in ipsoconvocum ejusdem, per privationem, translationem, censurasque ecclesiasticas, vel alter quomodolibet in futurum contigerit attentari.

### IV.

*Quod non dissolvatur aut mutetur concilium, nisi de consensu duarum partium cardinalitiorum, &c.*

Statuitque ex certis rationabilibus causis, in præsens Basiliense concilium per neminem, etiamsi papalis fuerit dignitatis, dissolvi, aut de loco ad locum mutari posse, nisi de expresso consensu duarum partium cujuslibet depositionis, vorit singulorum scrutatis, subjunctque apostolatione duarum partium congregationis generalis, similiter scrutatis voris singulorum, ac demum in sessione publica facta declaratione. Obiecratque per viscera misericordiæ Jesu Christi, & per aspectum sui Sanguinis pretiosi, omnia hujusmodi hujus sacri concilii tam præsentia quam futura obtestatur, ut ante completam reformationem in capite & in membris, quantum rationabiliter fieri poterit, nullatenus dissolutioni consensum præbent, nisi loci mutationem fieri permittant, nisi ex causis justis & manifestis.

### V.

*Quod locus concilii eligatur per mansum ante dissolutionem, & declaratur verbum dictum, in decennium.*

Juxta ipsius Constantiensis concilii ordinationem, vult omnino fieri per mansum ante tempus dissolutionis eligi locum pro futuro celebrando concilio, declaratque ad abundantem cautelam, verbum illud, in decennium, in prædicta positum constitutione, sic intelligi debere, ut decennium totaliter completum, & ut integre completo extunc faciatur concilium generalis celebrandi incipere. Quod si casu aliquo contingat eos, qui concilia generalium interesse tenentur, in principio temporis non advenire, declarat non propterea dictum concilium celebrandi facultatem expirare, sed ut quantocitius commodo fieri poterit, celebretur. Ne autem dita differre possit, statuit, ut prævigilant dies ante prædictum decennii tempus completum, vel aliud, si forsan ex causis concilium prædicti contingat, Romanus pontifex per suos legatum aut legatos foos, aut ordinarios, in cujus provincia vel diœcesi fuerit concilium celebrandum, & omnes prælati viciniores loco celebrationis concilii per quatuor dietas vulgares, cessante impedimento canonico, in propriis personis, vel eo obsistente per vicos idoneos ad hoc vicarios constituto, adesse teneantur, ut de loci dispositione, & aliis præparatoriis concilii valeant habere tractatum. Die autem inchoationis concilii generalis prædinita, hi qui ibidem fuerint, missam de Spiritu sancto solennitter celebrent, & concilium ex eo die Habilitum & inchoatum esse efficaciter censeatur. Verum propter multas necessitates quæ contingere possunt reminiscibus ad concilium, exhortatur hæc sancta synodus eos qui tunc præsentes fuerint, ut ad ardua negotia concludenda, nisi decenti expectatione ablentium moderata, congruo intervallo temporis non procedant, sed de decreto tamen proviso procedatur in conciliis cum debita gravitate, licet tanta magnitudo negotiorum universalis ecclesiæ exigit & requirit. In his autem casibus, quibus, secundum statutum decreti Constantiensis, papæ licet locum futuri concilii de consensu sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium mutare, statuit ut, si papa id facere negligat, collegium cardinalium hoc supplear, ita tamen ut duæ partes ipsorum cardinalium consentiant, servando nihilo minus modum qui in dicto capitulo, Frequens, continetur. Ipsam autem loci mutationem, si fieri contingat, juxtaque dicti cardinales, secundum Deum & conscientiam facere, ipsi, & ex causis manifestis in capitulo, Frequens, contentis.

### VI.

*Quod electores papæ ante ingressum conclavis juraverit, quod, si quis eorum eligatur, servabit dicta decreta.*

Ut promissa facilius exercitioni demandentur, statuit ipsa sancta Synodus, quod electores Romani pontificis ante ingressum conclavis juraverint, & coram ecclesiæ promittere teneantur, quod, si contingat aliquem ex eis in papam affumi, & promissa supradicta decreta, statuta & ordinata servabit, & pro posse adimplere realiter & cum effectu curabit, adjiciens quod quicumque in Romanum pontificem futuris deinceps temporibus assumetur, inter alia quæ profiteri debet, juxta decretum concilii Constantiensis, quod incipit: Quanto Romanus pontifex, &c. juraret etiam prædicta decretum efficaciter observare. Quam quidem professionem teneatur postea in primo publico consistorio de novo facere, profiteaturque, si contra quæ in hoc decreto continentur fuerit violator, nec non ratione cujuslibet notorii criminis ecclesiam scandalizantis, judicio generalis concilii se esse subjectum. Hancque professionem tam ipse quam collegium cardinalium inferant literis, quas de nova assumptione papæ per orbem de more transmittent.

### VII.

*Quod publicetur hoc decretum in synodis.*

Ut tam salutaris ac necessarii decreti nullus possit ignorantiam prætendere, mandat hæc sancta synodus in virtute sanctæ obedientiæ omnibus metropolitanis episcopis, ut in pro-





ANNO CHRISTI 1433.

vincialibus & synodalibus conciliis prælatis religiosum in suis capitulis generalibus hujusmodi decretum legi faciant & publicari.

SESSIO XI.

### VIII.

*Concilium cassat & juridiciliorum faciam curiali. bus Romana curia, ne veniant ad ipsum concilium.*

Cum liberum esse debeat omnibus ad hoc sacrum concilium generale, quod universalem repræsentat ecclesiam, proficisci, & consequenter quidquid in concratium quæcumque auctoritate, etiamsi papali, statuatur, irritum sit cratum: idcirco hæc sancta synodus cassat, irritat, & annullat quæcumque mandata, etiam sub centuria, privationibus beneficiorum & officiorum, inhabilitationibus ad eadem, & aliis quibuscumque pœnis facta & fienda, tam per dominum Eugenium papam quartum, quam ejus camerarium, vel alium eorum auctoritate, curialibus & officialibus Romanæ curiæ, vel alia quibuscumque personis, quibuscumque status & dignitatis existant, ne de curia Romana recedant, per quæ facultas ad hoc sacrum concilium veniendi, tolli, impediri, vel restringi quomodolibet possit.

Datum Basileæ in publica publica celebrata in ecclesia majori Basiliensi, quinto Kalendas Maii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimotertio.

## SESSIO XII.

Die 14. Julii, tunc festa tertia, 1433.

*Decretum citationis contra papam.*

*Sacrosancta Basiliensis generalis synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam.*

ANNO CHRISTI 1434. feculariibus ecclesiæ administrationes concessas A fpiritu ad inftantiam cupiditam principis fecularis fecerant. Nam officium generalis Humiliatorum, & illius ordinis principale monaftterium, coidem feculari clerico in commendam five administrationem concellerunt: quam rem, exemplo refati pernicioffim, non atrea facere recusaviimus. Ipfi vero ut cipfcopos habeant, continuo cogunta contraria volutatae facere tentaverunt, & fub tali colorato titulo clerichus unedifius in dicta administratione iocurafos eft, ita ut dici poffit quod fere canonum nafferra regularia, quæ fub officio generalis dicti ordinis regulari debuiffent, fub utsuo clerici fecularis fuint administratione fuppofita: quæ quantum juri, quantum honeftati, quantum religioni, quantum ecclesiæ, quisque prudens animadvertere poteft. Poftemo tandem ultra illud, quod non & plurimos fratres nostros Romana ecclesiæ cardinales citare conati funt, etiam poftquam decrevimus iecrum ibidem Basileæ debere concilium agitari, ita etiam in administratione fummi pontificatus fufpendere fteti funt, ut ad ipfos poftiert faltem de facto ipfam noftram fummi pontificii potefiatem adeoant & ejus administrationem exercere, conferendo beneficia vel officia, & alia faciendo quæ nobis tantum funt a jure concefia fed non ipfis. Hæc ergo cauffa quam continuo Basileæ fuiffe concilium per nos declarari cupiunt. Illi funt qui, quoniam eorum C vota pati non valuerunt, de nobis tot mendacia confingunt. Illæ funt hereffes quas extirpare cupiunt. Illæ funt reformationes debitæ quas in ecclesia fieri cupiunt, & pax & tranquillitas quas universli Christi fidelibus difpofuerunt, quia inter feipfos potefiatem noftram dividere, & fibi fingulis conferere cupiunt, ut quæ beneficia vel officia, five honores, quos a nobis conficiqui non valuerunt, fcindendo fummi pontificatus potefiatem interficiono. Ubifi igitur a nobis, abfit, ut tantam declarationem facfamus, & quod talia gefta comprobemus. Prius eft enim ut non fimus nobis ipfis parem ejus, fed animam toltiam, quam fiden catholicam nobis auferant. De hoc autem vero ad offendendum D noftram fectorem & ipfam intentionem, quam habemus ut concilium fiat, & quod omnia ad finem debitum perducantur, contentisi fomes fraudum per fimplicitter conciliono fuiffe concilium, ita tamen, quod omnia gefta & attentata contra nos, five fedis apoftolicæ libertatem ac ecclesiæ, fundaque Romanæ ecclesiæ cardinales ac nobis adhærentes, prout de facto fecerunt, fic de facto ante omnia retroeant, nullique legatos quos juxta regulas præfidentes admittant. Objicient etiam nobis, & admirati videntur, quod Basileæ jufficiens facrum fynodum celebrari, ac mandatis, mas cum concilii conflio agenda per præfidentes perfici. Dicimus, quod concilium dumtaxat potest eff, fi illud autem præfidentes fed necesfe eft: & ideo fi concilium dictaret five confuleret aliquid ecclesiæ expedire, præfidentibus vero non placeret, hoc ipfum minime fieri poffet, fic quod de judice concilium conftituitur formaretur. Sed hi fic dicentes, fi nulla jura vidiffent, fatis effet. Nam fi " ipfi omnia mundi jura percontentur, omnia voluent quod quæ conflio ftatuuntur, declaratur, feu lauciuntur, a papa vel ejus legato conftituuntur quæ conflio ftatuuntur, declaratur, feu lauciuntur, a papa vel ejus legato conftituuntur quæ conflio ftatuuntur, facro concilio conftituuntur, five etiam approbante. Nam fi papa vel legatus ejusdem nollet diffonere aliqua, contra concilium afferfaret, papæ fentenia, vel ejus legati perfonam fummi pontificis exprædantia, non conciliii voluntas fequenda fuerit, cum fuper omnia concilia habet potestatem papa, nisi forte quæ ftatuunda forent catholicam fidem refpicerent, vel, fi non fieret, fiatum universalis ecclesiæ principaliter pertinerent, quia tunc conciliii fententia effet potius attendenda. Verba igitur noftratum literarum fecundum juris formam interpretanda funt, ac quæ ad folum concilium fpectarent, quæ funt numero plurima, cum conciliio expediantur & fiant, alii vero juris transitum intimenur. Et hoc eft in quo potiffime falluntur qui Basileæ conveniunt. Nam omnia in fingulis agendis effe judices fupra pontificem, quidem profecto demonftrant. Nam in fingulis fe nobis fuperiores reputant, quod tamen afferverare eft hæreticum & profanum. Omnotefcat igitur, & notfcant quod etiam fic cum conciliio fieri mandavit felicis recordationis Martinus nofter proximus prædecefior, nec velim noftram pontificam intentionem in fingulis fuperare, quam etiam cum aliis laceffere conaatur, afferverantes nobis ad fummi apoftolatus apicem non fuffic canonicam electionem. Sed, o miferiftcors Deus, cur oculos tuos ipse juftitiæ contra prædictos non convertis? Nam plurimi ex his qui tafia proferunt, funt qui nos in Petri cathedram diuigentes inthronisavimus, illi nos concfratrem; illi non coronavimus, & aliqui ex eis, ut a vero Christi vicario pontificatus fuiffent fofcepti, alii vero ex eis fere omnes gratia cum beneficia plurima funt adepti, & nos annis plurimis pro fummo vero pontifice venerati funt. Igitur imaginari non poffumus qua fronte, qua audacia, quo colore, poffint noftram catholicam electionem in dubium revocare, præterim cum ipfomm aliqueat maximus pontifex, cum Christi fidelibus Christiani religiofiffimi, vofque alii Chriftiicole orthodoxi, qui vifcera mifericordiæ Jefu Christi prefitos Deo fuo conventionem adiimiftrant, ut deftiftentes ab inceptis, velitis noftros præfidentes admittere, ut cancinatum fynodum facinus, poftfiono fora, ut, fecundum quod ipfe, facrum concilium eft inftitutum, debitæ executioni demandate. Quod fi fecea ( quod abfit ) fecerint, & Dei ecclesiam fcindere ( ut hæreticus fuut conati ) concipiverint, nec præfidentibus intendere reformationi ecclesiæ fludeerint, tunc vos Christianæ religionis iterum per ejusdem mifericordiam obfecramus qui pro nobis mortem fubiit temporalem, ut velitis eorum ingenia conatibus pro ecclesiæ refiftere, profectio ne fchifma nefandiffimum in Dei ecclesia oriatur. Nam hoc ad principes pertinet fecuti Christianos, ut eorum temporibus pacatam velint effe matrem ecclesiam, unde fuit fpiritualiter nati. Quod plurimafqui verbum offendit, cum inquit: *Et nunc reges intelligite, eruditi qui judicatis terram. Servite domino in timore, & exultate ei cum tremore*, &c. Sed quomodo fervient principes in timore, nisi ea quæ contra fanctam matrem ecclesiam & ipfa domini funt, religiofa fevertitate prohibendo atque plectendo? Agite igitur, vitilitate agite adversus Christi vineam & agnum dominicum devastare cupientes, nec permittite vititia quod fine auctoritate pontificia conciliabulo, non concilia, funt: quemodo in futurum poffet effe exemplum pernicioffiffimum, ut decem five plu-

res

SESSIO XVI.

ses ad libitum sine sedis apostolicæ auctoritate aliquo in loco prælati convenirent, scandalizarentque populum Christianum orthodoxum, ac contra Christi vicarium pro libitu resilirent, ut resistentes malis actionibus, æternam gloriam mereamini. Datum Romæ apud sanctum Laurentium in Damaso, anno incarnationis dominicæ 1433. Idibus Septembris, pontificatus nostri anno tertio. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis, declarationis, prosecutionis, intentionis, cassationis, revocationis, irritationis, annullationis, voluntatis, reductionis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ 1433. XVIII. Kalendas Januarii, pontificatus nostri anno tertio. Ego Jordanus episcopus Sabinensis manu propria subscripsi. Ego Antonius tituli sancti Marcelli manu propria subscripsi. Ego Lucidus cardinalis de † Comite manu propria subscripsi. Joannes de Nursia. Poggius.

† de Comitibus Nursiensibus ... fuit scriptor Eugenii. Poggius ... Poggii nomen a tergo bullæ scriptum fuit.

Datum in sessione publica in ecclesia majori Basileensi solenniter celebrata, Nonis Februarii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimo quarto.

Die sabbati XXIV. Aprilis 1434. in congregatione generali domini legati sanctissimi domini nostri incorporati sunt sacro concilio nominibus privatis, ut sequitur, videlicet reverendissimi reverendique patres domini cardinalis sanctæ Crucis, archiepiscopus Tarentinus, episcopus Paduanus, & abbas sanctæ Justinæ, &c.

Oratores sanctissimi domini Eugenii papæ quarti in eorum incorporatione jurabunt nominibus propriis fideliter laborare pro statu & honore hujus sacri concilii & ejus decreta defendere, & manutenere, & specialiter decretum sacri concilii Constantiensis, cujus tenor sequitur, & est talis: Primo, quod generalis synodus in Spiritu sancto legitime congregata, generale concilium faciens, ecclesiam catholicam militantem repræsentans, potestatem a Christo immediate habet, cui quilibet cujuscumque status vel dignitatis, etiamsi papalis existat, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem & extirpationem schismatis, & ad generalem reformationem ecclesiæ in capite & in membris. Item declarat, quod quicumque cujuscumque status vel dignitatis, etiamsi papalis existat, qui mandatis, statutis, sive ordinationibus, aut præceptis hujus sanctæ synodi, & cujuscumque alterius concilii generalis legitime congregati, super præmissis, seu ad ea pertinentibus factis vel faciendis, obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condignæ pœnitentiæ subjiciatur, & debite puniatur, etiam ad alia juris subsidia (si opus fuerit) recurrendo. Item jurabunt dare sanum & salubre consilium secundum Deum & conscientias suas, & non revelare vota singulorum, inquantum ex hujusmodi revelatione verisimiliter posset oriri aliquod odium vel scandalum, &c. Et non recedere a loco hujus sacri concilii, sine licentia obtenta a deputatis ejusdem.

Cŏstantiensis concilii sessione 4.

## SESSIO XVII.

ANNO CHRIST. 1434.

*Super admissione præsidentium in concilio nomine domini Eugenii papæ quarti.*

SESSIO XVII.

SACROSANCTA generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, dilectos ecclesiæ filios Nicolaum tituli sanctæ Crucis in Jerusalem presbyterum, Julianum sancti Angeli diaconum, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, & venerabiles, Joannem archiepiscopum Tarentinum, & Petrum episcopum Paduanum, ac dilectum ecclesiæ filium Ludovicum abbatem sanctæ Justinæ Paduanæ, tantum admittit in præsidentes in hoc sacro concilio, nomine, vice & loco sanctissimi domini Eugenii papæ quarti, cum infrascriptis conditionibus & clausulis, plenissimum robur & effectum per omnia habituris, videlicet, sine * omni jurisdictione coactiva, salvo etiam modo procedendi in hoc sacro concilio hactenus observato, præsertim qui continetur in ordinationibus hujus sacri concilii, quæ incipiunt: Primo sint quatuor deputationes, sicut sunt, inter quas omnes de concilio distribuantur æqualiter, quantum fieri poterit, &c. Ordinat etiam quod præter feriam sextam, in qua ordinaria est congregatio generalis, non possit fieri alia, nisi fuerit conclusum prius per tres deputationes ad minus. Et tunc intimetur ipsis præsidentibus, vel alteri ex eis, quod ponat schedulas. Et si non fecerint, unus ex promotoribus concilii, vel unus ex deputationibus quicumque sit, ponat schedulas. Et omnes de concilio veniant ad congregationem. Alias si non fuerit conclusum per tres deputationes, nullus ad ipsam congregationem accedat. Et quidquid ibi factum fuerit, nullius sit roboris. Et idem de sessione. Item, quod lectis in congregatione generali his quæ conclusa sunt per deputationes, primus inter præsidentes ibidem præsentes, etiam aliis vel alio ex eis absentibus, concludat juxta ordinationes sacri concilii. Quod si nolit ipse aut alius de præsidentibus ibidem præsentibus facere, tunc proximior prælatus subsequens in ordine considendi concludat. Et ipso nolente, alius successive faciat. Et si forte nullus de præsidentibus veniat ad congregationem, vel ad sessionem generalis concilii, tunc † primus prælatus (ut præmittitur) pro illo die faciat officium præsidentis. Item, quod omnia acta hujus sacri concilii (sicut hactenus est observatum) fiant & expediantur sub nomine & bulla ipsius concilii.

* al. cum

† ... ...

Datum in sessione publica ejusdem sanctæ synodi in ecclesia majori Basileensi solenniter celebrata, sexto Kalendas Maii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimoquarto.

In hac 17. sessione tam solenniter celebrata interfuit Sigismundus Romanorum imperator, sedens coronatus cum aliis nobilibus sibi astantibus. Unus dux a dextro tenens ensem evaginatum in manu, juxta quem dux Wilielmus Bavariæ, habens & tenens pomum rotundum deauratum cum cruce in signum mundi, & a sinistro dominus marchio Brandeburgensis, unus electorum imperii, habens seu tenens sceptrum regale deauratum, &c. & bene centum prælati



ANNO CHRISTI 1434.

lati sedentes cum mitris albis, ut moris est &c.

## SESSIO XVIII.

Huic sessioni 18. nō interfuit imperator, jam ante Basilea digressus.

*Super innovatione decreti concilii Constantiensis de auctoritate & potestate conciliorum generalium absentibus dominis legatis papæ.*

*Sacrosancta Basileensis generalis synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.*

SESSIO XVIII.

Constantiensis conc. sess. 4. Et supra in hoc Basileensi, sess. 16.

AD magnam ecclesiæ catholicæ utilitatem pertinere dignoscitur, ut ipsius auctoritas (cui omnes subesse tenentur) in sacro olim Constantiensi concilio declarata, sæpius manifestetur, & ad omnium notitiam perducatur. Et quemadmodum nonnulla concilia præcedentium synodorum salubres institutiones & declarationes renovare consueverunt, ita & hæc sancta synodus necessariam illam declarationem de generalium conciliorum auctoritate, in dicto Constantiensi concilio promulgatam, sub eodem qui sequitur tenore innovat: Primo, quod generalis synodus in Spiritu-sancto legitime congregata, generale concilium faciens, ecclesiam catholicam militantem repræsentans, potestatem a Christo immediate habet, cui quilibet cujuscumque status vel dignitatis, etiamsi papalis existat, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem & extirpationem schismatis, & ad generalem reformationem ecclesiæ in capite & in membris. Item declarat, quod quicumque cujuscumque status vel dignitatis, etiamsi papalis existat, qui mandatis, statutis, sive ordinationibus, aut præceptis hujus sanctæ synodi, aut cujuscumque alterius concilii generalis legitime congregati, super præmissis, seu ad ea pertinentibus factis vel faciendis, obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condignæ pœnitentiæ subjiciatur, & debite puniatur, etiam ad alia juris subsidia (si opus fuerit) recurrendo.

Cŏstantiensis conc. sess. 5.

Datum in sessione publica ipsius sanctæ synodi, in ecclesia majori Basileensi solemniter celebrata, sexto Kalendas Julii, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimoquarto.

## SESSIO XIX.

*In qua fuerunt pronuntiata decreta in materia Græcorum, nec non Judæorum, & neophytorum.*

### I.

*Sacrosancta Basileensis generalis synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.*

SICut pia mater pro filiorum salute semper anxia est, nec unquam quiescit, donec si qua inter ipsos dissensio sit, sopita fuerit; sic & multo amplius sancta mater ecclesia, quæ filios ad perpetuam vitam regenerat, omni conatu laborare consuevit, ut omnes, qui Christiano nomine censentur, sublato omni dissidio eamdem fidei unitatem, sine qua salus esse non potest, fraterna caritate custodiant. Quamobrem hujus sanctæ synodi ab initio suæ congregationis præcipua cura fuit, illud recens Bohemorum antiquumque Græcorum dissidium prorsus extinguere, & eos nobiscum in eodem fidei & caritatis vinculo perpetuo copulare. Bohemos igitur viciniores primo, deinde Græcos per nostras literas & oratores pro sancta unione facienda, cum omni caritate ad hoc sacrum concilium vocavimus. Et quamquam Bohemorum negotium multi ab initio non solum difficile, sed bene impossibile æstimarent, nostrosque tamquam supervacuos & inutiles indicarent labores, attamen dominus noster Jesus Christus, cui nihil impossibile est, sic salubriter rem ipsam usque ad hanc diem direxit, ut multo amplius hæc ipsa Bohemorum vocatio ecclesiæ sanctæ profuerit, quam multi potentissimi exercitus, qui sæpe Bohemiam armata manu ingressi sunt. Quæ res eo ampliorem spem nobis præbet, ut hanc Græcorum unionem cum omni fiducia & constantia prosequamur. Quod quidem eo libentius aggredimur, quo ipsos ad hanc unionem plurimum affectos conspicimus. Ut primum enim serenissimus Græcorum imperator & patriarcha Constantinopolitanus per nostros requisiti sunt oratores, mox tres insignes viros, de his qui apud eos magnæ videntur auctoritatis, (quorum primus ipsum imperatorem consanguinitate attinet) ad hanc sanctam synodum destinarunt, sufficienti ipsius imperatoris mandato cum bulla aurea & ejus manu propria subscripta, ac patriarchæ literis munitos, qui tam in generali congregatione, quam coram commissariis nostris ferventissimum imperatoris & patriarchæ totiusque ecclesiæ orientalis ad hanc unionem desiderium exponentes, nos mirum in modum ad tam sancti operis prosequutionem pulsant, ac quotidie excitant, duo inter alia firmiter constanterque asserentes, unionem ipsam nisi in synodo universali, in qua tam ecclesia occidentalis quam orientalis conveniat, fieri nullatenus posse: & in ea synodo si fiat, (ut infra conventum est) omnino ipsam unionem secuturam. His auditis, summa nobis lætitia ac jucunditas nimirum accessit. Quid enim catholicæ ecclesiæ felicius gloriosiusque contingere unquam posset, quam quod tot orientales populi, qui numero hominum ab his qui nostræ fidei sunt non multum distare videntur, in eadem nobiscum fidei unitate conjungantur? Quid utilius aut fructuosius ab exordio nascentis ecclesiæ populus Christianus vidit vel audivit, quam quod tam diuturnum perniciosumque schisma penitus extirpetur? Unde & aliam reipublicæ Christianæ, Deo propitio, utilitatem accrescere confidimus, quoniam ex hac unione, cum facta fuerit, plurimos ex nefanda Mahumeti secta ad fidem catholicam converti sperandum est. Quid igitur pro tam piis ac salutaribus rebus per Christi fideles tentandum faciendumque non esset? Quis catholicus pro tanto nominis Christiani & orthodoxæ fidei incremento non modo caducam hujus mundi substantiam, sed & corpus & animam exponere non deberet? Quocirca omnem cogitatum nostrum jactantes in Deum *qui facit mirabilia magna solus*, venerabiles sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, præsidentes sedis apostolicæ, patriarcham Antiochenum, archiepiscopos, episcopos, abbates, magistrosque & doctores in numero competenti deputavimus, ut una cum ipsis Græcorum ambasiatoribus rem istam tractare, & quo ordine ad executionem deducenda esset pro-

SESSIO XIX.

Psal. 135.

SESSIO XIX.

prospicere deberent. Qui tam inter se, quam cum ipsis oratoribus, sæpenumero convenientes, habito inter se digesto consilio, ad infrascripta cum ipsis devenerunt capitula, quæ postea secundum moram hujus sacri concilii per sacras deputationes mature deliberata, ac deinde per generalem congregationem *conclusa* firmataque solemniter extiterunt: quorum tenor una cum mandato ipsius domini *imperatoris* sub bulla aurea sequitur, & *est talis*:

Ambasiatores serenissimi domini imperatoris Græcorum, & domini patriarchæ Constantinopolitani, videlicet dominus Demetrius * protonostiarius, Palæologus Mæotides, venerabilis Isidorus abbas monasterii sancti Demetrii, & dominus Joannes ** Dissipatus, ejusdem imperatoris familiaris, convenientes cum dominis deputatis sacri concilii, primo exposuerunt, quod si ecclesiæ occidentali placeret, ut hæc synodus Constantinopoli celebraretur, ecclesia orientalis propriis expensis ibidem conveniret, nec oporteret, ut ecclesia occidentalis prælatis orientalis aliquas expensas faceret. Quinimo ipse dominus imperator, in quibus posset, prælatis Latinis Constantinopolim venturis subveniret. Sin autem placeret, ut prælati ecclesiæ orientalis ad terras Latinorum pro prædicta synodo accederent, necessarium fore propter legitimas causas, ut expensis ecclesiæ a occidentalis subvenirent. Et cum dictis dominis deputatis videretur multis de causis hanc unionem commodius fieri posse in hac civitate Basileensi, ubi actu concilium congregatum est, sæpe ac multum apud ipsos dominos oratores institerunt, ut hic locus pro hac sancta unione eligeretur, offerentes impensas ad hoc necessarias. Sed ipsis oratoribus respondentibus, quod cum eorum instructiones limitatæ de certis locis per ipsos imperatorem & patriarcham eis datæ sint, non hunc locum eligere qui in ipsis instructionibus nominatus non esset, domini deputati sacri concilii cognoscentes sanctam ac perfectam ipsius concilii intentionem, quæ est ut pro honore Dei & profectu fidei catholicæ nullis parcatur laboribus & impensis, judicarunt non expedire, ut propter locum duntaxat tantum bonum negligeretur. Acceptarunt igitur, si placeat sacro concilio, unum de locis inferius nominandis, cum hoc, quod (sicut inferius est conventum) mittantur aliqui vel aliquis ad ipsum dominum imperatorem, patriarcham, & alios, quibus persuadeant per efficaces rationes, ut in hanc civitatem Basileensem velint assentire. Loca nominata sunt, Calabria, Ancona, vel alia terra maritima, Bononia, Mediolanum, vel alia civitas in Italia: extra Italiam, Buda in Hungaria, Vienna in Austria, & ad ultimum Sabaudia. Convenerunt tamen dicti domini deputati cum ipsis dominis ambasiatoribus in his quæ sequuntur, si sacro concilio placeant. Primo dicti ambasiatores promiserunt quod ad hujusmodi synodum convenient imperator Græcorum & patriarcha Constantinopolitanus, & ceteri tres patriarchæ, & archiepiscopi, & episcopi, & alii ecclesiastici, qui commode venire poterunt. Similiter quod venient ab omnibus regnis & dominiis quæ subjiciuntur ecclesiis Græcorum cum plena potestate & mandato valido juramento & aliis clausulis opportunis, tam ex parte sæcularium dominorum quam prælatorum. Item, quod mittatur unus vel plures ambasiatores, ex parte sacri concilii cum octo millibus ducatorum, pro facienda congregatione prælatorum ecclesiæ orientalis ad Constantinopolim, quæ octo millia expedientur ab ipsis ambasiatoribus sacri concilii, prout ipsi domino imperatori, aut ipsis ambasiatoribus sacri concilii, videbitur. Ita tamen, quod si dicti prelati nollent Constantinopolim venire, vel, postquam Constantinopolim venerint, nollent ad synodum prædictam accedere, tunc teneantur dictus imperator reddere dictis ambasiatoribus sacri concilii quidquid pro ea re expenderint. Item, quod ecclesia occidentalis solvat expensas quatuor galearum grossarum, quarum duæ sint de Constantinopoli, & duæ aliunde, pro conducendo, dum tempus erit, ad portum nostrum, & reducendo Constantinopolim dominum imperatorem, & patriarchas, & prælatos ecclesiæ orientalis cum suis, usque ad numerum septingentarum personarum. Quibus ipsa occidentalis ecclesia impensas faciet hoc modo: Quia pro expensis ipsius imperatoris & ipsarum septingentarum personarum, a Constantinopoli usque ad portum nostrum ultimum, dabit ipsi imperatori quindecim millia ducatorum. A dicto autem ultimo portu usque ad locum dictæ synodi, & deinde, quamdiu manebunt in synodo, & usque ad reversionem ipsorum ad Constantinopolim, faciet dicto imperatori cum dictis septingentis personis impensas honestas. Item quod infra decem menses incipiendos a mense Novembris proxime sequenti, teneatur sacrum concilium mittere duas galeas grossas & duas subtiles versus Constantinopolim cum trecentis balistariis. Super quibus galeis erunt ambasiatores sacri concilii, & dominus Demetrius * protonostiarius Palæologus, primus de ipsis ambasiatoribus domini imperatoris. Qui quidem ambasiatores sacri concilii habebunt secum quindecim millia ducatorum danda domino imperatori pro expensis suis & patriarcharum & prælatorum, ac aliorum venientium usque ad numerum septingentarum personarum, faciendis a Constantinopoli usque ad portum ultimum, ad quem debebunt applicare, ut supra. Item prædicti ambasiatores sacri concilii, ituri cum prædictis galeis, ordinabunt quod decem millia ducatorum erunt parata ad exponendum, si necessarium fuerit, pro custodia civitatis Constantinopolitanæ, propter periculum quod posset intervenire a Turcis civitati tempore absentiæ dicti domini imperatoris, quæ pecuniæ exponentur per aliquem a dictis ambasiatoribus sacri concilii * deputandis, prout necessitas fuerit. Item ordinabunt prædicti ambasiatores sacri concilii, & b expensis duarum galearum subtilium & trecentorum balistariorum pro custodia civitatis Constantinopolitanæ tempore absentiæ domini imperatoris, & quod gentes dictarum galearum & ipsi balistarii jurabunt in manibus imperatoris fideliter se habere. Et capitanei eorum sint quos imperator instituerit. Item quod prædicti ambasiatores habeant expensas duarum galearum grossarum, tot quot expendi consueverunt in armando tales galeas. Item quod hujusmodi ambasiatores sacri concilii ituri cum prædictis galeis Constantinopolim nominabunt domino imperatori portum, ad quem ultimo debebit applicare, & locum unum de prænominatis, in quo esse debeat dicta universalis synodus. Laborabunt tamen cum omni instantia, ut civitas ista Basileensis eligatur, prout sperandum est. Item quod hoc sacrum Basileense concilium interim stabit firmiter in Basilea, nec dis-

* proto vestiarius forte protospatharius.
** Dishypatus
a Forte verius occidentales H.
* [illegible]
* [illegible]
b F. expensas, H.
In Constantiensi ... [illegible]



ANNO CHRISTI 1434.

solvetur legitimo impedimento cessante, quo interveniente (quod Deus avertat) pro continuatione sui juxta dispositionem capituli, Frequens, ad aliam civitatem se transferet. Et in casu quod dominus imperator non contentaretur de isto loco, tunc infra mensem, postquam præfatus dominus imperator applicuerit ad dictum portum ultimum, sacrum concilium se transferet ad unum de prædictis locis nominatis per ipsum sacrum concilium (ut supra dictum est) eligendum. Item quod in omnem eventum prædicta omnia utrimque adimpleantur. Item quod prædicta omnia fient firmiori modo, & cum majori robore & securitate quo fieri possunt per sacrum concilium, videlicet per decretum & sub bulla. Item quod prædictis omnibus conclusis & concordatis, ac (ut præmittitur) firmiter roboratis, summus pontifex expressum præbeat assensum per suas patentes bullas. Et quod prædicta omnia & singula intelligi debeant bona fide, sine dolo & fraude, & absque impedimento legitimo & manifesto. His omnibus adimpletis, dicunt supradicti ambasiatores Græcorum, & promittunt quod omnino venient, etiamsi bellum foret & instaret civitati. Et ob earum omnium rerum confirmationem tradent mandatum præfati imperatoris sub bulla aurea sacro concilio, & pro prædicto imperatore ipsi & alii jurabunt, scribendo & subscribendo propter firmam & veram fidem, quod fieri debeat cum Deo universalis sancta synodus, si mors imperatoris non intervenerit, aut impedimentum aliquod manifestum & verum, quod fugi vitarique non possit.

Postremo petitum est ab ipsis ambasiatoribus Græcorum, ut exponerent quædam nomina, in eorum instructionibus contenta. Et primo quid intelligunt per verbum, synodus universalis: responderunt quod papa & patriarchæ sint in dicta synodo per se vel procuratores suos; similiter & alii prælati sint ibidem vere vel repræsentative, promittentes (ut supra) quod dominus imperator Græcorum & patriarcha Constantinopolitanus intererunt personaliter * liberi & inviolenti, hoc est, quod unicuique liceat libere dicere judicium suum sine cujusquam impedimento vel violentia: Sine contentione, hoc est sine contentione rixosa & contumeliosa: non tamen excluduntur disputationes & collationes necessariæ, pacificæ, honestæ, & caritativæ. Apostolica & canonica hæc omnia quomodo intelligi debeant, & de modo procedendi in synodo, remittunt se ad ea quæ ipsa universalis synodus declarabit & ordinabit. Item quod imperator Græcorum & eorum ecclesia habeat honores suos, hoc est quos habebat tempore exorti præsentis schismatis, salvis semper juribus, honoribus, privilegiis & dignitatibus summi pontificis, & Romanæ ecclesiæ, & imperatoris Romanorum. Et quod si qua dubitatio oriatur, detur declarationi universalis concilii præfati.

* Libera & inviolenta.

II.

*Sequitur tenor mandati dicti imperatoris sub bulla aurea de Græco in Latinum translati.*

Quoniam missi fuerunt ad sacrosanctum concilium generale Basileense nostri & imperii nostri ambasiatores, familiaris noster * protonostiarius Demetrius Palæologus Mæotides, & honorandissimus in sacris monachis abbas sacri monasterii sancti Demetrii, & familiaris noster Joannes a Dissipatus, ad constitutionem a nobis solicitati generalis & œcumenici concilii, pro unione præmeditata ecclesiarum Christi, & dedimus eis ambasiatoribus perfectam & plenam potestatem & bayliam super & in prædictis, mandat, diffinit & ordinat imperium nostrum per præsens chrysobulum suum, quod omnia & singula illa quæ ordinaverint, promiserint, juraverint, fecerint, & constituerint per scripturam sive scripturas super prædictis præfati nostri ambasiatores, reputentur a nostro imperio, & affirmata sint, tamquam si a persona nostra præsentialiter facta, ordinata, promissa & jurata forent. Et si contingeret impedimentum aliquod vel mors in aliquo dictorum ambasiatorum, tunc quod factum est, & promissum erit per duos ex eis, firmum & validum sit, tamquam si per omnes tres factum foret. Et in robur & firmitatem prædictorum, jurat imperium nostrum per juramentum debitum & condecens nobis, tamquam Christiano fideli imperatori, & per orationem & benedictionem sancti mei imperatoris domini & patris nostri felicis memoriæ, & per animam meam. Factumque est præsens chrysobulum imperii nostri a mundi creatione sexies millesimo nonagentesimo quadragesimo secundo, & a domini nostri Jesu Christi nativitate millesimo quadringentesimo trigesimotertio, die undecimo Novembris Constantinopoli in palatio nostro imperiali: Et subscriptum literis rubeis manu nostra propria more imperiali, cum pendenti aurea bulla.

* protovestiarius.

SESSIO XIX.

a) Fo. Disyp(a)tus. H.

III.

*Litera domini patriarchæ Constantinopolitani de Græco in Latinum translata sub bulla plumbea, & est talis:*

*Joseph Dei gratia archiepiscopus Constantinopolitanus, novæ Romæ universalis patriarcha, reverendissimis cardinalibus Romanæ ecclesiæ & reverendis episcopis & omnibus aliis devotis congregatis in synodo Basileensi, condignam & condecentem mitto vobis omnibus ea qua teneor caritate & amicitia spirituali salutem.*

Literas reverentiæ vestræ recepimus per reverendum Antonium episcopum Sudensem, & fratrem Albertum de Crispis, sacræ theologiæ magistrum, oratores vestros, ex quibus & etiam relationibus præfatorum bene notavimus optimam dispositionem atque intentionem Deo amabilem, quam vestra reverentia pro tota Christianitate gerit, & specialiter pro nobis, id est pro unitate ecclesiæ sanctæ Christi. Et super hoc lætati fuimus maxime, quoniam hortamini nos pro illis, pro quibus & nos jamdiu hortati fuimus instanter ecclesiam Romanam. Multoties enim scripsimus, & misimus illuc pro unitate prædicta, ut omnibus patet. Tantis autem legationibus ex parte nostra factis, & tanta solicitudine ostensa, non permiserunt tamen circumstantiæ rerum, ut finem acciperet nostra voluntas & tractatus. Ad præsens igitur de istis & eisdem, & consimili & eadem dispositione, vestræ reverentiæ scribimus, quærentes fieri concilium œcumenicum sub præsentia omnium personarum debentium necessario adesse, secundum antiquum ordinem & consuetudinem, & tale concilium fieri canonicum, liberum, inviolatum, & simpliciter secundum formas antiquorum

In Append. Concil. Basil. c. 90. extat eadem epistola sub nomine Joannis Imp. CP. H.

tum excumenticorum concilionum: & illud om- A
ne, quod Deo dante in tali concilio unanimi-
tes & concordier conclusum fuerit, hoc firmum
haberi iudubitanter & sine contradictione & lite
quacumque. Quæ omnia dicta fuerunt & con-
cessa, & confirmata a Sancta Romana eccleſia
per plures legationes ad eam noſtra parte fa-
cta. Impedita vero fuit illorum conclusio &
effectus propter rumpentes circumſtantias, ut
ſupra dictum eſt. Sed quoniam veſtra reveren-
tia in præſenti tempore tantam prompteitudi-
nem ſuper iſtis oſtendit, per legationem ſpecia-
lem quam ſecit pro iſtis, & hortata fuit nos
literis & relationibus ſuorum oratorum, propter
hoc & nos mittimus ambaſiatores noſtros ſimi-
liaterm impreſſi * protonotharium Demetrium B
Palæologum Mezodicen. & honorandiſſimum
in ſacris monachis abbatem ſacri monaſterii ſan-
cti Demetrii Iſidorum, & Joannem * Diſſipatu-
rum, per quos petimus & rogamus veſtram re-
verentiam, quod ad hoc Deo amabile opus u-
nionis conferatis omnem curam & ſolicitudi-
nem, ut ſiat & concludatur dictum laudabile
opus, veſtro ſtudio & diligentia noſtris corre-
ſpondentibus. Cum vero ſint aliqua eccleſiaſtica
ad hoc & ejus operis executivis, commiſimus
de iſtis prædictis noſtris ambaſiatoribus, qui
veſtræ reverentiæ latius & clarius omnia refe-
rent & manifeſtabunt, placeatque veſtræ reve-
rentiæ eidem plenam fidem adhibere.

Datum in urbe Conſtantinopoli, milleſimo C
quadringenteſimo trigeſimotertio, die decimo-
quinto menſis Octobris.

* pseudo-Bessarion.

* Pro Philippo Vitzio.

## IV.

*Sequitur confirmatio ſupradictorum capitulorum.*

Supraſcripta igitur capitula & conventiones hæc ſancta ſynodus auctoritate univerſali ec-
cleſiæ præſenti docecto approbat, ratificat & confirmat, ſtatuitque ac decernit, & pollicetur ex & eorum quolibet ſervare & inconcuſſa tenere, ut promittitur. Quæ cum ad incrementum fidei orthodoxæ, utilitatemque eccleſiæ catholicæ, & totius populi Chriſtiani pertinent, D omnibus fidem Chriſti diligentibus, grata plurimum & accepta eſſe debent. Et quoniam (ut præcipitur eſt) ipſi Græci propter nonnullas cauſas poſtulant, ut ſanctiſſimus dominus Eugenius papa quartus, diſtincta capitulis & conventionibus expreſſe contentis, ne propter hoc tantum bonum negligatur, ipſum Eugenium hæc ſancta ſynodus cum omni caritate obſecrat & deprecatur, ac per veſtra miſericordiæ Jeſu Chriſti, cum quanta poteſt inſtantia exorat ac requirit, ut in favorem fidei & eccleſiaſticæ unitatis præſtatis quæſita & concretionibus ſynodalibus decreta approbatis & ratificatis per ſuas literas vnoro Romanæ curiæ bullatas expreſſum aſſenſum præbeat.

Datum in ſeſſione publica, in eccleſia majori Baſileenſi ſolemniter celebrata, ſeptimo Julio Septembris, anno a nativitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoquarto.

## V.

*Aliud decretum de Judæis & neophytis in eadem ſeſſione promulgatum.*

*Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitime congregata, univerſalem eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam.*

SAlvatoris noſtri Jeſu Chriſti ſequens veſtigia hæc ſancta ſynodus illud gerit potiſſime in viſceribus caritatis, ut omnes evangelicam veritatem agnoſcant, & in ea, poſtquam agnoverint, fideliter perſeverent. Proinde, ut Judæi aliique infideles ad orthodoxam converantur fidem, quique ad ipſam converſi fuerint in illa conſtanter permaneant, his ſalubribus inſtitutis providere decernens, in primis ſtatuit, ut omnes diœceſani quoſdam in hierie divinis bene eruditos aliquot vicibus annuatim deputent in loci, ubi Judæi aut alii infideles degunt, ad prædicandum & explanandum taliter catholicæ fidei veritatem, ut ipſi infideles qui audiunt, fuos valeant errores recognoſcere. Ad quam prædicationem ſubditos omnis tam commerciij per ſuſtra illis interdicendi, quam alibi ad hoc opportunis ipſos infideles cujuſcumque ſexus in annis diſcretionis conſtitutos accedere compellant. Ipſi autem diœceſani ac prædicantes ita ſe erga illos propinos ac caritate plenos exhibeant, ut non ſolum propalantur veritatem, ſed & alia humanis officiis ipſos Chriſto lucrifaciant. Chriſtianos autem cujuſcumque dignitatis aut ſtatus, quomodolibet inter impedientes, ne Judæi ad hujuſmodi prædicationem convenant, aut accantur, notam ſuæ fortitudinis incurrere ipſo facto decernit. Ut autem hæc prædicatio eo fit fructuoſior, * quo prædicantes linguarum habentur peritiam, omnibus modis ſervari præcipimus conſtitutionem editam in concilio Viennenſi, de doctoris docere doctrinam in ſtudiis ibidem expreſſis linguas Hebraicam, Arabicam, Græcam, & Chaldæam: quæ ut efficacius obſervetur, reſtituet ipſorum ſtudiorum interaſia, quæ in aſſumptione rectoratus jurant, hoc etiam addi volumus, operam ſe pro ipſius conſtitutionis obſervatione daturos. In conſtitutione illarum provinciarum, in quibus hujuſmodi ſtudia conſtituta ſunt, omnino diſponatur, ut hi, qui prædictas linguas doctiori ſunt, ſtipendia debita percipere valeant. Sacros inſuper canones renovantes, præcipimus tam diœceſanis, quam potiſſimum ſecularibus, ut modo omnino prohibeant, ne Judæi aut alii infideles, aut Chriſtianos, aut Chriſtianas in familiares, ſeu ſervientes, aut ſilionem ſuorum nutrices, habeant, ac ne Chriſtiani cum ipſis in eorum feſtivitatibus, nuptiis, & conviviis, aut balneis, ſeu nimia converſatione communicent, aut mendicos, vel matrimoniorum ſponſores ab illorum contractuum mediatores de publico conſtituros aſſumant, nec alii publicis præponant officiis, aut ad gradum quoſcumque ſcholaſticos admittant, nec eis locentur prædia, vel alti reditus eccleſiaſtici. Prohibeantque etiam libros eccleſiaſticos, calices, cruces, & alia eccleſiarum ornamenta, ſub pœna perditionis rei emere, aut pignori ſub pœna amiſſionis pecuniæ mutuare accipere. Sub gravibus quoque pœnis cogantur aliqubem deferra habitum, per quem a Chriſtianis evidenter diſcerni poſſint. Quorum ut



ANNO CHRISTI 1434. ut evicitur nimia converſatio, in aliquibus ci- A ta aliaque ſolemnitates & antiquæ ſectæ ritus SESSIO XIX.
vitatum & opidorum locis a Chriſtianorum cohabitatione ſeparatis habitare compellantur, & ab eccleſiæ longius quantum fieri poteſt. Nec diebus dominicis & aliis ſolemnibus feſtivitatibus ſpectacula aperta tenere, vel in publico laborare præſumant.

## VI.

*De his qui volunt ad fidem converti.*

Si quis eorum ad fidem catholicam converti voluerit, bona ſua, quæcumque habet mobilia & immobilia, ei intacta illæſique permanent. Quod ſi hujuſmodi bona ex ulnra aut illicito B queſtu fuerint acquiſita, ac notæ ſint perſonæ, quibus fuerit de jure reſtitutio facienda, (quia non diuitiæ retentam, nulli reſtituere abſolutum) illis reſtituti omnino oportet. His vero perſonis non extantibus, quia talia per manus eccleſiæ in pios eſſent uſus convertenda, hæc ſancta ſynodus vicem gerens univerſalis eccleſiæ, in favorem concedit ſuſcepti baptiſmatis tanquam in pium illum apud ipſos remanere debere, ſub pœna divini anathematis tam eccleſiaſtici quam ſecularibus interdicens, ut nullam ſuper his, quovis quæſito colore, molitiam inferant aut inferri patiantur, ſed manquam ſe ſcriptis lucrum exiſtimem, dum tales Chriſto lucrari fuerint. Et quoniam (ut fertur) C ipſum eſt) *qui habuerit ſubſtantiam mundi hujus, & videerit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua de eo, quomodo caritas Dei manet in ipſo?* Si ipſi convertionis tempore inopes, aut indigentes fuerint, per viſcera miſericordiæ Dei noſtri omnes eccleſiaſticos quam ſeculares hæc ſanctæ ſynodus exhortatur, ut ipſis convertis manus porrigant adjutrices. Poſt quoque diœceſiani non ſolum Chriſtianos ad tuvenandum illis exhortentur, ſed tam de reddituibus eccleſiarum, prout poterunt, quam de his quæ à paupere uſu per ipſos converterenda devolvuntur, hujuſmodi neophytos ſuſtentare non negligant, ipſoque a detractationibus, contumeliis, patenta affectione defendant. Et quoniam per gratiam baptiſmi cives ſanctorum & domeſtici Dei efficiuntur, longeque dignius ſit regenerari ſpiritu, quam naſci carne, hæc ſeditiuſi ſuper flatuimus, ut civitatum & locorum, in quibus ſacro baptiſmate regeneranur, privilegia, libertatibus & immunitatibus gaudent, quam rationem dominat nativitatis & originis alii conſequuntur. Curent inſuper ſacerdotes baptizantes, & hi qui de ſacro fonte ſuſcipiunt, tam ante baptiſmum quam poſt, illos in articulis fidei ac legis novæ præcepta, catholicæque eccleſiæ ritibus diligenter inſtruere. Et tam ipſi quam diœceſani omnes dent, ne cum Judeis ſeu infidelibus, ſaltem per longum tempus, penitus converſentur, ne, ſicut noviter E contingit ab infirmitate carnis, modica occaſio ad peſtilentiam perditionem reditiuvos efficiat. Et quoniam, experientia teſte, mutuum inter ſe neophytorum converſationem ipſos in fide noſtra fragiliores reddere, ac ſaluti ipſorum plurimum officere compertum eſt, exhortatur hæc ſancta ſynodus locorum ordinarios, ut quantum pro incremento fidei viderint expedire, curent & ſtudeant neophytos ipſos cum originariis Chriſtianis matrimonio copulare. Prohibetur & his neophytis ſub gravibus pœnis, ne ſecum mores non Judaicum ſequentur, aut ſabba-





## SESSIO XX.

### I.

*Decretum de concubinariis in ſeſſione vigeſima promulgatum.*

*Sacroſancta Baſileenſis generalis ſynodus, in Spiritu ſancto legitime congregata, univerſalem eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam.*

TAnto ſomus ad concedendum petentibus laudabili per nos ordinatione ſtatuta & SESSIO XX.
decreta ſub forma authentica proniores, quanto ro ex hoc ſtatuitis & decretis hujuſmodi ſyno- A
eorum obſervationem valeat ſubes certior abhi-
beri. Hinc eſt quod nos tenores conſtitutionum
Inferius deſcriptarum, per nos dudum editarum
& in ſeſſione publica per nos in majori eccleſia
Baſileenſi undecimo Kalendas Februarii, anno

SESSIO XX. dominii millesimo quadringentesimo trigesimoquinto celebrata publicarium, & apud acta nostra de mandato nostro deferiparum, ad dilectorum ecclesiæ filiorum, Cæv. N. & N. qui tenores hujusmodi fecimus in judicio & extra aliorum indigere, supplicationibus instrumentum de actis ipsis extrahi & prætendibus annotari fecimus, quas sequuntur in hæc verba: Quicumque electores, cujuscumque status, conditionis, religionis, dignitatis, etiamsi pontificalis vel alterius præeminentiæ existat, qui post hujus conflitutionis notitiam, quam habere præsumunt, per duos menses post publicationem ejusdem in ecclesiis cathedralibus, quam ipsis diœcesani omnino facere tenentur, postquam eadem conflitutio ad eorum notitiam pervenerit, fuerit publicus concubinarius, a perceptione fructuum omnium suorum beneficiorum mensium spatio sit ipso facto suspensus, quos suus superior in fabricam vel alium evidentem ecclesiarum utilitatem, ex quibus hi fructus percipiuntur, convertat: nec non & hujusmodi publicum concubinarium, ut primum talem esse innoverit, non suus superior manere tenetur, sic infra brevissimum tempus concubinam dimittat. Quam si non dimiserit, vel dimissam aut aliam publice retinuerit, jubet hæc sancta synodus ut ipsum sub omnibus beneficiis omnino privet, Et nihilo minus hi publici concubinarii, utqueque cum eis per suos superiores poli ipsarum concubinarum dimissionem, manifestamque vitæ emendationem, fuerit dispensatum, ad susceptionem quorumcumque honorum, dignitatum, beneficiorum vel officiorum sint inhabiles. Qui si post dispensationem recidiva vomitus ad hujusmodi publicum concubinatum redierint, sine ipso alicujus dispensationis ad prædicta prorsus inhabiles. Quod si hi, ad quos talium correctio pertinet, eos (ut prædictum est) pœnitere neglexerint, eorum superiores tam in ipsos de negligentia, quam in illos pro concubinatu, mixtis omnibus digna pœnitione animadvertant. In concilio etiam provinciali & synodalibus adversus tales pœnitere negligentes, vel de hoc crimine diffamatos, etiam per suspensionem a collatione beneficiorum vel alia condigna pœna severiter procedatur. Et si hi, quorum destitutio ad summum pontificem spectat, per concilia provinciali a ut suos superiores proprios publicum concubinarum reparatione privatione digni, statim cum procesta inquisitionis ipsi summo pontifici deferantur. Eadem diligentia & inquisitio in quibuscumque capitulis generalibus & provincialibus quoad fieri poterit, pœnis alia contra prædicta & alios non publicos concubinarios flagitia in hac re hoc bene memorata. Publici autem intelligendi sunt non solum hi quorum concubinatus per sententiam aut confessionem in jure factam, seu per rei evidentiam, quæ nulla poslit ligitatione celari, notorius est, sed qui multiorum de incontinentia suspectam & intemptam tuam, & per suum superiorem admonitus ipsam cum effectu non dimittit. Quia vero in quibusdam regionibus nonnulli jurisdictionem ecclesiasticam habentes, pretantibus quasdam a concubinariis percipere non erubescunt, patiendo eos in tali fœditate fortalecere; sub pœna maledictionis æternæ præcipit, ne delinquis sub pacto, compositione, aut pro aliquot quantitate, talia quovis modo tolerent aut dissimulent; aliaquin ultra præmissam negligentiæ pœnam, duplum illud quod propterea acceperint, restituere ad

A pios nisi omnino tenentur & compellantur. Ipsas autem concubinas, ac mulieres suspectas, prælati modis omnibus curent a fois fubdita eis tam per brachii secularis auxilium, si opus fuerit, penitus arcere: qui etiam ex tali concubinata procreatos filios apud patres fuos cohabitare non permittant. Jubet insuper hæc sancta synodus, ut etiam in prædictis synodis de rigoribus hæc conflitutio publicetur, & quilibet fuos fubditos ad ipsarum concubinarum dimissionem monent diligenter. Injungat præterea omnibus sacerdotibus vivis, etiamsi regali præfulgent dignitate, ne alium quolcumque inferant impedimentum, quocumque quæsito colore, prælatis qui ratione fui officii adverfus fuos fubditos pro hujusmodi concubinatu procedunt. Et cum omne fornicationis crimen lege divina prohibitum sit, & sub peccati mortalis pœna interdictio evitandum, monet omnes laicos tam nuptiarum quam solutos, ut similiter a concubinatu abstineant. Nimis enim reprehensibilis est qui uxorem habet, & ad alienam mulierem accedit: *quæ vero solutus est, si contingere nolit*, juxta apostoli conflitum, *uxorem ducat*. Pro hujus autem divini observatione præcepti, hi, ad quos pertinet, tam salutaribus monitis quam aliis canonicis remediis omni studio laborent.

II.

*De excommunicatis non vitandis cum modo non vocatis.*

Ad vitandum scandala & multa pericula, subveniendumque conscientiis timoratis, statuit etiam quod nemo deinceps a communione alicujus in sacramentorum administratione vel recepitione, aut alias quibuscumque divina, vel ecclesiastica, præterquam cujuscumque sententiæ aut censuræ ecclesiasticæ, seu suspensionis, aut prohibitionis, ab homine vel a jure generaliter promulgatæ, teneatur abstinere, vel aliquem vitare, aut interdictum ecclesiasticum observare, nisi a sententia, prohibitione, suspensione, vel censura hujusmodi, fuerit in vel contra personam, collegium, universitatem, ecclesiam aut locum certum aut certum, a judice publicata vel denuntiata specialiter aut expresse: aut si aliquem ita notorie excommunicationis sententiam conflrexit incidisse, quod nulla poslit tergiversatione celari, aut aliquo modo justa suffragio excusari. Nam a communione illius abstinent vult justa canonicas sanctiones. Per hoc tamen hujusmodi excommunicationis sententiæ, interdictos, seu prohibitos, non intendit in aliquo relevare, nec eis quomodolibet suffragari.

III.

*De interdictis non levitter concedis.*

Quoniam ex indiscreta interdictorum promulgatione multa contingunt scandala & pericula, statuit hæc sancta synodus, quod nulla civitas, oppidum, castrum, villa, aut locus, ecclesiasticus sapponi poslint interdicto, nisi ex causa, seu culpa ipsorum locorum aut dominii seu rectorum vel officialium. Propter culpam autem, seu causam alterius cujuscumque privatæ personæ, hujusmodi loca interdici nequaquam poslint auctoritate quacumque ordinaria vel delegata, nisi talis persona prius fuerit excommunicata ac denuntiata, per ea ecclesia publicata



ANNO CHRISTI 1435. dominii seu rectores vel officiales ipsorum locorum. auctoritate judicis requisiti hujusmodi personam excommunicatam intra hoc non fuit cum effectu non ejecerint, aut ad satisfactionem compulerint: qua etiam poll biduum ejecta, recedere vel satisfacere, mox divina refumi poliint. Quod etiam in pendentibus locum habeat.

IV.

*Contra frivole appellantes.*

Ut lites civiles terminentur, super eodem gravamine, aut super eadem interlocutoria vim diffinitivæ non habente, nullatenus liceat ex eodem appellare. Quodque ante diffinitivam frivole vel injuste appellans, ultra condemnationem expensarum, damnorum, & interesse, in quindecim floreoin auri de camera parti appellatæ per appellationis judicem condemnetur.

Datum in lessione publica ipsius sanctæ synodi, in ecclesia majori Basileensi solemniter celebrata, undecimo Kalendas Februarii, anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimoquinto.

V.

*Regnifolio.*

Lectis & pronuntiatis suprascriptis decretis de mandato facri concilii per reverendum patrem dominum episcopum Lodoriensem, instigante nationis Gallicanæ, ipse reverendus pater dominus Lodoriensis episcopus requisivit, omnes dominos archiepiscopos & episcopos in concilio de sessione prædicta præsentes, ut prædicta decreta, præterim de concubinariis, mittant ad ecclesias suas, & faciant diffemnitter publicari. Item quod archiepiscopi hic existentes mittant suffraganeis fuis abfentibus, quod similiter publicent, fiem prælati qui fere ex parte aliquipro regni latitient prælatis abfentibus. Item quod prælatores archiepiscoporum & episcoporum intiment illa fuis dominis.

SESSIO XXI.

I.

*De annatis.*

*Sacrosancta Basileensis generalis synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam.*

tionis loci per nos facta expediremus. Quae non attentius confiderantes, & intentionem hujus fanctae fynodi falsifacta effo judicantes, per talem expeditionem pecuniarum, attentis maximis impedimentis interea appofitis, (quoniam legitima impedimenta in omni conclufione rerum agendarum intelligunur excepta) tam de per hunc modum longe melius providebatur universali ecclefiae, quam dimittendo omnia quae praeta erant, per legationem mittendi in Graecim & intrando magnas difficultates electionis alterius loci in turbulentem rerum agendarum, maxime quoniam urgebamur convocationes noftras cum capitaneo dictae tritemium ecclefiae initas fervare, cui dilectus ecclefiae filius Juliano ftuli fanctae Sabinae presbyter cardinalis, legatus fedis apoftolicae, vexillum ecclefiae & bacinum peregrinorum in noftra congregatione generali nomine noftro tradiderat, cujusque jam grandis fumma pecuniae per Avinionenfes affignata erat, conclufimus ad ipfam decretationem eorumdem prius electorum videlicet Basileae, Avinionis, & Sabaudiae, procedendum fore, & duae partes hujus facti concilii & amplius in eamdem fententiam convenerunt, licet pauci de hoc non contrarii in loco pro celebrationem oecumenici concilii nominare & deputare praefumpferunt, abique hoc quod talis potteftas eis competere decretum fuiffet. Quibus nec competabat de ftatu totius concilii & universalis ecclefiae, fadtifque fidei feu pertinentibus ad ea, contra confenfum duarum partium concilii, & eorum petentes in generalibus conciliis a principio nafcentis ecclefiae obfervatum, difponere, qui tamen adhuc in nominando loca non concedes exiftentes, pauciffimique fuerunt, qui tamen in hoc conclufim dicuntur, quod nominationem facerent Utini & Floratiae, aut alteritus loci qui tutus effet, ac papae & Graecis accommodus, quique galeas & pecunias primo expediret. In aliquia quoque mediatione quaerunt deputationem, in qua octoginta perfonae erant, unus folus formam talis nominationis velari decretaffem propria voluntate produxiffe, folus deliberaffe & conclufiffe dicitur. Ita ejufque deputationibus valde pauci hoc idem egiffe dicuntur adverfus ordinationes hujus fanctae fynodi. Et demum, cum fidelorum noftrum fuper decretatione locorum Basileae, Avinionis, & Sabaudiae, celebraremus, legeretque noftrum decretum in ambone majoris ecclefiae Basileenfis juxta morem conforatum, unus ex illis pauciffimis in loco inferiori & infolito ambone fchedulam legere praefumpfit, a paucis vel nullis intellectam, quae nominationem locorum Utini & Floratiae aut alterius loci (ut praetinitur) per pauciffimos factam continere dicebatur, qui etiam in ex fynodum generalem contra confenfum duarum partium concilii & amplius fe (ut dicitur) appellare praefumpferunt. Ici nec nullitt & de facto. Sed non propterea diminuimus decreti noftri praefati publicationem fuper nominatione Basileae, Avinionis, & Sabaudiae, continuata, quod alias nominationem locorum iritram declaravit. Nam etfi ita permitteretur, ut longe minor pars in conciliis generalibus adverfus partem multo majorem aliquia decretaret, fibique auctoritatem totius concilii affumeret, ingreffus periculofiffimus ad multas divifiones excitandas in futurum, & deftructionem ipfiomet concilium praeberetur. Neque liceras fuper illo praetenio decreto, fic per nos irritio declarato, bulla hujus fanctae fynodi bullari tolerantur, licet quidam falfo & clandeftine aliquas bullaverint, ficut eas falfo bullatas fuiffe declaraviimus, per folemne decretum in vigefimafeptima feffione hujus fanctae fynodi promulgatum. Sed nec ipfius praetenti decreti tenorem obfervavit dominus Eugenius, immo effectum ejufdem (fi quis fuiffet) evacuavit, dum Florentinos, quos in illo (ut dicitur) nominata erat, & pecuniam per eamque galeas difponebat, per eum acceptatam rejecit, deinde Bononiam, ficut fertur, poftremo Ferrariam profibito fuae voluntatis ftuli, ac etiam, prout quam Graeci ad portum aliquem citramarinum applicuffent, concilibulum in ipfa civitate Ferrariensi erexit. Neque ad ipfum arbitrari fpe C fabat, quis locus tutus erat, omnia intelligi debere bona fide, fine fraude & dolo & abique impedimento legitimo & manifefto. Sed ultra hae etiam praetitus imperator altera oratorum mediatione, quorum de Ragofia in facra theologia magiftro, ordinis praedicatorum apud eum effidenti, diceratfe fe effe contentum, ut oratores ipfi & galeae ante menfem Octobris in Conftantinopolim non venirent. Plurimas vero praeftacas in Graecia factas accepimus per eos qui ex parte domini Eugenii tranfmiffi fuerunt, ut adventum ipfiomet Graecorum ad alterum locorum per non nominatorum, impediret, atque ipfos in locum, quem vellet dominus Eugenius, attrahereret. Ita ma etiamsi, in qua principalis oratorum fuorum parte erat, nunties quidam, quem noftri oratores praemiferant cum literis facti concilii & plurium principum Chriftianorum, caperet, ut veluti per debitum informationem congnovimus, nec deinceps de vita ejus quidquam nobis aut noftris oratoribus compertum extitit. Domini quoque praefati Joannis de Ragufio oratoris noftri in Conftantinopoli invafione balifteariorum fuit impetitio: aliquae ibidem facta funt, quae non eft necefficum recitare per Graecos, ut fic ad finem non pertingere poffent, quos miferant dominus Eugenius ita ut noftri oratores fine Graecis ipfis, proteftatione tamen folemni contra eofdem prius facta, redire neqeunt. Quae omnia praetitetur non potuerunt adverfus veritatem. Sic hac fancta fynodus cuncta cum Graecis concordata ex parte fua adimplevit, nec per ipfam remanfit, quo minus concilii oecumenici celebratio cum Graecis in loco etiam per eos nominato habaa fuerit, fexta ex quae cum ipfis conventa erant, a illi pauca fua fcrevifent, aut per alios non fuiffent impediti feu retracti. Intentaque & proponit eadem fancta fynodus, Deo adjuvante, ad fcrutinium & veritatem catholicae & universalis ecclefiae, quam ipfa reperiens, ac integritatem fidei orthodoxae jugiter illafae confervare, pro honore ipfius omnipotentis Dei & falute animarum: nec bono ipfius universalis ecclefiae convenfem exiftimat, per quaecumque praetitas aut exquifitos colores, etiam ipfo fpe abfque profequendi, modis aliunde excogitatis, alia praetitus, quorum eventus incertus fore, auctoritatem concilionum universalium concelari, veritates declaratas per ecclefiam, & fidem orthodoxam concertatas, poftmodum, viam aperiri Romanii pontificibus ad diffolvendia concilia generalia per varios modos fine ipforum confenfu, ex quo facile poteftatem dantur ad aedificationem in deftructionem verti contingeret, reformationemque ecclefiafticf ftatus, pro quo jam tot funt adhibiti labores, frustrari, atque ipfius ecclefiae ftabilitatem & decorem

SESSIO XXXII.

hoc modo deperire in perditionem animarum & A totius populi Christiani lamentabile detrimentum. Sic enim pontifices & illa bona maxima eximere perdere, & illa alia non acquirere, atque lic totam ecclesiam in confusione relinquere. Primum quidem nobis incumbit, ecclesiam fidem, veritatem & auctoritatem conservare, & deinceps cunctos ad ejus unitatem redire volentes sincera caritate amplecti, prout & nos semper parati sumus & erimus. Cum itaque ecclesia ex pontifice unitatis, quæ dominus Eugenius adversus hanc sanctam synodum, in ipsius præsentia dissolutione & translatione in Ferrariam, notorie conflet, ipsumque conventicum Ferrariense non fore concilium, sed ichismaticorum conventiculum, dudum prefato decreto vigesimonono sessionis hujus sanctæ synodi declaratorium, & definitam poenam sententiosis ab administratione papali in spiritualibus & temporalibus jamdudum contra Romanum pontificem, concilium universale fine ipsius consilia dissolvere aut transferre attentantem, obdinatam, in ipsum dominum Eugenium tulerit, & latam esse declaraverit hæc sancta synodus, ac etiam quotcumque sententias, poenas & censuras, excommunicationis, privationis, inhabilitationis, interdicti, & alias contra hujus sanctæ synodi supposita & eidem adhærentes, per ipsum dominum Eugenium latas & ferendas, cassas & nullas fuisse & esse declaraverimus, non necesse arbitramur ea denuo ad ea cassandum & irritandum procedamus, quoscumque per ipsum dominum Eugenium aut prætextum Ferrariensis conventiculum facta, tunc adversus eamdem synodum, quoscumque ejus suppositas, & quodcumque ejus adhærentes, etiam ante ipsum dominum Eugenii suspensionem ab administratione papali, & quæ durante ipsius suspensione aut præfato conventiculo, facta sunt, fuit, aut fuere in futurum, in quibuscumque per ipsum violentiam dominum Eugenium ratione papatus, aut ipsum conventiculum sub generalis aut œcumenici concilii nomine, qui etiam vidualia suppositis hujus sanctæ synodi adscriptis, & ipsorum ex ipsis lari, eorumque spolis primo capientium occupanti cedere * mandavit: quæ quam gravia fuit adversus universalem ecclesiam, & quanta repetendæque digni fint qui talia gesserunt, omnibus conspicere possunt. Nos quoque omnibus & singulis manifestantes veritatem, declaramus omnia prædicta per ipsum dominum Eugenium, a ipsis conventiculum facta & facienda, & etiam contra dilectos ecclesiæ filios fines Basileenses & eorum civitatem, nulla penitus, cassa & irrita fuisse & esse, nec aliquem ipsum dominum Eugenii præfatique conventiculi præceptis, mandatis aut prohibitionibus, etiam prætextu cujuslibet juramenti aut obligationis, in quibuslibet præceptis contra eosdem, immo potius ad non obediendum illis omnes & singulos catholicos ex præcepto domini & ecclesiæ ipsorum ejus quam ab omnibus audiri jubet, esse adstrictos. Requirimusque & monemus universos Christi fideles, ut ecclesiæ catholicæ (quæ a directore dirigitur sapientissimo & infallibili) per hanc sanctam synodum repræsentatæ firmiter adhærentes, ejus in finem, nec ullis tentationibus per voluntatem cujuscumque suscitatis aut suscitandis, ab ipsius ecclesiæ firmitate & veritate fuos animos diminuant, cum ipse in sugemo salvatoris nostri antilite, qui ad ecclesiam suam dixit: *Ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi*; manea-



ANNO CHRISTI 1438.

tesque perseverantes in ipsa ecclesiæ domo, quæ ut ait beatus Hieronymus, declarata fuerit sitque veritatem, dicitur ædificari supra firmam petram, quæ unica columba appellatur, quæ ipsorum pulcra fine ruga & macula, quæ domus etiam claves accepit, & potestatem ligandi & solvendi. Hanc domus si quis corrigendam corripientemque contempserit, *sit tibi* (inquit) *sicut Ethnicus & Publicanus*, soliditatemque hoc dumpet tenacem, & memoraque etiam dictum illud beati Cypriani: Alienus est, profanus est, hostis est, habere non potest Deum patrem, qui universalis ecclesiæ non tenet unitatem.

Insuper quoniam in supradicto decreto vigesimonono nostræ sessionis, pœnas & censuras justissimas promulgavit hæc sancta synodus adversus omnes qui ad prefatum conventiculum Ferrariense accederent, aut mitterent; præcepitque sub eidem pœnis & censuris omnibus & singulis in curia, quam dominus Eugenius quantum hæc, aut etiam actu de facto tenet, existentibus, ut si conventiculum Ferrariense per eum erigi contingeret, ab ejus curia recedere, & deinceps declarata suspensione ipsius ab administratione papali, eriam sub pœnis & censuris in decreto nostræ vigesimononæ sessionis contentis, mandavimus, ut infra quadringinta dierum spatium ab eadem curia recedant: Ideo omnes & singulos in conventiculo Ferrariensi aut præsenta ipsius domini Eugenii curia existentes, & in prædictis nostris decretis comprehensos, qui eorumdem decretorum monitionibus non paruerunt, citat hæc sancta synodus, ut trigesimo die a data prefentis decreti computando, in nulla general congregatione (tunc eam celebrare contigerit) aliquam in proxima subsequente, comparent coram eadem sancta synodo, visuri & declarari in pœnas prædictas incidisse, aut justas exsiisse, si quas habeant, allegaturi: quem terminum ipsis peremptorie & una vice pro omnibus hæc sancta synodus dixit assignandum, & assignat, decernens ulterius contra eos procedendum fuisse & declarandum, prout juris & rationis fuerit, quorum omnium nomina & cognomina haberi vult per sufficientes expessis. Inluper cum in ipsa domo hujus sanctæ synodi fuerint excommunicationis, anathematizationis & interdicti decretæ fuerint adversus omnes & singulos, qui quæcumque personas ecclesiasticas vel laicas, gratia & odio, aut alium non venientes, seu in ea stantes, aut ab eodem recedentes; temeritate propria per se vel alium seu alios arrestare, invadere, capere, detinere, spoliare, vulnerare, mutilare, occidere, vel bonis eis spoliare, vel injuriis affligere, seu ipsos sic delinquentes receptare, aut alias quomodolibet impedire, seu de receptatoribus, fida & consulta, seu facta gratia habere, vel eis dare consilium, auxilium vel favorem, publice vel occulte, directe vel indirecte præsumpserint vel præsumunt in futurum: quæ poenæ dictæ decretorum conventiculi Constantiensis adversus prædictos fuerunt ordinatæ, ultra eadem poenas & censuras, quas omnes & singulos qui mandato prædicti domini Eugenii, vel prefati conventiculi Ferrariensis, quidquam prædictorum fecerint aut facient in futurum, expressis incurrisse, & incurrisse esse decernimus & declaramus. Etiam contra eosdem omnium contra fautores schismatis, ad graviora procedendum fore decernit hæc sancta synodus, omnibus aliis decretis & ordinationibus quibuscumque sanctæ synodi in suo robore duraturis. Decerniturque hæc sancta synodus omnes & singulos supradictos per publicationem præsentis decreti in valvis majoris ecclesiæ Basileensis affigendi, perinde artitati ac ardatos intelligi, ac si dictæ citationis, ordinationis & declarationis executio ad eorum proprias personas facta fuisset.

Datum in sessione nostra publica, in majori ecclesia Basileensi solemniter celebrata, nono Kalendas Aprilis, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimo octavo.

SESSO XXXIII.

*De veritate fidei catholicæ per tres veritates.*

*Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam.*

ANNO CHRISTI 1439.

SICUT una est Christi ecclesia, *quæ* (ut ait apostolus) *est columna & firmamentum veritatis*, sic omnia ecclesiæ membra nititantem semper observare necesse est in professione catholicæ veritatis, atque fideliter & firmiter credere, quidquid per ipsam ecclesiam de veritate fidei fuerit declaratum, ut non fiant parvuli fluctuantes circumferantur omni vento doctrinæ, aut per repugnantiam dogmatum varietatem in diversiones & schismata evolutantur. Dudum autem in facra generali Constantiensi synodo convenientes catholica ecclesia veritatem de ipsum concilionum auctoritate solemniter declaravit. Deinde in sacra Basileensi synodo, hodie nodo eamdem necessariam declarationem fub eodem qui feqluitur tenore innovavit. Primo, quod generalis synodus in Spiritu sancto legitime congregata, generale concilium faciens, ecclesiam catholicam militantem repræsentans, potestatem a Christo immediate habet, cui quilibet, cujuscumque status vel dignitatis, etiamsi papalis exsiliat, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem, ad extirpationem schismatis, & ad generalem reformationem ecclesiæ in capite & in membris. Item declarat, quod quicumque, cujuscumque dignitatis, etiamsi papalis exsiliat, qui mandatis, statutis sive ordinationibus aut præceptis hujus sanctæ synodi, & cujuscumque alterius concilii generalis legitime congregati, super præmissis feu ad ea pertinentibus vel pertinentia, obedire contemnerit contempserit, nisi resipuerit, condigne poenitentiæ subjiciatur, & debite punietur, etiam ad alia juris subsidia (si opus fuerit) recurrendo. Cumque (licet præfertur) quilibet, cujuscumque dignitatis, etiamsi papalis exsiliat, concilio generali in * præmissis obedire teneatur; declaratum etiam fuit frequenter ac dilucide, quod ipsum generale concilium pro præmissis eaque concernentibus, aut ipso præmissorum actu congregatum, fine ipsius consensu per nullum quemvis auctoritate, etiamsi papali dignitate prefulgeat, diffolvi, transferri, aut ad alind tempus prorogari potest. Ex hiec hæc esse veritates fidei catholicæ fatis constet ex pluribus declarationibus præcedentibus, tam in præfato Constantiensi concilio quam in hoc Basileensi factis, ad mosjorem tamen soliditatem & firmitatem omnium catholicorum in unanimi profitendam obsequium, & ad extirpationem schismatis, & reformationem generalem ecclesiæ in capite & in membris. Item quod si quis, cujuscumque status vel dignitatis, etiamsi papalis exsiliat, qui mandatis, statutis, sive ordinationibus, aut præceptis ipsius concilii generalis in prædictis & pertinentibus ad ea contumaciter obedire contemptitis, nisi resipuerit, condigne punietur subjiciatur, & R 2 de-

Constantiensis synodi sess. 5. & 10. sub Martino. Basil. 2.

Matth. 28.

Matth. 18.

Concil. general. Tom. XVII.

SESSIO XXXIV. debite puniatur, etiam ad alia juris subsidia (i. opus fuerit) recurrendo. Qua siquidem declaratione viam paravit mitiorem dominus, per quam ecclesia Dei in præfatum Eugenium multiplices excessus, qui adeo notorii sunt, quod nulla ratiocinatione colere possunt; pertaniem & contumaciter ecclesiam audire, ac præceptis, statutis & ordinationibus synodalibus obedire contemnentem, justum judicium ferre habetur, juxta regulas veritatis declaratas dispositionem, hæc sancta synodus Basileensis in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, necessitatem esse judicans, ut cui pia non prodesset correctio, debita non parcat absciss: postquam in multa longanimitate, patientia & mansuetudine poli plures admonitiones expectavit eum, dem Eugenium, et salutaren emendationem & excessium prædictorum correctionem efficeret, tandem cum amplius differri non possit, quo minus catholica fides et salus universæ Christianæ religionis sub auxilio Spiritus paracleti provideatur, ne ex ulteriori protelatione justitiæ fanguis perentium animarum de nostra manibus requiratur, sed cum diligentia salubre regimen gregi dominico prebeatur, ut postquam veritas de terra militantis ecclesiæ oriatur, & justitia de cœlo prospiciat, Deus ipse donet benignitatem, & terra nostra proferat fructum salutarem, oriatur quasi nostris diebus justitia & abundantia pacis; eadem sancta synodus pro tribunali sedens, per hanc suam sententiam diffinitivam, quam fert in his scriptis, pronuntiat, decernit & declarat, Gabrielem prius nominatum Eugenium papam VIV. hinc de cetero notorium & manifestum contumacem, mandatis seu præceptis ecclesiæ universalis inobedientem, & in aperta rebellione perstitentem, violatorem & diffidum atque contemptorem sacrorum canonum synodalium, pacis & unitatis ecclesiæ Dei perturbatorem notorium, universalis ecclesiæ scandalizatorem incorrigibilem, & pertinaci, incorrigibilem, schismaticum, & fide devium, pertinacem hæreticum, dilapidatorem jurium & bonorum ecclesiæ, inutilem ac damnosum ad administrationem Dei manni pontificii, omni vitio, gradu, honore & dignitate fe reddidisse indignum. Quem propterea eadem sancta synodus a papatu & Romano pontificio ipso jure privatum esse declarat & pronuntiat, ac ipsum ab eisdem amovet, deponit, privat & abjicit, decernendo nihilo minus contra eumdem, ad executionem etiam aliarum pœnarum & aliquas hæc eadem sancta synodus hac eadem sua sententia ipsum condemnat, ultersus fore procedendum. Ac eidem inhibet, ne decretione pro papa vel Romano pontifice se quovis modo nominet seu gerat. Omnesque Christicolas ab ipsius obedientia, fidelitate ac juramenti & obligationibus eidem quomodolibet præstitis, absolvit & absolutos esse declarat, ac omnibus & singulis Christi fidelibus inhibet, sub pœnis sautorie schismatis & hæresis ac privationis omnium beneficiorum, dignitatum, & honorum ecclesiasticorum & mundanorum, & aliis pœnis juris, etiamsi imperialis, regalis, cardinalatus, patriarchalis, archiepiscopalis, aut episcopalis dignitatis, aut etiamsi communitates, universitates, & collegia existant, qui si contra hanc inhibitionem fecerint, eos auctoritate hujus decreti ac sententiæ ipso facto privati; & alias juris incurrant pœnas, ne eidem Gabrieli notorio schismatico, perjuro, hæretico, scandalizatori, incorrigibili, pertinaci, privato, deposito, amoto, & taliter declarato, tamquam summo Pontifici obediant, parent, vel intendant; aut eum quovis modo fuliteneant vel recipient, aut sibi auxilium, consilium vel favorem præstent. Nec non pontifices, decernit, & declarat eadem sancta synodus, omnes & singulos processus, inhibitiones, sententias, censuras, constitutiones, ordinationes, & alia quæcumque per eum aut alios quoscumque factos & facta, quæ possent præmissis obviare, irritos, & nulla, ac irrita & inanis, nullisque fuisse aut fore roboris vel momenti.

Datum in sessione nostra publica, in majori ecclesia Basileensi solemniter celebrata, septimo Kalendas Julii, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimo nono.

## SESSIO XXXV.

### *De stabilitate concilii Basileensis.*

*Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.*

DIligentibus Deum nihil in hoc sæculo tam grave videri debet, quam quod ab oppribus castitatis in ejus gloriam & animarum salutem contractum est, ecclesiam terrarum, cum de beatus Paulus Apostolus dixerit: *Neque mors, neque vita, poterit nos separare a caritate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro*. Idcirco hæc sancta synodus in nomine ipsius Christi Salvatoris congregata, non obstantibus quibuscumque impedimentis, opera sancta reformationis ecclesiæ sancte Dei & salutis universitatum, quantum concesserit divina pietas, & constanter & perseveranter prosequi deliberans; atque ipsa semoto per justitiæ rectitudinem propinquo obstaculo, quod per illum de Romano fam administrationem Romani Pontificis maximo oberat unitati, paci & debitæ gubernationi ipius ecclesiæ, pacem cunctorum, quantum fieri potest, perquirere cupiens; cum in decreto undecimæ sessionis ejusdem sanctæ synodi statutum fuerit, quod hoc præsens Basileense concilium non possit diffolvi, nisi consensu & participatio duabus partibus ejusdem concilii fervatis votis singulorum, primo in fugitis deportationibus, & deinde in congregatione generali, ac demum in sessione publica decretione subfecuta; & deinceps super modo ponendi materiam diffolutionis concilii, in deliberatione per deputatos duodecim fuerit certa conclusio recepta, pridie Idus Decembris, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimo octavo, statuit, decernit, & declarat, quod per recessum cujuscumque, aut quorumcumque, cujuscumque status, aut dignitatis, ab hac civitate Basileensi, etiamsi cardinalatus, patriarchalis, aut pontificalis existant, non fit, neque esse fuerit concilium diffolutum, nisi juxta formam & modum prædictorum decreti & conclusionis processus fuerit. Et quoniam hæc sodalitate stabilis permanentiæ concilii debite observata, nec-cessarium quæ



quæ in manibus funt, poterant maturius & ordinatius tractari, & præcipue circa electionem futuri summi Pontificis, cum majorem attentionem requirit; ut non intendit hæc sancta synodus ante terminum iexsigna dierum in decreto leptimis fectionis ejusdem furer ipsa electione in hoc concilio fienda præfixum, compurandorum a die depositionis Gabrielis, olim dicti Eugenii Papæ quarti, quæ fuit septimo Kalendas Julii, ad electionem pro futuro procedere. Effluxo autem hujusmodi termino, decernit ad eamdem electionem in sacro concilio fore procedendum modis & formis per ipsum concilium declaratis. Ut autem sub virtutibus & idonea pastore, quem a Domino dari speramus, fiat omnium Christianorum unio & abundantia pacis, volens hæc sancta synodus cum tanti affectus cuiflos, quantum in fe est, invitare ad pacem, omnes & singulos sequentes caritatem prætentam præfati Gabrielis, olim dicti Eugenii Papæ, ac in ipsum, nomineque ejusdem, cujuscumque status, gradus, aut conditionis, etiamsi cardinalatus, patriarchalis, episcopalis fuerint, qui ipsum Gabrielis, olim Eugenii, obedientiam & adhæsionem in totum dimiserint, huic sacro concilio realiter & cum effectu, infra terminum hujusmodi fexagina dierum, a tempore præfixi compurandorum, adhæserint, atque de his coram eodem concilio per fe vel alios legitime docuerint, infra terminum predictum, intendit benigne amplecti & recipere, ac omnem statui & indemnitati convenienter providere.

Datum Basileæ in sessione nostra publica, in ecclesia majori Basileensi solemniter celebrata, festo Idus Julii, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimo nono, Apostolica sede vacante.

## SESSIO XXXVI.

### *De Conceptione gloriosissimæ Virginis Mariæ.*

*Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.*

SESSIO XXXVI. Exod. 34.

ELucidantibus gratiæ mysteriis mercedem gloriosam repromisit æterna Dei Patris Sapientia, dum ait: *Qui elucidant me, vitam æternam habebunt*. Quod etiam de gloriosa Virgine, quæ Patris Sapientiam Dei Filium æternum in utero pertulit, ac mundo peperit, facrosancta legit ecclesia. Nam quidquid de dignitate & fublimitate Virginis matris educitur in lucem, hoc non dubium est ad laudem & honorem Filii fui pertinere. Et qui honorificant genitam & fanctitatem Matris honorificant eidem gloriosissimo nomen Filii ejus, qui ipsam sanctificavit & replevit gratia. Unde fi in ceteris rebus elucidatio veritatis, quæ a Domino Deo Deiff., prædicta merita patuerit; in ea re specialiter fructus ubertimos afferre speranda est, quæ fanctificationem & dedicationem templi illius concernit, in quo antefe fæculis, antequam tens fieret, & ab æterno sibi manfionem ordinavit prima & æterna Veritas. Id quoque maxime congruit, ut pax inter hæreticos quæstionibus concernentibus fanctitatem illius, per quam pax diffusa est in terris. Hæc tenus vero difficilis quæstio in diversis partibus & coram hac fancta fynodo super con-

A ceptione ipius gloriosæ virginis Mariæ matris Dei & eratodro fanctificationis ejus facta est: quibusdam dicentibus ipsam virginem & ejus animam per aliquod tempus aut instans temporis subjacuisse actualiter originali culpæ; aliis autem e converso dicentibus, a principio creationis fue Deum ipsam diligendo gratiam eidem con ubile, per quam a macula originali illam beatissimam perfonam liberans & præservans, fublimiori fanctificationis genere redemit, cum fundatet eam Altissimus ipse, & ipsam fabricaret Filius Dei Patris, ut esset mater ejus in terris. Nos vero diligenter inspectis auctoritatibus & rationibus, quæ jam a pluribus annis in publicis relationibus ex parte utriusque doctrinæ coram hac fancta fynodo allegatæ funt, alisique etiam plurimis super hac re visis, & maxima considerationis pensatis, doctrinam Islam differentem gloriosam virginem Dei genitricem Mariam, porexenente & operante divina numinis gratia fuisse, numquam affectutiæ subjacuisse originali peccato; fed immunem semper fuisse ab omni originali & actuali culpa, fanctamque & immaculatam; tamquam piam & confonam cultui ecclesiastico, & fidei catholicæ, rectæ rationi, & facræ scripturæ, ab omnibus catholicis approbandam fore, tenendam & amplectendam, diffinimus & declaramus, nullique de cetero licitum esse in contrarium prædicare feu docere. Renovantes preterea institutionem de celebranda fanctis ejus Conceptione, quæ tam per Romanos quam per alias ecclesias festo Idus Decembris antiqua & laudabili consuetudine celebratur, statuimus & ordinamus eamdem festivitatem celebrari die in omnibus ecclesiis, monasteriis, & conventibus Christianæ religionis, sub nomine Conceptionis B Divæ Deiparæ cum octava, & cum officiis fidelibus vere pœnitentibus & confessis, & die Missarum solemnis centum, primis autem vel secundis vesperis totidem, sermoni vero verbi divini de ea fieri interesse fidelibus centum quinquagintta dies, concessione perpetua temporibus duratura, & injunctis ibi pœnitentiis hæc fancta fynodus eligitur.

D Datum Basileæ in sessione nostra publica, in majori ecclesia Basileensi solemniter celebrata, decimoquinto Kalendas Octobris, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimo nono.

## SESSIO XXXVII.

### I.

### *Revocatio protestationum, conventionum, juramentorum, obviantium electioni Papæ fieudæ.*

*Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans ad perpetuam rei memoriam.*

QUoniam in opere necessario, quod favet non solum quærere gratia agentibus humus, in eligendo summum Pontificem, & providendo saluti ecclesiæ, in gloriam omnipotentis Dei, non solum quærere oportet quod ipsum operis conformationem promovet, verum etiam impedimenta tollere, quæ felici progressui rerum agendarum adversari, aut obstare possunt,

vel quomodolibet contraire : ut patius, sinc-
rius, & liberius ipsa electio summi Pontificis fiat,
omnes & singulas protestationes, quæ possunt
puritati, sinceritati & libertati & efficacitati
ejusdem electionis & eligendi per sacrum con-
cilium summo Pontifici obedientiæ plenariæ ob-
viare ; occasiones conventionum, pactiones, pro-
missiones, obligationes, juramenta, condi-
cta, intelligentias, & intendimenta, ubicunque,
qualiscunque, & per quoscunque, cu-
juscunque status, gradus, conditionis, &
præeminentiæ, etiamsi imperiali, regali, car-
dinalatus, archiepiscopali, ducali, aut alia
quacunque ecclesiastica vel mundana præfulgen-
ti dignitate, in adversum hujus electionis
factas & facta, fiendas & fienda, ex abun-
danti damnat, reprobat, & annullat, prout
etiam de ipsis nulla omnino vobis ob vel mo-
menti existitit : mandans sub obtestatione ma-
vini judicii, & sub excommunicationis pœna,
quam in contrarium facientes ipso facto incur-
rant, & præcipiens, ne quis talia facientes, vel
jam facta uti, aut eadem observare quovis modo
præsumat. Omnesque & singulos ab hujus-
modi promissionibus & obligationibus quibus-
cunque, etiam juramento vallatis, eadem sancti-
ta Synodus ad cautelam & ex abundanti absol-
vit & relaxat, & prout hæc de facto procedes-
runt, & abolentes & abolendas esse declarat.

Datum Basileæ in Sessione nostra publica, in
majori ecclesia Basileensi solemniter celebrata, C
nono Kalendas a Decembris, anno a Nativi-
tate Domini millesimo quadringentesimo trigesi-
mo nono.

II.

*Actuad decretum ejusdem sessionis de modo eligendi summum Pontificem, & numero.*

*Sacrosancta Basileensis generalis Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad futurum rei memoriam.*

Isai. 51. *Consolabitur Dominus Sion, & consolabitur omnes ruinas ejus, ait Elias Propheta, & ponet deserum ejus quasi delitias, & solitudinem ejus, quasi hortum Domini. Gaudium & lætitia invenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis : quod jam, aspirante singulari gratia Spiritus Paraclyti, in ecclesia conspicere peramus, & videre pastorem bonum constituendum a Domino super familiam suam, qui sapienti & fideli regimine relevet ipsam ecclesiam a languoribus suis, quos ex inutili & damnosa administratione hactenus perpessa est. Et licet diversis temporibus diversi modi super electione Romanorum Pontificum observati sint, prout necessitas & utilitas ecclesiæ expolcebat ; nunc tamen cura rei hujus sub directione omnipotentis Dei B incumbit huic sacrosanctæ Synodo congregatæ pro reformatione ecclesiæ & salute omnium fidelium in nomine Christi Salvatoris, qui ait : Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum. Et jam post editionem Tabularum decretorum de sacrorum canonum, atque justam deprecationem illius, qui ipsos canones & decreta ipsorum ab eversionibus, & reformationi & restitutioni divinæ scripturæ sibi salutiferæ vehementer abhorrentes, superest virum talem quærere a Domino, & cum benigniorem gratiam eligere, per quem de-*

*ficerata cuncti gentibus ipsa reformatio atque salutaris gubernatio ecclesiæ Dei in salutarem reducatur effectum. Nam & singulariter tunc ipso pastori incumbet bene regendi necessitas, dum necessaria omnium sui prædecessoris ob ejus dannosum regimen ejecti ante oculos positum habebit. Dudum quoque in quarta Sessione hujus sanctæ Synodi, celebrata duodecimo Kalendas Julii, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimo secundo, statutum fuit de decretis Summorum Pontificum, fi fedem Apostolicam hoc sedente concilio vacare contingeret, in hunc modum : Hæc sancta Synodus decernit, statuit, atque diffinit, quod in eventum vacationis sedis Apostolicæ, cæ, hoc sacro generali concilio durante, electio summi Pontificis in loco illius fieri concilii fiat, & interdicit ne aliqui celebrentur. In contrarium decretis, diversis authoritate, etiamsi papali, non obstantibus quibuscumque constitutionibus editis vel edendis, aut aliis in contrarium facientibus, si de ipsis de verbo ad verbum esset facienda mentio specialis, aut juramento firmatis, fitantis : quibus ex certa scientia derogat, & decretum nulla & irrita esse & nullius roboris vel momenti ipso jure. Contrarium vero attentantes sint tam active quam passive, quoad electionem Romani Pontificis & ad omnia ecclesiastica dignitates inhabiles, & omnibus habitis dignitatibus perpetuo privati, & infamiæ notam & etiam excommunicationis sententiam incurrant ipso facto. Quod si fortitam aliquo de facto præsentia electio præfumeretur, tam electores, quam illi adhærentes & eum pro tali gerentes, & fapedictos pertinaciter inhærentes, & abolitionem vero omnium & singulorum qui premissas sententias aut aliquam earum incurrerint quoquo modo, dicta sancta Synodus tantumodo, prætentabitur in mente articulo, sibi reservat : decernens præfatos decretum ligare, afficere, vim & effectum habere & fortiri, post quadraginta dies huiusmodi primo vinc fectorum & die publicationis ejusdem.*

Deinceps autem in nostro decreto septimo sessionis ordinatum fuit, quod in eventum prædictum vacationis sedis Apostolicæ, hoc sacro generali concilio, ante fexaginta dies a tempore ipsius vacationis continue computandos, ad electionem Romani Pontificis minime procederetur : quem terminum fexaginta dierum postquam vacavit ipsa sedes per depositionem Gabrielis, olim Eugenii Papæ IV. hæc sancta Synodus duxit explicandum. Deneuiente, efflaxo illo termino, electionem Romani pontificis in hoc sacro concilio esse fiendam, modus & formis per ipsum concilium declarandis, prout in decreto nostro trigesimoquinto fecimus plenius continetur. Cum autem jam per ejusdem temini lapsum adhuc per plures dies ad electionem præfatam procedere difficultatem, ecclesiæque acerrimos dolores pastoris, dum pastoralem sedis apostolicæ diuturna vacatio, & differtur novi pastoris electio, ipse quoque, qui jufficime depositus est, varias ambiendo ecclesiam conturbare contatur, & apostolicæ sedis primatum nefanda præsumptione tenere de occupare, in grave scandalum ecclesiæ & magnum periculum fidei & religionis Christianæ ; C qui pertinaciam suam in dies magis ac magis hominibus manifestando mense Septembris proximæ preteriti horzendam inveterata adversus*



ANNO CHRISTI 1438. veritates fidei, in hac sanctam Synodum, A quique factores & defensores promulgavit, non correctionem seu emendationem proferens, sed omnem incorrigibilitatem & pertinaciam offendens, atque propriis facilis tuti mundo manifestans ; necesse est ecclesiæ catholicæ de prudenti & fideli pastore providere, qui cum a perfecutionibus tam reproba hominis defendat, fidemque conservet, ac jufitiam & veritatem tueatur, ecclesiam Christi fangine redemptam, quas præfatus Gabriel seducere nititur, dirigat in viam salutis. Nam, licut res ipsa indicat, plura & majora scandala in dies eveniunt, nisi per auxilium gratiæ Dei de remedio provideretur opportuno. Ad quod quærendum, ipse idoneus pastor providendum, necessitas fidei maximæ nos impellit. Volens itaque tandem hæc sanctæ Synodis post maturam & longam expectationem evolvere dubitum decretum, ne ex defuncti atque necessitati ipsius ecclesiæ (ut tenetur) providere, ad laudem & gloriam beatissimæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, statuit, decernit & declarat, electionem Romani pontificis fiendam & celebrandam esse pro hac vice per hoc sacrum concilium Basileense ipso ejus authoritate, modis & formis infra scriptis.

Et primo, quod una cum diffeclissimo ecclesiæ filio Ludovico tituli Sancti Cecilie sanctæ Romanæ ecclesiæ presbytero cardinali, Arelatensi vel vulgariter nuncupato, præsente & præsidente sacro concilio, & alias ipsius sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, B qui ante confirmamam electionem futuri summi pontificis adveneriunt, & adhærentes huic sacro concilio, eidem electioni fiendæ, & celebrandæ ad alterius electionem procedant, prisiquam exeant conclave, si præfatus electus in hac civitate fuerit. Si fuerit extra civitatem, eo casu infra triduum post positum tabellis ad ipsum electum, & per ipsum concilium in congregatione generali declaratum, de recusatione per electum facta, iterum intent conclave, prout alterius electionis facienda omnibus modis & formis, fiat superius dictum est. Et si quis ipsorum electorum a tempore primi ingressus conclavis inantes recederet a concilio, vel decederet, aut impedimentum habere per quod non posset electioni interesse, vel etiam conclave intrare nollet, alius loco ejus fubrogetur de eadem natione per ipsos ad eligendum deputatos, aut per majorem partem ipsorum ; cui habebit communicare & jurare, prout præfati deputati ejusdem major pars ipsorum ordinaverit. Deinceps præfatus concilium & fingulorum prædictorum absque alia nova deputatione electorum, donec electio per eos faciendæ realiter per confensum electi fortiri facere effectum. Hanc autem formam & modum electionis approbat, ratuit, ordinat & decernit hæc sancta Synodus pro hac vice. Et ad omnem fcrupulum tollendum, omnes & singulos in eadem Synodo prælentes & ventonos, & qui ei adhærebunt, quantum ad hujusmodi electionis opus & totalem effectum, ab omnibus censuris excommunicationis (ſi quas fortitan incurrerint) & quibuscunque cenfuris a jure vel ab homine generaliter vel specialiter, etiam a concilio generalibus vel summis pontificibus, quomlibet ipsis abfolvit, ipsisque ad omnes ejusdem & eidem ejusdem agendos active & passive, quatenus opus eit, habilitat, & habiles esse declarat, volens etiam ut specialiter in omnibus ad eligendum depu-

Ubi conclave. Ex Authentica. Ea fini legitimo indicitur Comes : hinc illa ius ac conditiones, ut videmus.

Concilii Basileensis fit finis ac.

SESSIO XXXVII. deputatis aut deputandis (ut præmittitur) lo- A constitorio solemniter repetam: Datum ut supra.

IV.

*Decretum inhibitionis, ne bona electis et eligendis rapiantur.*

*Sacrosancta generalis synodus Basileensis, ad perpetuam rei memoriam.*

Cum ea quæ Iandabiliter pro reprimendo cursu malignantium ordinata sunt, nullatenus negligi decent, sed potius ad effectum deduci, laetum canonem, dudum in concilio Constantiensi editum adversus illos qui bona electorum, seu etiam eorum qui famabantur de novo electi in summos pontifices, rapere vel tenere, innovat hac sancta synodus sub hujusmodi tenore: Omnis aetas ab adolescentia sua prona est ad malum, ad id praecipue ad quod cupiditatis & avaritiae stimulis incitatur. Fiunt autem & factae sunt leges, ut earum metu humana refrenetur audacia, totaque fit inter populos universalis, & reformatur mortalis facinus. Cum itaque nonnunquam evenisse comperimus, quod electo Romano pontifice, nonnulli hujus praetexta praetensae cujusdam absolvis licentiae, res & bona sic electi, quasi omnino divitiarum adepto, falso praetendentes occupantes concedi, nedum illius sic electi, immo aliquando nonnullorum quos electbus esse mendaciter confingunt, domos, res & bona cardinalium, aut electorum Romani pontificis, & aliorum in loco conclavis existentium, etiam violenter invadunt, rapiunt, occupant & transportant, lucrifacta existimantes: ex quibus (si permitterentur) plura pericula, scandala, rapinae furta, & nonnunquam homicidia sequerentur. Nos igitur tam scelerum temeritatis & audaciae viam praecludere, & hujusmodi periculis & scandalis obviare volentes, praefatam damnatam scelerosam abusum, ac illicita hac odio prohibemus: statuentes quod quicumque, cujuscunque status aut conditionis existant, contra hoc praesumpserint attentare, aut ad hoc auxilium, consilium vel favorem praebuerit, quas in violentos raptores & occupatores hujusmodi jura atque apostolicae & imperiales constitutiones statuunt, & eo ipso excommunicationis sententiam incurrant, in qua ipsi hac sancta synodum, aut futurum Romanum pontificem, praeterquam in mortis articulo, & fide satisfactione, absolvi nequeant, & sub officio, beneficio, privilegiis & dignitate ecclesiastica & mundana, feudalique & reliis aliis, si quae aut quas in Romana vel aliis ecclesiis obtinent, sint privati, & inhabilitatis adhinc & passive existant: civitas vero quae in praemissis culpabilis fuerit, ecclesiasticis subjaceat interdicto: haec adjicientes sanctioni, ut domini temporales ecclesiae & officiales civitatis vel loci, ubi electionem Romani pontificis contigerit celebrari, illa imminente, praemissis fieri sub gravibus poenis publice & realiter prohibent, & prohibitionem diligenter faciant objectari, ceteris constitutionibus circa talia editis in eo robore duraturis. Et quia nonnunquam electo Romano pontifice, per hanc sanctam synodum seu ejus auctoritate celebranda, ubi observatione & executione praefatae constitutionis opus fit, nos omnia & singula praedicta agenda & sequenda illis personis cum ecclesiasticis quam secularibus, quae postmodum in nostra cancellaria nominabuntur, plenam & liberam committimus & concedimus facultatem & potestatem, decernentes literas super hoc fieri cum consiliis & aliis remediis juris, etiam cum invocatione brachii secularis & clausulis opportunis. Datum ut supra.

ANNO CHRISTI 1439. ANNO CRIST. 1439.

V.

*Ne tempore electionis fiat audientia.*

*Sacrosancta generalis synodus Basileensis, ad futuram rei memoriam.*

Ne variarum rerum occupatio actum falubrem electionis futuri pontificis impedat aut perturbet, decernit hac sancta synodus, ut ad tam necessarium & tam salubre electionis negotium attentius procedatur, audientiam & omne causarum & litium exercitium hoc facto concilio, praetor audientiam camere, a die quo deputati ad eligendum summum pontificem intrabunt conclave, & deincepsque usque ad publicationem electionis ipsius Romani pontificis inclusive, suspendenda esse, eademque hoc praesenti decreto suspendit & prohibet, irritum decernens & nunc quidquid in contrarium fuerit attentatum. Datum ut supra.

SESSIO XXXVIII.

I.

*Contra invectivam.*

*Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam.*

SESSIO XXXVIII. Ad. Ecc. 4.

IN Ecclesia scriptum est: *Veritas magna & fortior pro omnibus. Omnis terra veritatem invocat: celum etiam ipsum benedicit: veritas manet, & invalescit in aeternum, & vivit & obtinet in saecula saeculorum. Non est apud eam accipere personas, neque distinctiones: sed quae iniqua sunt facit omnibus inaequitas.* Cujus quidem veritatis in fortitudinem dum impugnare conatur Gabriel, quondam dictus Eugenius papa quartus, justo judicio a papatu depositus, seipsum magis dejecit & profiteretur. Qui nuper apud Florentiam (prout per summarium informationem accepimus) libellum quemdam, qui incipit, Moles fervens Dei, promulgavit, in quo praetentum translationem praefatam hujus sacri concilii in Ferrariam, quam eroneam in fide plurimus decretis & epistolis nostris lucidissime declaravimus, per eum confirmandam schismatis causam conventiculi Ferrariensis sub nomine generalis concilii, hoc facto durante concilio, in vim praetextae translationis attentatam, ipse qui semper ante pertinaciter defendere & approbare conatur, adjiciens quod a recta linea per antiractus eruditorum, quodque contra sententiam Constantiensis in malignum sensum, & a sana doctrina penitus alienum pertraximus, in hoc quod declaravimus per sellionem nostram dictam septimam Kalendas Junii proximae praeteritae celebratam, res veritatis, quarum tenor sequitur:

Veritas de potestate concilii generalis, universalem ecclesiam representantis, super papam & quemlibet alterum, declarata per Constantiense & hoc Basileense generalia concilia, cum veritas fidei catholicae.

Veritas haec, quod papa concilium generale universalem ecclesiam representans, actu legitime congregatum, super declaratis in praefata veritate aut aliquo eorum, cum ipso consensu nullatenus auctoritative potest dissolvere, aut ad aliud tempus prorogare, aut de loco ad locum transferre, cum veritas fidei catholicae.

Veritatibus duabus praedictis pertinaciter repugnans est consensus haereticus.

Constat quoque ipse Gabriel post praedicta per eum facta, sub obscurationis verborum mundum involvere, dicens le damnare & reprobare veritatem praedictam ad sensum Basileensem, quem, inquit, facito demonstravit, neque illum sensum explicatus, nec in quolibet eas approbare velit manifestare: quae fortassis idco fabricet, quoniam manifeste videt verba diffortum veritatem ita clara esse & aperta, sicut lunt, quod de nulla obscuritate notari meritoriis possunt, nec ad multiplices pertraxhunt sensus: & per consequens, quod ille primus sensus, juxta quem le dicit reprobare dictas veritatis, nullatenus allegari potest. Hoc autem notum facimus universis catholicis, quod nullum sensum in his habet hac sancta synodus, nec habere vult, nisi tantum sensum Constantiensis haberi in declarationibus fuis, fensum veram & catholicum, quamque semper habuimus in declarationibus per nos factis, in secunda, quinta, duodecima, vigesimanona & aliis sellionibus nostris, ac epistolis synodalibus, pariter cum cardinalibus sanctae Romanae ecclesiae, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, oratoribus principum, abbatibus, doctoribus, qui in nobis coetu adfuerunt, fideliter & unanimiter credentibus quod concilium est supra & immediate a Christo, cui papa obedire tenetur, prout veritas praefata in concilio Constantiensi declarata, diffinitive & definitive ex parte fidei & juris divini, quod papa ipse concilium generale universalem ecclesiam representans legitime congregatum, eo modo quo frequenter declaratum est, ipso non consenso diffolvere, aut de loco ad locum transferre non potest: neque aliquam has veritates praevalere potuit Gabriel ipse, qui praetentam diffolutionem hujus sacri concilii fine ejus consensu prima vice per eumdem Gabrielem attentatam, hoc facto concilio eidem ex parte Dei omnipotentis praecipiendo atque mandando, judicialiter revocare compulsus est, ac in tua adhaesione eam declaravit nullam, irritam & inanem, ipsique non obstante concilium legitime continuante fuisse, & profectionem habuisse & habere debere, revocando etiam expresse literas incipientes, Dum ad Nos, quas in eumdem Ecclesiarum bastarr. & adversus hujus sacri concilii & aliorum concilium auctoritatem varios excogitet contiaebant: item duas literas (eas incipientes, Infestabilis, & In arcano, alias etiam quasquunque, ac quidquid per ipsum aut suo nomine in praejudicium aut derogationem hujus sacri concilii Basileensis, seu contra ejus auctoritatem, factum & attentatum fuit, aut fieri erat. Ecclesia catholica tunc in pace conquiescit, tunc firmiter esse veruna & indubitata quod papa absque consensu concilii ipsum diffolvere, aut prorogare, non potest: cognovere-

Basileensis synodus sic dicitur in sessione 31 quae incipit, *Dum ad nos*, etc.

Sed plerique exemplaribus Eugenium quartum ab omnibus pontificibus reiicit; sed non omnibus: sed non omnibus.



SESSIO XXXVII. Consensus concilii diffolvere & ex de hac Basileensis & Sectae a.

FAcite quod Dei est, & ipse faciet quod vestrum eft, ex facris literis apud Gregorium epistola oftava. Pauois his antes proximæ inflitutoque matutino parum permiffis, credatur, fereniffime & Christianissimo rex, reverendissimi patres, & illustres domini, vos jampam pro tempore prudentiæ vestræ plane intelligere debeftis, omnia non justa, utilia, & nimirum toti orbi necessaria, hodiernio die fereniffimum majestatem vestram modoque facri Basiliensis concilii oratgatores fore. Quapropter fi quo hunc finit hoc in fanctissimo ac celeberrimo patrum & procurum coetu, quæ forte obvia contingeret, qui eom apud maximum & glorioffissimum imperatorem, totque fapientissimos & prælatissimos viros verba facimus, non eam dicendi artem quæ elegantiam affirmavit, quam eloquentissimi ipsi viri vel expectaffent, vel pro summo ipsendore hujusce loci dignum fore judicaffent: Hoc tales oratores & oratorum, ut petunt rationem & summam æquitatem causæ, de qua paulo poft agemus, conficderate velim, quam tardiftatem aliquam in dicendo, quam ad accedunt: neque tantum quo ornate verborum, quam quid & qua fide dicatur, advertant; diximus enim in principio nostrorum nostræ: Facite quod Dei eft. Quis unquam ullo tempore pro justitiæ aut fanctiore causa quemquam in orbe regem aut principem adivit? Quis pro tam falubri & honesto negotio unquam ad regem, regiis præcipue virtutibus infignem, nulla etiam elegantia adhibita, non ita quæ exoptet omnia impetrare poffe confidat? Animadvertite diligenter (quæso) ipsam millionis nostræ causam, non minus certe necessitatem quam honestam. Missi fumus a fanctissimo Basiliensi concilio ad regem, & quidem in toto orbe terrarum fidelissimum & catholicum, ne fides ipsa, quam flavam fatis & quasdam habemus, turpiter perea, a perfidiosis advocatur. Missi fumus ad Christianissimum regem, ne rempublicam Christianam, milere quidem afflictam, viris pravisque moribus debilitatam & deformem, ac nonc quidem in tumo difirimine pofitam, cum fubvenire maxime poffit, periclitari non patiamur. Missi fumus ad regem natura mitem, justum, mansuetum, pacis amatorem, ut per ipsum pacem, otium, tranquillitatem, concordiam ipsi, fuis omnibus & orbiverbo orbi terrarum pariamus. Missi fumus tandem ad regem christianum animo atque

C

D

E

F

genere illisit? pretere eccesos natum, ut ad tam
praclara & laboriosa Dei opera comitem se de
participem ad sacrosanctam synodum jungere
visit: synodum dico in Spiritu sancto & in omni
bono opere legitime congregatam, universa-
lem scilicet & immortalis Dei ecclesiam repræ-
sentantem, ac non minori + fibabilitati juris fir-
matam, quam in omnem rerum necessitate vecte-
tam. Quæritis in ea solidationis & ordinatio-
nis fine solemne ac legitimum exordium? At
hæc in celeberrimo omnium Constantiensi con-
cilio decreta & confirmata fuit, in quo certe di-
vinarum humanarumque literarum ex omni parte
nobis sapientissimi homines convenerant, in
quo inclyta hæc, hæc inquam doctissima natio
Vestra summo honore interfuit: in quo sapen-
tiæ lumina & cuncta ferme mundi oraculorum
collecta fuerunt. Quæritis summam in ea au-
thoritatem? At hæc eadem synodus patrum, la-
cerdotum, regum, principum, ducum, nation-
num, & communi omnium consensu, tanta fre-
quentia hominum, quantam unquam fuisse con-
stat, uno vote, uno ore decreta, statuta,
diffinita, declarata, promulgata fuit. Quæ-
ritis in ea summorum pontificum consensum?
At hæc sanctissimorum quondam Martini, &
nunc domini nostri Eugenii pluriuis literarum
monumentis obfirmata, stabilita est & con-
vocata, & adhicit ad hæc omnia simul non
mediocrem concilium Senense auctoritatem.
Nonne omnes in eo patres hoc Basileense con-
cilium pro statu sanctæ ecclesiæ Dei, quam
hominum omnium salute, ad hæc tempus ne-
cessario celebrandum esse confuerunt? Itaque
si diligenter omnia in unum colligere volu-
mus, nullum unquam concilium tot decreto-
rum monumentis, tot diversis (ut ita dic-
am) auctoritatibus adficatum, vallatum,
congregatumque, vel visitis, vel audisis, vel
etiam legisse fatebimur. At quamnonc hæc sa-
crosancta synodus non opportuna modo, vel
&, si nullo unquam tempore fatuta fuisset,
maxime necessaria sit, pacis attendite, & reco-
gnoscite sacrilissimæ fidei & reipublicæ Chri-
stianæ vulnera. Primum, an diffinitate pollu-
mus, nisi fastidiose quidem, & non mediocri
cum totius nominis Christiani periculo, in omni
ferme regione orbis exoreas atque exercefen-
tes indies magis nefarias & hæreticas factiones,
repentatumque illam in primis & pestiferam Bo-
hemorum lues? Bone Jesu, quam longe late-
que jam fines extendit? Quis enim non aerobe
dolet, clarissimum olim populum Christiani re-
gnum alienum, averfumque a fide & religione
nostra factum? Quis piaterea non miseribitur,
tot innumerabiles animas, illorum falsa pestife-
rique doctrina pellectas, igni & supplicijs acer-
bis quotidie deperire? Neque est animus nunc
commemorare hoc loco, quantas Reges, ca-
des & incendia populo Christiano hæc pestis
hominum attulerit, quod tandiffima Dei tem-
pla, aras, reliquias martyrum pollutis facrile-
giisque manibus profanarit, non enim omnia
singulariter fine lacrymis, Christianis præcipue
hominibus, enumerari possunt. Sed nec his fe
finitus quasi hæc contagiosa pestis. Serpit
enim indies magis & magis hoc exitiale ma-
lum: atque scelestissimæ ac superstitiosæ gen-
tis velanæ temeritati parum videntis in eo esse
videtur, dum turpia & execranda omnia in
[illegible] Dei, in religionem, in fidem, disci-
[illegible] sanctorum patrum sapientiam, in
[illegible] in universum orbem, universi orbis politiam

a Forte, Ex-
bibitum. b

A funditus evertant: tantumque illis superest odii
& hostilitatis in reipublicæ Christianæ, ut
non solum adversus christos domini, sed etiam
adversus reges & principes, divino utque jure
constitutos, plebis & multitudinis impetus ac
multitudo adia concitare conentur, pro concione
publica prædicantes omnes homines inter se
pares esse, neque alium alio superiorem esse,
regantes præterea vectigalia & tributa principi-
bus dari oportere: quo fit ut multi non modo
homines, sed populi, ut rerum novarum sem-
per capidissimi, ad illam sectam & hæresim ecclesia,
rum a principibus etiam sese, aut re ipsa &
animis & voluntate certe defciant. Itaque ho-
dierno tempore tam hoc superstitiosum & ma-
leficum genus hominum, magna nunc reductio-
nis eorum obstata fit, ad fatum concilium ver-
sity obstaculi, & hæc res neglectos forte haberi
valet, vel & cum ipsis armis vincere non po-
tuisous, turpiter esse + cogitari a facie eorum
cædem, extollent se infolenter, & conflagrabit
profecto intentum incendium & vis omnibus, ut
fruitra poslea deploratæ rei subvenire copiamus:
operemur igitur (ab apostolo inflitati) bo-
num, dum tempus habemus, ne tanti actum
sperati boni occasionem nobis oblatam præteri-
te finamus.

Atque ut intelligatis ex omni parte omnis con-
gregatio concilii summum imminere necessita-
tem, convertite nunc oculos ad sanctam eccle-
siam Dei jacentem & afflictam, ac longa pe-
tuabatosque afflictæ gere profligatam. Bone
Deus, quantum ab antiquis honoribus, &
prisca majorum nostrorum dignitate, quibus
Christiana reipublicæ Dei divina facinus in
concilionum intermissione decidit! Videtisne,
dum difcordiis nimium pertinaciter inter nos
decertamus, quidquid opum, quidquid
splendoris, ornamenti ac laudis, vel
ferentissimo olim populo Christiano a majoribus
nostris summa indultria & vigilantia partum
fuit, id omne nos diffentionibus & difcordiis
bus nostris totum ferme perdidisse? Videris pro-
pterea universum ferme orbem audere bello, in-
ter principes populos Christianos exercitia
concitata odia. O crudeatem incredibilem,
omnia effundi, omnia exhaustiri, ad arma, ad
funestissimos exercitus, in Reuger non tertio
tum (ut dicitur) comparandos, sed in pemici-
em totius populi Christiani! Recognitate nunc
tot nobilissimos exercitus, tot illustres proceres
cædes, tantum sparsum sanguinis Christiani,
tot florentissimas urbes eversas, tot pulcherrim-
mas patrias igni ferroque absumptas, ut nulla
certe pro his tantis malis fatis unquam digna
cura pro remedio possint. Recogitate nullam
ferme plagam orbis calamitatum vel difensionum
vacuam esse, nullam vacare bello. Quid
nunc, quæsumus, turbulentissimis temporibus
nostris, frigescente indies magis caritate,
& fugis concilii celebrationem superveniens, ab
humanore nobis excedens gratabimus
solam certe viam & unicam spem calamitatum
nostrarum opprimendarum? Etenim cum multa
a majoribus nostris diversitas inflitata fuit, in
fabrica quidem & mitia, nihil tamen gravius, nihil
commodius, quam quod sacra concilia in
orbe Christiano celebrari voluerunt: quibus fo-
lebant Christianam, patem, ut omnium, tran-
quillitatem, concordiam fapientissimi illi ho-
mines vel dari vel posse conservari credideruut,
fatisque id hac fieri deficiat, in adversum
omnia ire & præcipitari putarunt, atque ita
esse

B

C

D

Locus ob-
scurus.



esse, longo usu, non sine tamen ingenti ja-
ctura rerum nostrarum, experti sumus: quid-
quid enim harefum, quidquid bellorum, quid-
quid difcordiarum, diffensionum, calamitatum,
quibus miliere nimium nunc populus Christianus
premitur, omnia, inquam, per intermissionem
conciliorum exorta sunt. Atque olim sanctæ pa-
tres, ut quidam parum honeste, parum reve-
rende, parum moderate fieri confpiciebant,
concilia illum, ut ita dicto, cognitum, ex-
bant in unam, neque morbos per negligentiam
aut delidiam excrescere finebant, nullo fane alio
fanctiori inflituto aut documento utilius com-
muni omnium faleti atque posteritati fore con-
fulere posse putarunt. Nos igitur tantorum pa-
rentum illustrem, tanto dicrum & otioso ali-
re poterimus tam exitiosa & indies magis ex-
crescentia mala gentis nostræ, præsertim cum
ita fabricatorum sanctissimo & salutarissimo
tum nobis relictum sit, quo nihil certe conve-
nientius, nihil prudentius, nihil ad omnes gen-
tes communius fieri potest? Fiat enim concilium
omnium patrum, regum, principum, gentium,
& publicum totius orbis concilium; in quo ex
omni parte fieri humanique juris doctissimi viri
convenient, in quo Spiritus sanctus adsit,
& idem Spiritus paracletus, qui nos docet
bit omnia, qui nos completes est, nec
errare, nec decipi, nec falli init: quæ omnia
adeo brevioribus verbis profequimur, quoniam
pro summa prudentia & tele religiosità qui in
vobis est + fanctissima majestate regia & a vo-
bis sapientissimis viris jamdiu protecta & co-
gnita fuerunt. Memini enim paucis ante annis
exactis majestatem vestram, ut summe quidem
omnium Christianissima est, honorificum omni
dignitate legationem ad fanctissimum quondam
Martinum pontificem sedis, ut pro famatis
ac pacem periclitatis reipublicæ Christiæ,
quæ invalescentibus quotidie malis in summo
difcrimine esset, dum fuerit tunc concilii an-
ticipare cuncta vestro fidei & pietati Chri-
stiano majestati religiosissimis vestræ fubvenum
iris cupiebat. Itaque, serenissime rex, illustres
principes, & angelicis & summa dignitate ma-
jestatis ac tetabopere vobis expeditata dics illexit,
jam fanctissimis patribus frequenter congregatum
omni jure & ratione, fanctissimi, & idipsum
jam fanctissimis patribus frequens. Illa, in-
quam, dies illexit, in qua justissime voluntati
& divinæ inditæ vestro fidei & religioni fuo-
venire copienti satisfacere possitis: in qua quan-
tum virtutis, quantum regii animi, quantum
benevolentiæ erga fanctissimum religionem &
publicam falutem habuistis habetisque, tantum
hodierno die in universo populo Christiano de-
clarare quasi non enim agitur nunc de cari-
monia, & solemnia, de diebus prostiffis, de
ornatu temporum, de splendore urbium: fed
cum res Christianas difcordiis, bellis de hæreti-
cis factionibus jamdiu multiplicata sit & labo-
res, agitur de falute religionis & fanctissimæ
legis Jesu Christi: agitur de conservatione re-
gum, principum, totisque populi Christiani: s
agitur, ne unius humanæ falutis inflitutio, a
majoribus nostris nobis relicta, omnia fecilset
in futurum facta concilia penitus fabiata perpe-
tuo disperant. Agitur consequenter, ne orbis
terrarum, ne nos omnes perpetuo peremus,
Itaque, serenissime rex, prælatissimi patres
& illustres domini, ut pro ingenio vestro & an-
tiqua consuetudine facta institutis & religioni
Dei nostri dediti estis, sequimini veterem im-
petum animi & diutini desiderii + nostri. Se-
quimini fanctum & antiquum mortem clarissi-
mæ & religiosissimæ patris vestræ, & oceliate
ac reipublicæ a nobis auxilium deprecantibus
subvenire non tardetis. Etenim cum precipuo
quodam loco dignitatis, formma etiam gloria
inter omnes orbis reges excelli fitis, tum ini
virtute, vel religione, vel genere, vel clari-
tate patriæ, vel gloria rerum nemini cedatis:
cum hæc inclyta, atque tanta frequentia pro-
dentissimorum eloquentissimorumque virorum ef-
fluat: ita ut antiquiori fama palma fapientiæ
tam divinarum quam humanarum literarum fo-
re controversia apud vos fit; nihil sanctissima
majestas vestra regio nomine dignius vel fan-
ctissimorum majorum vestrorum virtute aspiratus
facere potest, quam quod pacem Christianam
(ut rex & vicit certe natura vestra pacifici estis)
& dare omnibus & salutare velitis: neque alia
alia de virtutibus vestris, esti innumerabiles &
maximæ sunt, magis proximos aut similes Deo
vos facere possit. Fatemur omnes ille laudes,
& vere regias, aliquid fortiter, juste, clemen-
ter, magnifice, liberaliter agere: aut patrocci-
nium divinæ legis sanctissimæ, pacis recipere;
ne fidei, ne ecclesiæ, ne res sacræ, ne flatus
Christianus, ne hæc omnia fundatus perant,
viribus atque animo fortiter incumbere: quis
pro hoc tam illustri negotio, non divinos ma-
gis honores, quam humanos decerendos esse
putaverit? Sed nimis multa de his ad honestæ
laudis & tanti certamen gloriæ cupidos: haud
enim clarissima virtus vestra fualore ad bene
rectique operandum egere videtur. Ut igitur
finem faciam, quo vestræ fanctissimæ conclusum
rite fundatum, congregatum, & tebus nostris
necessarium fit, sacram majestatem vestrum de-
precatur ac orat, ut pro ingenio vestro fundus
paracletum in eo existens, cujus felicissimus au-
spiciis oleo lætitiæ pro confortibus vestris un-
ctus est effic & confirmatus: primum se ve-
stris ex præclarissimis regnis lectissimos quod-
dam & fapientissimos viros, quorum magna
fama & industria pene apud vos multitudo est,
delegatos, ad hanc summa dignitate majes-
jestatis ac celebertima in toto orbe terrarum
catholici nominis fama, quo semper fanctissimi
majoris vestri ac vos præclari fuistis, legation-
nem omnium auctoritate insignem atque dig-
nissimam ad facrosanctum Basileense concilium
mittatis: ut ex cæteris principibus Christia-
nis, quorum magna fane pars egregias jam &
magnificas legationes pro hoc communi incen-
dio extinguendo ad idem concilium misit, & cæ-
teri quoque mitturi videntur, de extirpatione
hæresum, de virtute, de conservanda re-
ligione, de pace, de fanctissima morum in-
mellius constituenda, honestissimo certamine
contendatis. Proximum est, quod omnibus
animi fidelibus & sacra majestate vestra illum
item concilium petit, et sciti hostibus vestris,
ad quos nomine facti concilii hisce de cauis
decreta legatio est, patem, caritatem, concordi-
dium, orat certe a natura vestra non abhorrent,
inire velitis: sæpe confecta, tamquam
faluta universæ justis fundamentis, non dubi-
tamus omnem populum Christianum, jacentem
diu quidem & opprestum, ad pristine dignita-
tatis suæ recuperandæ spem erigere &, & re-
vivisere debere. Agite igitur, oramus, omnes per fanctissimum memoriam + passionis Jesu
Christi quæ pacis lunt: condonate, immortali
Deo ac creatori vestro acceptat ingenuis, recon-
cilie

+ sic

+ sic

rite odia, quæritе pacem, fruimini tam fin-
gulari & excellenti bono, quod nobis Redem-
ptor noster voluimus testamento reliquit, cum
evestiens ne hac vita moreris dixit: *Pacem
meam relinquo vobis*: dulce enim nomen est pa-
cis: res vero ipsa cum jucunda, tum salutari-
sis: nam nec facium legere, nec audiri, nec
facietatem humanam, nec rempublicam curam
habere videtur, quem discordiæ, quem bella
delectant. Fratres illud vestrum quod dicit
ipse: Concordia res parvæ crescunt, discordia
maximæ dilabuntur. Nos igitur authoritate &
nomine Sacri Basileensis concilii, si quid hac
tam salutifera & necessaria res a nobis pra-
ffari posse videretur, omnia non solum forti
animo, sed & libenti animo fabire præsto fu-
mus: omnia patienter, nihil fabrefugimus,
modo hinc omnibus mortalibus summe delecta-
tæ pacі, dirigente Deo nostro, vel satisfa-
cere vel prodesse possimus. Pestiferum est, ut
ex dicione regnorum vestrorum reverendissimos
reverendosque patres, qui ad factum concili-
ium juxta sanctiones antiquas venire tenen-
tur, id est factant adhortari velitis: ut eccle-
siæ & communi omnium salusi, & prælatandi
prudentia & authoritate, quemadmodum in
concilio olim Constantiensi factum est, pariter cu-
teros scientiæ ac religionis laude fecerunt, a
consulere & prodesse queant: quæ omnia si
ita optamus & confidamus a vobis confecta
erunt, facietis certe, ut primo dictum est, A
quod Dei est, & ipse altissimus & immorta-
lis omnium pater, dignitatem, gloriam ac
amplitudinem nominis vestri augendo, faciet
quod vestrum est: & tandem in numero beato-
rum relati certum & diffinitum in cielo lo-
cum obtinebitis, ad laudem & gloriam omni-
potentis æterni Dei, & totius curiæ trium-
phantis. Amen.

Joan. 14.

a Pater. pag. Basil. 11.

## XLIV.

*Oratio magistri Andreæ de Petra archiepiscopi Co-
lossensis, quarti ambasiatoris domini Eu-
genii papæ, facta in congregatione
generali XXII. Augusti
MCCCCXXII.*

MAximum mihi dicendi fiducium præstat, reverendissimi patres, cæterique vos viri lectissimi, hic vestræ convencus amplissimus ac spectatissimus. Cum enim plurimos apud vos illic videam, quorum singularis prudentia atque humanitas longe mihi familiaritate perspecta & cognita sit, alios vero omnium virtute & optimis artibus ornatos esse confidam, nemo autem vos ad Christianæ religionis conservationem & amplitudinem comparandam adventasse intelligam, dubitare non possum, quo minus pro fapientia atque omnia me dicentem audiatis; præsertim cum illud a me dicendum B sit, quod ad omnium vestrum salutem & immortalem gloriam attinet: omnibus enim humanitatem inesse, ut ea quæ ad se pertinent libenter audiant: & cum hanc vestram curam & studium ad hoc bellum contulisse videamini, ut se fervientes hæresis extinguantur, ecclesiasticæ jura & ceremonias reportantur, Christiani fines pacis restituantur, quo quibus omnibus apud vos mihi fermo habendus est, non major, debet esse in me cura dicendi, quam in vobis studiosis vobisque. Sed antequam ad eam diffinitionem, Christianis, necessariam, quæ exili-



mo, ut quid dicor gentium Paulus dicat, audiamus. *Non sit, inquit, schisma in corpore*. In eum quomodo idem veritatis confessimus præditor Corinthiis diffidentibus dixerat, sicut primæ epistolæ 12. cap. scriptum est. Hujus apostolici præceptionis intelligentia, patres, cognitu facilis fiet, si prius ille Spiritus, qui quondam ignes splendore descendens mediumilionum & tripidantium hominum animos & glutino cuiusdam conjunxit, & tumultuosis illis luitravit, fuo ardore corda nostra inflammet: quod ut facere dignetur, ad ipsum mentes nostras cogitationesque verramus. Hoc autem suffragio postulato, ad propositæ justionis perceptionem revertamur.

Inter ea diffidentes genera, patres optimi, quæ membra corporis mystici agitant atque perturbant, nullum eo deterius quod schisma nominatur, est enim totius diffoedie caput atque principium, adimitque omnibus ecclesiæ dignitatem, cujus perniciem idem doctor propriis est, in capite prædicte epistolæ eoldem Corinthios summa obtestatione rogat, ut eos illum pestem diffugerent. *Obsero, inquit, vos, fratres, per nomen domini Jesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: fitis autem perfecti in eodem sensu & in eadem sententia*. Quid autem nomine schismatis intelligi debeat, patres doctissimi, neminem vestrum ignorare existimo. Græcus enim a quo in primis illi voci significatio data est, per illud nomen scissuram quamdam ac divisionem intelligit, non illam certe qua quisque pertinax & Deo dividitur, de qua olim Isaias loquens dixerat: *Peccata vestra divisserunt inter vos & Deum*. Nec nullus illam diffinitionem intelligo, quæ ab unitate fidei auspicium sumpsit, illa enim in aliud impietatis genus transiliens, quod idem Græcus rectius hæresim nominavit: Sed de illa scissura nobis propositum est, cum quis eodem religionis cultu servato ecclesiæ præcipienti parere contemnit. Cujus diffinitionem, licet alia vocibus, eadem tamen sententia, brattilimus pater Augustinus, cum adversus Faustum ferliberet, aperte offendit. Schisma, inquit, est eidem opinantes, atque eodem ritu colentem quo cæteri, sed a Simone Samaritano, a quo omnis hæresis initium sumpsit, usque ad Joannem Hus, nostræ ætatis eximium hæresiarchum, annales ecclesiæ reperire licuerit. Ultimum contendentium genus scissuræ nomen accepit, quod accommodatissimis Græco vocabulo vos patres Latini schisma nominatis. Hoc intestinum malum esti magistati ac vestrati mystici capitis non adverterat, cum in primis neque intuitum dogma prædicet, nec veterum conspectus delectet, habet tamen quamdam proprietatem peculiarem, quæ Christianæ pacі & unitati vehementissime officit. Qui enim ecclesiæ principi subesse tenuit, & membris ecclesiæ ipsi subjectis communicare recusat, quemadmodum beatus doctor offendit, is in intimate mystici corporis manere non potest. Unde & schismaticus jure nominatur: ex ipso etiam, tamquam ex fonte quodam inquietatis, omnes illa superiores animi indignationes facile fluunt. Schismaticus enim abique difcordia esse non potest, cum de meliora & fanctiora dicere de proprieti gloriatur. Contentiones etiam in ipso schismate natari necesse est, cum ex quo prave schismatici sensetunt improbo temeritate defenient. Rixæ schismatica minime defunt, accedit. Unde & catholici adversus fidei hostes contentiones commovent, ibi prius ad certamen vocantur, sicut gloria testatur 1. Reg. 4. capit. Rixa insuper, etsi pectoris immanis esse non possit, ut B. doctor diffinit, (nam qui tixatur, & ad contradicendum parates est, ut placet Isidoro, & de ipsi contentione latetur, alios quoque ad contradicendum inducit) primum nihilominus malum est, & inter patres accidit, habet tamen hoc pacі contingit enim aliquam fibi hæresim schismaticus, ut rectæ ab ecclesia secessilie videatur, sicut beatus Hieronymus dicit. Scindetur enim in adversa studia vulgus, & populus velut greges poli terga pastorum fequuntur, & quia ratione vulgo confiare non potest, quod prave fenel accepeat, id ferro & sanguine probare molitur, unde & bella publica lugeant. Quod si paulo longius schisma perfiteri: C non dubito, patres,

bris mixtis intelligi debeat; non esse difficile A cognitu. Hinc omnis transitura quadam figuratione mysticae congeri convenire invenio. Habuit corpus hoc membra consimilia, habuit officialia, habet et utriusque composita. Ico ecclesia, habet et omnipotentia. Ecclesia tamen Christiana religionis acceperat, continuum membrorum formam praeferebat, cum effectorum cor unum & anima una in domino: nec dicerentur ei aliquid proprium, sed esset eis omnia communia, sicut actionum quarto capitulo scribitur. Officialia vero membra tunc ecclesia habuit, cum auctoritate & operibus crescere coepit, aut cum potestatis, ordinis & jurisdictionis usum auctoritatis publica reseraverat, quod a Silvestro ad posteros quoque Romanos pontifices processit, sicut Isidorus prodit, in canone pontifice, 23. dist. 9. & Tribunus. His mysticis membris varia diversa morborum genera contigerunt. Morbum autem hic non aliud, juxta beati Augustini sententiam, quam haereticam praviratem intelligo. Idem beatus Hieronymus sensisse videtur, qui haereticum hominem putridae carni comparavit. Enumerare autem, proprisque nominibus omnia illa vobis, patres, exponere esset quidem jucundum, si ratio temporis non haberetur. Beatus Augustinus in libro quem de haeresibus secretarissime scripsit, nec se, nec ab alio quoquam nomerum omnis haereseos fatis explorarum fuisse confitetur. Quamquam Philaster Brixiensis episcopus centum & viginti octo genera haereseos usque ad illam Isaam statutam contigisse commemorat. Cognitae itaque facile possunt, patres reverendissimi, quod errorum genera in agro dominico disseminata possunt, si Philaster centum & viginti octo haereseos nomina commemorat, quem beatus Augustinus frequens librum in haereseos scripserat. Haec immensa, ut sic dicerim, erroruin silva, etsi a beatis apostolis sanctisque patribus ac Sacrosancta concilia enucleata diffuspatque dicatur, penitus tamen sacridai non potuit. Nam beatus Isidorus, postilesquam quinquaginta haereses sanctorum enumeraverat, illas omnes dicit a sanctis apostolis sanctisque patribus ac sacris conciliis fuisse condemnatas. Quod qui volet, facile feire, B rerum temporumque successiones & ordinem reperat. Nam Menandri ac Saturnini, magni digni diaboli laquei, cum Simone mago principe illius haereseos a beatissimo Petro apostolo condemnati fuit, qui eumdem Simonem & ejus pecuniam in perditionem abjecerat. Qui vero haeresim Cerdonis fatisfaciens in adhibenda humanitatis officia pecuniam curaret, quod a sanctis haereticis attributur, hi Ananie & Sapphira horrendo interitu condemnantur, quos ambos idem Petrus subita morte mulctaverat, fecit atque quinto capite scriptum est. Hoc laitatum vero impudentem lasciviam Joannes in Apocalypsi, cum ad Ephesinam ecclesiam fecit, C probavit. Nam esti priorem certa[illegible] Sicut illa ecclesiam amissiun conqueratur, in hac tamen illam dignam commendatione diverse praedicat, sicut Apostolorum praedicitium fugerit. *Hoc habeo tamen, quod odisti facta Nicolaitarum.* Illi enim qui connubiis detrahunt, & omnem legitimum usum cupiditatem aperunt, qui etiam apostolicos se vocare praesumpserant, beati Paulo apostoli testimonium condemnantur, qui ad Colossenses ita ait: *Videte ne quis vos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, et non secundum Christum.* Et ibidem: *Ut ne quis vos seducat in sermonibus sublimitatis

plicuerunt, & quæ illic continebantur ex Græcis Latina feceram. Unde cum honestissimæ Græcorum petitiones principibus nostræ religionis visæ fuerant, mox dominus Joannes episcopus cardinalis tituli Sancti Sixti, vir omnium suæ ætatis religione & sapientia spectatissimus, legatus in Græciam declaratus est: quem illuc properantem si mors e medio non sustulisset, plurimi nunc populi ac nationes ritu & religione essent vobis simillimi, quorum nullum impræsentiarum habetis. Nec certe credendum est Græcos ab illa sua honesta opinione recessisse. Eadem est gentis illius ad reconciliationis opus intentio, idem omnino desiderium, eadem postulatio; nisi quod filius, qui nuper imperio successit, ad unionis negotium longe ardentior sit, quam unquam fuerit pater: quo fit ut ad reconciliandam gentem illam catholicæ fidei via paratior modo sit. Quod si locus aliquis ad convocandum utramque gentem opportunus daretur, videretis, patres reverendissimi, plurima de Græcis facta fuisse judicia, quæ omnino stare non possent. Hos igitur fructus uberrimos de Græcis vos, patres præstantissimi, referetis, si non sit schisma in corpore. Alterum perditissimorum hominum genus, de quibus ob summam perniciem generali omnium patrum institutione consulendum est, Hussitas intelligos gens profecto pestilentissima, & velut exitiale virus per corpus ecclesiasticum repens. Nec unum, sed multiplex ac atrocissimum malum, hujus hæreseos morbus est. Nam si quis illorum hominum perversas sententias, quas gravissimis Christianorum cladibus amplificare voluerunt, recensere voluerit, veterum hæresum irritamenta quædam fuisse fatebitur. Cogitanti enim hanc novellam corruptionem, e vestigio Nicolaitæ, Gnostici, Cerdoniani, atque Marcionitæ occurrent, * Aditæ quoque, Catharitæ, ac Apostolici, huic hæresi non defuerunt, & * Acharditæ, Ariani, atque Joviniani quamplurimi, quos omnes Epiphanius Cyprius, vir omnium orientalium patrum sapientia & sanctitate insignis, inter nominatissimos hæreticos scripsit: nec solum multiplex hæresis hæc, sed & funestissima Christiano populo extat. Plurima damna ab Arianis, Nestorianis, Monothelitis, Iconomachis, ecclesia Dei perpessa est, sed nulla fuit tanta hæretica pestis quæ huic cladi comparari posset. Hæc enim omnia jura humana atque divina pervertens, nulla pietate in ætatem vel sexum, amplissimas & opulentissimas patrias igni & ferro subjecit. Patent ejus immanissimæ strages in Bohemia, Moravia, Sicilia, Marchia, Austria, Hungaria, ac ceteris circumfinitimis adjacentibus nationibus. Quod si hoc captiosissimum ac fallacissimum hominum genus ab illa sua immani consuetudine ac funestissima rabie contepuerit, velitque inter salutis & reconciliationis ingredi, nulla sit mora, patres præstantissimi, * quo pontifex maximus ac tota concio patrum operam suam ac studium conferant, ut lupos rabidos in oves convertant. Nihil hoc opere salubrius, nihil certe utilius. Sed cum inter vos patres ecclesiasticos sint adversæ sententiæ, hoc fieri minime poterit. Nam totum Hussitarum studium in eo positum est, ut clericorum insolentias, voluptates, avaritiam, superbiam atque ambitionem, quibus hunc vestrum statum ecclesiasticum & amplitudinem dejiciant atque prosternant, vulgo continuo prædicent.

* forte Adamitæ, Anticlitæ, al. Tatachitæ, forte, Tetraditæ, * Forte, Hieracitæ. H.

* forte quo minus.

Illud autem quantum quibusdam maximis viris placeat, & populis rationi consentaneum videatur, aperte ostenderem, si hæc omnia vobis clarius non paterent. Igitur qui cupit Hussitas ad unionem ecclesiasticam revocare, illud prius efficere studeat, ut novella zizania evellantur, ut nulla mentis affectio, nulla in rebus gerendis perturbatio, sed timor Dei, caritas proximi, zelus ecclesiasticæ pacis, opera vestra proficiat. Illud etiam summo studio agendum est, ut debitus honor ac reverentia pontifici maximo, quem unicum loco Dei in terris suspicimus, tribuatur. Quod omnino faciendum quisque hominum judicabit, si de hujus patris sanctissimi ac beatissimi vitæ integritate & innocentia noverit. Ad hæresum extirpationem ac fidelium expugnationem nemo Christianorum illo flagrantior. Taceo alia ipsius sanctissimi præsulis ornamenta virtutum: illa enim aliud tempus desiderant. Cum privatis negotiis operam daret, contra infidelium ac hereticorum errores & impetus plurima egregia & memoratu digna cogitaverat atque instituerat, reverendissimorum patrum cardinalium numero aggregatus, mox quæ privatim excogitaverat publica auctoritate perficere conatus est. Propterea & legationem in Epirum, Macedoniam, Thraciam, Propontidem, Asiam, Ciliciam, Syriam, atque Ægyptum, ubi veræ fidei jura & dignitas in spretum maximum veniunt, paratissimo animo suscepisset. Propterea & conscribi jusserat, quibus artibus illæ nationes potestati ecclesiæ addi possent. Quod si ipsi pro magnitudine animi & zelo fidei parem potestatem & auctoritatem confiteri contigisset, nihil est quod vexillum sanctissimæ crucis inter remotissimas gentes cum summa gloria nostræ religionis non figeretur. Adscitus sanctissimi Romani pontificis dignitati, quæ jam tot labentibus annis excogitaverat in effectum omnino deduxisset, si intestinæ discordiæ atque vicina bella sancto ejus proposito impedimento non extitissent: non tamen destitit, quo minus adversus Hussitarum rabiem extinguendam diversis studiis vigilaret: quod aperta ratione probabitur, cum necessitas postulaverit. Secretarium imperatoris Græcorum nuper ad se venientem ita grate remisit, ut idem imperator statuerit legationem amplissimam ad summum pontificem dare, ut de loco aliquo idoneo pro congreganda synodo videatur. Hoc jam factum fuisse credendum est, nisi aliquis inexpectatus vel alias insperatus casus impedimento fuisset. Sub tali igitur nostræ religionis patre & præsule & veterum & recentium hæresum respersa zizania facile evellentur, si vos reliqui patres ejus præcepta justissima tamquam devotissimi filii suscipere statuatis. Ad quod pium & necessarium opus, & totius ecclesiæ diuturna consuetudo, & veterum conciliorum auctoritas, & sanctorum patrum sententiæ vos hortantur. Quare, patres, per immortalem Deum, per intemeratam fidem, cujus vos defensionem suscepisse videmini, per illud districtum horrendumque judicium, ad quod nos omnes volentes nolentes detrahemur, in hac rerum maximarum consultatione & moderatione animi uti velitis, ne, cum exterarum gentium hæreses purgare quæritis, novellos errores domi nutriatis. Sed de hæresum extirpatione hactenus dixisse sufficiat: amodo de reformatione pauca dicam. Hoc mysticum corpus, de quo hactenus memoriam feci, alia etiam appellatione domus nomen accepit,



sententia illius qui ad Hebræos scribens dixerat: *Christus tamquam filius in domo sua, quæ domus sumus nos.* In hoc sanctissimo templo nemo aliud fundamentum ponere potest, præter illud quod positum est, Christus scilicet Jesus, sicut primæ ad Corinthios tertio capite dicitur: Hanc structuram mirabilem ille sapientissimus architectus, non simplici, sed varia quadam compositione erexit. *Ipse enim dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero evangelistas, alios pastores & doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi,* sicut quarto ad Ephesios scribitur. Hæc est illa varietas, quam in Spiritu David quondam prospiciens dixerat: *Adstitit*, inquit, *regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.* Varietatem autem non illam intelligo, qua ex ebore, auro, variorumque colorum genere parietes in regiis principum ornari solent, sed apostolorum doctrinam, confessionem martyrum; ut glossa testatur, puritatem virginum, lamenta pœnitentium. Id autem optima ratione fuisse facile quisque judicabit, si hujus corporis mystici aut domus ecclesiasticæ naturam ordinemque perspexerit. Nam cum gratia hujus fundamenti vel capitis plene tota in partibus extare non possit, ut dicit doctor beatus, ideo vario modo singulis distributa est. Propterea & quidam apostoli, alii vero prophetæ dati dicuntur. Cumque id fieri nequeat, patres reverendissimi, ut quispiam se solo æque officiis pluribus satisfacere possit, unde & membra corporis singulis actionibus occupantur, idcirco ecclesia circumamicta varietate describitur. Et quia officium sponsæ simul & nomen accepit, ideo ipsam decoram ornatamque prodire oportet, quod in varietate maxime constat, sicut sapientibus placet, & ipso experimento ostenditur. Nam & regina Saba, præter illam admirabilem sapientiam quam argumento in Salomone cognoverat, perspecto servorum habitaculo & ordine ministrantium, maxime admirata, spiritu ipso defecerat, sicut 3. Regum 10. capite scribitur. Hujus itaque structuræ mirificæ etsi fundamentum solidum inconcussumque persistat, ornatus tamen ac ceterarum partium ordo labefactari judicantur. Nam loco apostolorum eos hodie cernimus de quibus Paulus Corinthiis scripserat: *Pseudo-apostoli*, inquit, *operarii subdoli, transfigurantes se in apostolos Christi.* Nec alios puto, patres optimi, hodiernos prophetas existere, nisi eos dumtaxat de quibus Ezechiel in Spiritu videns dixerat: *Væ*, inquit, *prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident: Quasi vulpes in desertis propheta tui Israel.* Nequeo, patres reverendissimi, crimina & casus gravissimos eorum hominum vobis exponere, qui dignitate & auctoritate velut in quadam specula constituti, magistri debent esse publicæ disciplinæ. Omnes enim declinaverunt, & ab officio recedentes inutiles facti sunt, sicut propheta testatur. Aptissime descripsit Isaias clericorum ignominiam, socordiam, lasciviam, segnitiem, immunditiam, turpitudinem, ambitionem, avaritiam. *Speculatores ejus*, inquit, *cæci omnes, nescierunt universi: canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes, & amantes somnia: canes impudentissimi, nescierunt saturitatem: ipsi pastores ignoraverunt intelligentiam: omnes in viam suam declinaverunt, unusquisque ad avaritiam suam usque ad novissimum.* Cum igitur ex eorum criminibus ac vitæ corruptione, qui virtutem ac disci-

*Psal.* 44. — 1. *Cor.* 11. — *Ezech.* 13. — *Isai.* 13. — *Isaia* 56.



plinam professi sunt, hujus mystici templi structura gravissimum lapsum atque ruinam minetur, optime ecclesiasticæ saluti consulitis, patres ut redintegratio fiat, quam vos vulgo reformationem nominatis. Ceterorum vero hominum vitia, privatam; clericorum vero scelera, publicam perniciem inferunt. Nam cum populi omnes in sacerdotem atque pontificem, tamquam in præceptorem virtutum, suspiciant, id indubitata fide putant a se factum iri, quod ipse faciendum delegerit. Sed hanc rem perdifficilem plenamque laboris ea ratione efficere poteritis, si non sit schisma in corpore. Nam cum in ipsa spirituali structura sit unitatis multiplicitas, tamen inter ceteras illa præcipua judicatur, quam ille cælestis ac individuus Spiritus efficit. Hæc autem omnia dixit Apostolus: *Operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult*, sicut 1. ad Corinthios 12. cap. scribitur. Fieri autem minime potest, ut hi qui adversa de bonis moribus sentiunt, & qui manifestam ruinam ecclesiæ parant, Spiritu Dei ducantur. Eo etiam evenit ut præceptis majorum ad vitæ innocentiam atque religionem velle quempiam ducere, perdifficile sit, nisi eum Spiritus Dei prius induxerit. Pleni sunt libri omnes Christianorum sanctissimis exhortationibus, pleni præceptis saluberrimis, pleni exemplis admirabilibus. Quidquid de vita & honestate clericorum decerni & præcipi potest, id totum amplissimis literis & maximis codicibus continetur *& tamen nemo facit legem*, sicut dicit salvator. Prius itaque Spiritus ille rogandus est, ut doceat & inspiret quo pacto impleri debeant suæ justificationes, sicut propheta precatur. Ceterum impossibile quidem videtur de principatu ecclesiæ ac de moribus disputare simul atque decernere. Nam cum de capite ac principe senatus ecclesiasticus occupatur, ornatui publicæ honestatis satis apte vacare non potest. Extant gentilium atque Christianorum monumenta amplissima, quæ huic rei gravissimum testimonium afferunt. Unum solum impræsentiarum sufficiat. Cum per Oniam pontificem solum res Judæorum agitarentur, civitas sancta in omni pace habitabatur, legesque optime custodiebantur, sicut 2. Machabæor. 3. cap. scribitur. Sed posteaquam per ambitionem Jasonis fratris collatio summi pontificii ad Antiochum translata est, mox gymnasia & ephebiæ in civitate Dei fuerant institutæ, horrendum certe scelus, & omnibus sæculis inauditum facinus. Confracto itaque atque colliso ecclesiastico corpore, integritas honestatis atque religionis constare minime potest. Præterea quem vos patres ecclesiasticis institutis coercere poteritis, qui mox alios quæsiturus non sit, a quibus grate susceptus, prioris vitæ corruptelam non teneat? Et inde hunc venientem nemo corripere audebit, ne suo exemplo alii secuturi teneantur. Itaque, patres sapientissimi, mores ecclesiasticos ea ratione potestis componere, si non sit schisma in corpore. Hortatur vos ad hoc opus pernecessarium dignitas beatissimi patris nostri Eugenii pontificis maximi, qui Petri sedem tenet & fidem, sine cujus auctoritate nulla lex aut decreta satis roboris habere possunt, ut est dist. 22. Sacrosancta. Cujus sententiæ beatus Thomas secunda secundæ quæst. 1. artic. 10. fidelissimus testis est. Hortatur vos ad hanc ecclesiasticam disciplinam, hujus sanctissimi patris integritas, qui cum a puero usque ad hanc confectam ætatem vitam præclarissimis virtutum muneribus exornaverit,

2. *Mach.* 4.



adeo

adeo ut in ipso corrigendum abradendumque si-
hil omnino videatur, tamen ab optimi prælusis
morem getat, hanc quam vos pateat reforma-
tionem nominatis a seipso incipere cupit, sic
huic publicæ actioni debitus ordo tribuatur. Ob
vere pontificem, o pabiscum gregis dominici
meritissimum! Quem superiorum pontificum,
oblecto patres, vestra tenetis memoria qui illa
pronuncie, qui in tanta rerum temperatione in-
fracto animo manserit? Ite igitur, patres lecti-
simi, & hujus pillimi patris atque pontificis
meritissimi publisima vota & delideria impletatis
& veltis mores ecclesiasticos integritati pristinæ
restituere. Sed de reformatione quid tentiam,
jam patres audistis: amodo & de pace pro ex-
terna ordinatis partiaia pacificitus ut, Cum
plurima sint exercitationum genera, patres le-
ctissimi, quæ ad facerdotis atque pontificis offi-
cium attinent, tamen illud præcipuum est quod
in concilliandis pacandisque populis conflat: fi-
quidem facerdotis propria actio dicitur, cum in-
tercedum hominemque medius quasi conciliator
accedit, ut placet sanctus Thoma 3. parte q. 23.
art. 1. Propterea & facerdos a Deo legem & la-
cramenta recipit, quo populis voluntatem divi-
nam significet, conciliatisque voluntibus pace-
mentia debita tribuat. Et rursus accepta ab ho-
minibus oblationes & facrificia domino offert,
ac divinam mysteriorum hominis vitio scheleste-
ter infectam placet atque concilies. Hoc ancze
prospexit qui ait: *Omnis pontifex ex hominibus
assumptus pro hominibus constituitur in his quæ
sunt ad Deum, ut offerat dona & facrificia pro
peccatis*, ad Hebræos 5. cap. Hæc autem mune-
ra tunc placationis efficacium habent, cum ho-
stiones, cæteriffis odis ac humanis pacis offera-
larum temillimum revocantur. Quod quanto
studio agendum sit, salvatoris præcepto offen-
dimus. *Si offers, inquit, munus tuum ad altare,
& ibi recordaris fratri quod tuus habet aliq-
quid adversus te*, &c. Et iterum: *Si non dimis-
ritis fratribus vestris*. In quibus omnibus offen-
dimus hominum oblationes & munera nullam
prorsus habere efficaciam, nisi homo le prius
unionico conciliet. Hoc autem inter cedes &
bella fieri polle non video. Quomodo enim in-
ter eos via caritatis & amicitiæ, aut fervent ani-
incipere poterit, qui mutuis irruptionibus exer-
vias & spolia quærant, quorum alter in alter-
illus effundendum sanguinem jurat, qui liberos
a parentum evellere amplexibus impudice abdu-
cit? Quæ omnia cum in bellorum congressibus
fieri videamus, difficillimum est humanitatis,
caritatis ac pietatis quidpiam in illis hominibus
reperiri qui bella fequuntur. Præcipuum itaque
facerdotum atque pontificum officium agitis,
patres reverendissimi, si inflatos atque tumen-
tes animos principum placare curatis, eo pre-
ferentim tempore quo nullum Christianorum re-
gnum, nulla provincia, nulla prorsus natio fit
quæ ferro & sanguine vacet. Sed illud prius
summa cura agendum est, patres, reverendissi-
mi, ut non fit schisma in corpore. Quis enim
ad alienas dissordias sapiendum, quæso, ad ma-
xima & intestina bella parati cogetur? aut
quis aliquem mediocrem vel etiam pertitissimum
summo morbo laborantem vidit, qui alia agero-
tis pharmaca potiget? Oportet igitur prius do-
mesticum pellere pugnam, & inde alorum lan-
guores curare. Quod quomodo factum esse
patres sapientissimi, ex pestis quæ nobis utilitas
adferat, prudentia, non in ea solo consistit,

Matth. 5.

Matth. 6.

A quod unionem diversis opportunam facit; hoc
enim & concordiæ datur: omnis, ut fanctio do-
ctori videtur, id concordiæ proprium est: id
id maximum pacis officium est, ut reniitentem
varium appetitum in unum consensum debeas on-
dine adigat. Propterea & B. Augustinus cum 19.
de civitate Dei multa genera pacis enumeraffet,
id tanquam proprium pacis adjecit, quod fit
fellicet tranquillitas ordinis, ut in pacem ori-
pariumque rerum ac hominum debita distribu-
tione conflit. Hoc & ii vos, patres reverem-
dissimi, ad pontificem maximum patrem & pa-
fulcum omnium fervat cotabitis, navicula Pe-
tri a dehiscentibus fluctibus tranquillam redde-
tis, principum animos cædes spirantes pacabi-
tis, barentium sedationem ac pacificationem
cum subditorum, infidelium imperus, qui tota
rabie diecim Christiano fangunine debacchantur,
invisibilium potestatum ope coercebitis. Illud etam
cum summa omnium vestrum gloria fiet, ut a-
pertissima ratione probetur, nulla unquam am-
bitione, nulla iniquitate, ad foliar religionis
amplificandæ gratia hanc varias & dissimras la-
bores vos constituimus fuscepisse. Quod nobis
omnibus ille concedat qui fine fine vivit & re-
gnat in fæcula fæculorum. Amen.

XLV.

*Ofilia oratio archiepiscopi Tarentini habita ad patres concilii Basileensis pro Eugenio quarto.*

*In nomine Jesu Christi. Amen.*

HUmanitismum & fanctissimum dominu no-
strum Eugenium papam, ejusque legatos ex
legationis papæ IV. intentionem, quam ex injuncto
legationis officio, communi bonum patrum &
dominorum meorum contenta & jusione, in-
tentionem explicaturus hic vobis, reverendi-
dissimi in Christo patres & domini, si quanta
decet dignitates vestras caritate & animorum mo-
deratione intellexeritis, populo Christi languine
redempto unionem, pacem & vitæ novitatem,
vestris vero animabus salutem, & multarum ca-
lamitatum ademptam allaturus esse, in Spiritu par-
cleto, & hujus tam pii propositi motore & dis-
rectore, plene confidimus. Sed ut ilabilius &
certius in hujusce rei narratione fundamentum
constituamus, exordiandum in primis pacendæ
editione arbitramur ab ipsius apostolici supre-
me potestatis & jurisdictionis origine & deriva-
tione. Deus igitur ille benignissimus & ex
magnus super omnes deos spiritu habitus est
prophetico, reverendissimi patres, quoniam
eorum habetes factum fuit, non regnet domini-
ori plebem suam: habere certe diminutam ab
excelso folio suo pervigilem humani generis tu-
tam, omnis ferme, & quæ bene institutus ha-
manitatis, & quæ desiderium mortibus illati-
tus, disciplina testatur. Hinc gaudere cum oper-
tio eique congratulimus viro in ethnicis Arithet-
ne arbitratur: & quod desiderium in nobis
hoc est intellectum diligentes, & honorantes
nebeneficiare. Hinc illud ad Timotheum apo-
stoli dogma, quo eos, quibus quæremus omnes
publicarum rerum tutela committitur, divino
tintu ad hujusmodi officii functionem assumptos
edoget, emanavifse potat pura & omni divinita-
tatis ejentia rerum certis perfectione abunde re-
fperta, quæ omnium entium esse per prima ac
que perfectius in se complectitur. Quamobrem
tum, quæ tantarum formarum capax erat ma-
terum communi omnium vocabulo Deum quan-
doque veteres nuncupaverat, quandoque om-
nium entium primum, quandoque archetypum,
quasi rerum omnium exemplare similarium.
Cumque ex ejus perfectionis & bonitatis redun-
dantia, atque omnipotentia interminata &
ineffabili, nulla exterior violentia coarctante,
nulla impellente necessitate, fed mera ac liberta
voluntate, ejus bonitatis diffusivæ motivi, &
fecundum accommodatas fpecierum perfectiones
fortita fit, operatorium principium Plato, pri-
mum casfam Aristoteles, dominum dominan-
tium fcripsere, quem Deum omnium & tanquam
omnium a voluntate proficifcentium libera do-
minus opifex constituitur) naturum illam ap-
pellavit propriam, ac sed vere fplendor inaffimis
bilis providentiæ ejus inter mundi femina, in-
terque varias rerum fpecies, & unius & equi-
dem ita potentis, atque omnipotentis cultus,
ordo quidam regiminis atque lex & ritus
naturalis inaafcatur, rectorem olympi gentiles,
regem regum fcripsere, magnum regem super
omnes deos, hoc eft angelicos fpiritus, feu
mortices oblium intelligentias, illam ipsam nun-
cupavit propheta David. Et illa itaque divina
natura bonitate & omnipotentia tantarum illa
rerum apud Genefim conferipta emanatio effu-
xit. Inde rerum inter fe tanta tamque admira-
bilis propagatio extetit. Et hac vero ad hu-
manum genus caritate, providentia, fludio ac
que cura, illa legis tradito & tabularum di-
gito Dei conferiptio ortum traxere. Hinc mo-
rum, facrificiorum, ceremoniarumque directio:
hinc illa intellabili caetenti & coeffentialis Pa-
tri & Spiritui fancto Verbi incarnatio, hinc
paffio, hinc resurrectio; hinc apostolorum mi-
nisterio: & , cum effet mundum profeinis fus cor-
poraliter incarnatum illud Verbum reliftorum,
illa mirabilis facramenti conflitutio, atque vi-
carii ejus electio, illusque cum fuprema au-
ctoritate & potestate fublimatio & inthronisa-
tio, cui data est fuper universo populo Chri-
stiano plena potestas atque jurisdictio. Quam-
quam populus ipse per diversas diocesses
fit diffinctus, tamen licet una est ecclesia ab
unico fundatore & capite Christo Jesu, ita unum D
oportet conflitutum populum Christianum: &
velut in eno fpecial populus unius ecclesiæ,
unius antistitis præsidentia exigitur, qui fic tu-
titus illius ecclesiæ capit, fic & in universali
populo Christiano pagoti unum esse totius ec-
clesiæ universalis caput. Hæc est ratio beatisdo-
ctoris Thomæ atque tenentia, quanto contra
gentiles, quanto contra Graecos & canonum
fancorum institutis concordant caput hujusmo-
di episcopum alme Urbis esse & Petri fuc-
cessorem, & principatum ecclesiæ universalis in
ecclesia Romana præsidere, 11. dist. cap. Nos-
lite. Et hæc profecto, & præfatatus auctoritas,
Petro tributus fuit, non ab hominibus, fed ab
ipso redemptore & salvatore nostro, & ab a-
postolis cum maxima veneratione collaudatis? non
enim ad solos Petrum fententia, ut est textus
11. dist. cap. Omnis. fed illud Verbum, quo
confituitur eft cælum & terra, per quod conci-
dita funt omnia elementa, Romanam fundavit
ecclesiam. Idem expeditius innuitur 21. dist.
cap. In novo, & cap. fequenti, cujus initium
est: Quamvis universæ per orbem catholice ec-
clesiæ conflitutæ unus Christi thalamus fint
fanctæ tamen Romana ecclesia nullis fynodicis
conflitutionibus ceteris ecclesiis praelata est,
fed evangelica voce domini & falvatoris nostri

Hebr. 5.

Psal. 94.

Matth. 16.

Cap. 18.

Cap. 19.

Cap. 21.

Gen. 1.

Psal. 18.

Cap. 17.

Cap. 18.

Cap. 19.

Cap. 20.

Cap. 21.

Cap. 22.

Cap. 23.

Cap. 24.

Cap. 25.

Cap. 26.

Cap. 27.

Cap. 28.

Cap. 29.

Cap. 30.

Cap. 31.

Cap. 32.

Cap. 33.

Cap. 34.

Cap. 35.

Cap. 36.

Cap. 37.

Cap. 38.

Cap. 39.

Cap. 40.

Cap. 41.

Cap. 42.

Cap. 43.

Cap. 44.

Cap. 45.

Cap. 46.

Cap. 47.

Cap. 48.

Cap. 49.

Cap. 50.

Cap. 51.

Cap. 52.

Cap. 53.

Cap. 54.

Cap. 55.

Cap. 56.

Cap. 57.

Cap. 58.

Cap. 59.

Cap. 60.

Cap. 61.

Cap. 62.

Cap. 63.

Cap. 64.

Cap. 65.

Cap. 66.

Cap. 67.

Cap. 68.

Cap. 69.

Cap. 70.

Cap. 71.

Cap. 72.

DIlu, ac spese reverendissimi Patres, & sceptris, & serphis reverendissimus Dominus (2) Cardinalis sancti Petri, de ego magno cum humilitate, ego & ipso absente nonnumquam veltras Paternitates supplicater deprecatus sum, ut ad ea quæ pacis, & concordiæ vos deficentes, cogitaretis in pace, & unitate ea sancta opera consumere, quæ quoque hoc in loco conveniste toti Mundo professi estis. Multa quidem honestia, & rationabilia concordiæ non obtulimus, quæ si acceptata extitissent, cum magna gloria, & honore vestro, cum summa denique totius Christiani populi lætitia ellemus confumationi ipsorum sanctorum operum victoriosorum. Sed usque modo permisit Dominus amores in dies oriri agitationes, ut forsitan inquientes imminent, ac præsens ruina nostræ periculum ad ipsam pacem nonnumquam ex ente, tandem libertas flectoremus. Detrevi ego nonnongnam cum totiens apud vos incassum de concordia vestrum secerim, mihi ipsi filentium indicere, ne forte vel imprudentia, vel peccatis meis obstitentibus dum persuadere ac prefecere loquendo enitor, diffuaderem, atque obiecerem magis, sed profecto ardens ad fidem Christi, de calchem pacem charitas non patiens in me diuturnum fore filencium: Vim mihi quandam infert, ut importunus fiam, & iterum atque iterum preces, ac monimenta repetam, nihilque in tanto difcrimine relinquam intemptatum, hoc præsertim tempore cum lilia occasio præbeat, quam si bene considerenus, charitatis Christi memores facile ad pacem ipsam inclinabimur. Ecce præsune ex Constantinopoli (3) nunciatum est Dominus Imperatorem Græcorum, ac Patriarcam Constantinopolitanum ad Navigium se accingere, & infra paucos dies se defendere in Venetorum portum. Veniunt, ut fide digni referunt, optimum ad unionem habentes animum, & ita disposita, ut ad omnem vestrumile fit, fine unione cum ecclesia nostra in pristinum non reversuros. Opus istud, quam sanctum sit, ac Deo gratum, & ecclesiæ utile vos ipsos interroga: qui vestris indulgentiarum litteris totum orbem cuftiantes (4) his verbis utimur. Nos animadvertentes, quantus Dei honor, & profectus ecclesiæ, quanta exaltatio fidei orthodoxæ, quantum incrementum nominis Christiani, quot millium animorum falus, quantaque utilitas, & innumerabilis bona pacto Christiano hinc forent perventura, non solum imperiis, sed & personis propriis fore exponendas, dignum judicavimus: Quid itemin (5) decretum, quod Carta Concivento ex vitceribus pietatis locuti fiti audire non piget, non enim aliena, sed vella dumtaxat velsra, in quibus tanc omnes glorianmur nostra: hæc illa sunt: Quid enim ecclesiæ catholicæ felicius, gloriosusque continegere unquam potest, quam quod toc Orientales populi, qui numero decimam quinquagesimam fere fidei fiunt, non mustum distare videntur, in eadem nobilissim fidei unitate conjungantur? Quid utilius, ac fructuosius nascentia ecclesiæ populis Christianus vidit, vel audivit, quam quod tam diuturnum pericolosumque scisma penitus extirpatum? Unde & aliam reipublicæ Christianæ Deo propitio utilitatem accrescere confidimus: ac hac enim unione, tum facta fuerit, plurimos ex nefanda Macedoni fida ad fidem Catholicam conversurandum est. Quid igitur pro tam pius, ac laudabilis rebus per Christi fideles temptandum, faciendumque non esset? Quis catholicus pro tanto nominis Christiani, & ecclesiæ fidei incremento, non modo caducum hujus Mundi substantiam, sed & corpus, & animam exponere non deberet. Hæc verba vestra sunt cum tanto charitatis igne eo tempore promulgata; his ergo verbis vestris vos ipsos re convenio Pa-



ANNO CHRISTI 1434.

Patres, ac fratres, si ex corde illa dicebatis, A
ut fiam veritate, & propter Christum, nonantem ad humanam gloriam talia loquebamini:
nece nunc cum eodem fervore illa ipsa magnifica, & gloriosa verba exequamini, & per ipsa
evidentiam ostendite illa ex animo processisse.
Rem ipsam, quam fermonibus commendastis,
implete jam, immo, quidem mira favore prisfimus Deus usque fere ad oblium excusationis
conduct, non relicitatis. Illum ardorem, ac
vehementiam spiritus, quibus hæc inceptisis,
nunc in executione deposco, illam exultationem,
illas gratiarum actiones, & lætitiæ cantum,
quod cœnistis: Te Deum laudamus:
illum Campanarum amœnum sonitum, cum
Dominus Henricus Menger orator vetter de
Constantinopoli revertetur; illam denique mendum
pecuniæ, quam pro felici hujus rei exitu
indictam, hac omnia nunc in ipso executionis
tempore vobis Patres commemoro, & antibus
vellrie incedo. En audivit Dominus preces vestras, jam Græci in portu sunt, vel appropinquant,
jam jam in manibus nostris est ostentatis
ecclesiæ tamdiu desiderata unio, quid differtis,
quid occasionem, refcio quam, aliqui quærunt?
Cur quæsdam ex vobis jam video vitrifies?
Meminertis quæso fraxrium verborum illarum quæ in prosecutione decreti indulgentiarum
cum tanta pronunciastis charitate; Vox illa
jucunditatis, & lætitiæ olim de Cælo lapsa,
nunc per os hujus fanctæ ecclesiæ, auribus populi
Christiani infiatet dicens: Consolamini, consolamini populi meus. Ecce populi Dei adest
tibi annus Jubilæus, annus generalis unionis
ecclesiæ: Consolamini, & Jubilamini omne aliis
pœnuntibatur, nunc in vobis ipsis fuscipite,
& ita, ut confumamini, quæ nunc est in fobis,
nunc non fuspeftmeto, sed adjuvamini fortitis;
Agricola enim per integrum annum in recolendo præsidio pervigil sit, in mefic tamen,
vigilantius, & laboriosius deludat, ut tegetem
metat nefficiens, & ipse fructum recondat. Quid
multis opus est? (ne defatigem vos fruftra) vehis illa vestra tamo flagrant ardore charitatis, tantumque desiderium, ac desiderio, ac ardore
adeo ignita funt ut nisi corda nobis in lapides
mutata fint, ad ipsam executionem sine mora
accingamur necesse est. Scriptum est enim
fimis Patres: Qui fcfeunt, Domini
fui, & non faciens illum, vapulabit multis
plagis. Voluntas Domini hæc est, ut bonus
pastor animam suam pro ovibus fuis
Sicut ipse pro nobis animam fuam posuit, ita &
nos pro fratribus nostris ponere debeamus, imo
& voluntatem, fuam, & ipse dominus
nos infinuat, ubi nonagina novem oves propter unam solam bonus relinquit pastor, & illam
solam perquirit usque quo reperiam ad ovile super
humeros reducat. Quod si pro unius ovis fanite
tanta bono pastori cura est, quod fi ex centum
ovibus, quadraginta aut quinquaginta quærendæ esset, quanto magis pastor, & reliqui
centum illis investigare? Quantæ vero Regiones, & Provinciæ, non dicam Urbes, aut
oppida orientalium partium diu ab ecclesia
nostra divisa manfeunt! Vos ipsis testimonium
fupra perhibositis, dum inter nos, & eos,
paucum nomeri afferitis differentiam. Ecce
clementissimus Deus, quod vestis, & orationibus postulavimus, jam ad nostram conducit
Domum, nam quod majores nostri & nos
tamdiu expetivimus, mare nostrum navigantes
nobis appropinquant, præsertim dum ab
criter ipsis obviam: Sicitis quod Pater ille,
dum filium fuum juniorem redeuntem de longe
aspexisset non expectavit ut usque ad (6) pergeret,
sed occurrit cadens super collum ejus, osculatus
est eum: & nos pro tanta fratrum nostrorum
multitudine ad nos venientium, est aliter
fieri non potest, etiam hinc furgamus, & occuramus illis, eos jucundis osculis & amplexibus
fuscipientes, & sicut Pater hic, quem
memoravi Christi nostri personam gerens propter
innocentia majoris fratris fuscepionem filii non
dimisit, ita & nos forte si cum aliqua perfona
quærunque, ex caula diffordiam habeamus,
hoc ad fuscepionem fratrum nostrorum nullum
nobis afferat impedimentum, & quemadmodum
ille minorem filium suscepit, majoremque
placavit, ita & nos unos, eodemque tempore propter Christum, & Ecclesiam grate occuramus. Græcis tam procul venientibus, & B
altos nostros pacificemus, concordemus, confolemur, ut simul omnes et eadem Ecclesiæ
domo vitulum faginatum epulemur cum symphonia, & lætitia: Quod fi propter domestici fcifordiis (7) vereremini Patres, tantum
bonum, quo ferme majus cogitari non potest
diffipati, quod Deus avertat, contigerit,
quafis quoefo erit totius Ecclesiæ luctus? Quantæ desolatio Christianorum, quanta exultatio
Turcarum, & Infidelium, quafis infamia apud
homines, & quæ apud Deum nobis manebit
condemnatio? Si fanctæ Ecclesiæ, ac pusillis
Ecclesiæ commitatur Dominus, expedire ut multa afinaria fuspendatur ad collum fum & demergatur in profundum, quod putandum est
fit nobis, (ut mihi videtur) fcandalumque fratrum,
nobisque unitij quærentium, quid item fcandaliemus universum populum Christianum,
quem paulo ante prædicationibus, fermonibus,
indulgentiis ad cooperandum huic fanctæ unioni invitabamus, & ad lætitiam provocabamus
dicentes: Consolamini, consolamini populi
meus. Si dicit aliquis, ut ait Petrus Ravennas
Avenionem, vel Sabaudiam, alloquia impediamus potest, quod alibi fiat eorum reducitio. O perdition, & desperationem, qui
nisi non modo diverit, sed vel leviter cogitaverit potest ne in mentem cujusjam Christiani cadere execrabile verbum hoc? an ne bonum se arbitrabitur Christianum, qui tot Gentium, & popolorum unionem fieri nolit, nisi in certo fit loco? nunquid pastor ille Evangelicus, qui nonaginta novem ovibus fuis
dixit, nolo illam ovem centesimam nisi in
hoc, vel in illo loco perquirere, & nisi eam
illi reperiero, alibi non quæro? Bonum mulier illa, quæ dragmam perdidit, quærere
ipsam contenta fuit tantum in uno domi angulo, nonne accendit lucernam, & totam everrit domum? Sed quid tu quicunque es dicas
ad verba illa memorati decreti prius conventi
cum Græcis? Verum deputati faci Concilii
cognoscentes fundatam, & reliditis ipsius Concilii intentionem, que est ut pro honore Dei, & pro fructu fidei catholicæ nullis parcatur laboribus, & expensis, judicantur non expedire, ut propter locum dumtaxat tantum bonum negligeretur; fiat concedo omnis diligentia, & ventiant quæcunque optatis, fed fi obtinent nequeat, quæramus eos in fines mundi, si necesse est: In eo enim loco, & in qua re fanctius, atque utilius laboratur, & peregrinari poffimus? Neque Apostolos Christi ausa indias, aut extrema expaverunt penetrare oc-

(1) Is fuit Jordanus Ursinus Romanus, qui fac. Purpura insignitus ab Innoc. VII. cum ante Abbatiæ potestet ecclesiæ ad Sabinenses translatus est ab Eug. IV. & Basilium ad synodum Legatus a. 1433. Vit. anim. ut urbes generalis congressus, ac extinctus Romanum cubat obiit an. 1439.

(2) Joannes Cardinalis Sancti Petri, cardinalitia dignitate, ac tit. S. Petri ad vincula donatus a Martino V. inter Basilicæ Legatos ad Concilium Basiliense, ac Sancta Sancta Sancta post Urbanum ... Legatus

ANNO CHRISTI 1434. cidentia, & oriunda, ut animas Christo lucrifiererent, quia Christus de Cælo descendit, peregrinatus in terris, & formam servi accipiens usque ad mortem crucis progressus est, ut nos filios faceret. Et quamquam ad hoc, quod de loco dicitur, multa tam per Græcos, quam alios dici possent, quæ sæpe numero hic audita sunt, in rebus interdum publica disputatio oblata est, & nunc si expedierit, offerretur, nihilominus, quia vereboum contentiones animos plerumque irritant, ad consultas præteruntur, solum de pace, & concordia fraterna colloquamur. Obiciet forte alter, cur vestras eos procedamus tam in nostras non ascenderint galeas? Quid quæso vocabulo illa? Nonne B de vestrum, in meo illum afferuntur; (6) nonne galeæ summi Pontificis galeæ Ecclesiæ sunt? si Ecclesiæ, cur non nobis? præterea, quis hominum, filium habens apud nobles captivum, si ad eum redimendum, ac reducendum, pecunias, & equum mittat, & ille alienis pecuniis redimatur, alienoque equo revehatur ad Patrem, non desideratum, ac diu quæsitum filium bonus repudiabit Pater, quem alienis pecuniis, alienoque equo poli captivitatem subolum videt? Intellexitis, Patres, quot bona, & promovere, & impedire facile potestis. Caveamus ne ispsa memoratæ sententiæ divine rei finis, dicentes: Servus Christi volunteas Domini sui, & non faciens illam, vapulabit multis plagis. C Sed quantum datur intelligi, hæc Græcorum unio ex difficilio inter summum Pontificem, & vos fuscitatio impediri potest. Cogitemus etiam quomodo & hæc fodare valeamus, ne simul conservemus unitatem Ecclesiæ nostræ, & unionem perfectamus Ecclesiæ Orientalis. Est, ut licitis, Dei voluntas maxima, & præcipua, ut super omnia charitatem pacemque, & unitatem hominis inter se cultodiant, ita contidem, ut nec discordiæ, nec dissentiones Deo gratæ sint illorum, qui adversus fratres aliquid rancoris habent, & eis non reconciliantur: Possum si volo gaudia, ac dictis, ac Dei Sacrificiis ipse diffudas ad hujus pacis perfuasionem adducere. Vos professi estis, pro pace populi D Christiani hoc convenire, & cum aliquos primo inter se audiffis difficiles, & ad ipsos, ut epistolis, aut nuncitis monuistis ad pacem, utentes verbis Domini, quæcunque dixit de pace, & unitate, suadentes rationibus, exemplis, quos bona sæpe, quos vero ex discordia provenunt malia. Hoc ipsum ergo fentite in vobis, quod in aliis, ne vobis dicatur: Medice cura te ipsum, & illud: Qui vides in vestras oculo festucam, in tuo cur non vides trabem? Neque enim gentes æstimabunt vos recto animo fed magis ad inanem gloriam, captandæque hominum favores pulsset inter vestrum pacem. Quandoquidem quæ est inter nos, atque inter caput, & membra, discordiam non extinguimus, nec extinguere laboramus, aut opitul

ANNO CHRISTI 1434.

vocatorum, oratorum, declamatorum copia A qui pro facilitate ingenii possint fe invicem confutare, & audientes multa fundere. Quid aliud ergo agimus? Nam dum quisliber partem suam tueri conatur, aliam turpiter denigrat, dehonestat, decolorat, & hic hinc inde crimina, falsa nor, an vera, Deus scit, in derisum, & subjudicium nostrum detegimus, & non totum mundo factimus contemptibiles, etiam ipsis concertationibus ad hoc ventum est, quod gladium e vagina utraque parte ejecit, non superstiti ut urbetur, & infligatur vulnus, quod, ut videre est non manus, non pedes, sed primo ictu ipsum transfigat cor. Vae nobis, vae sibi, si ad tantam problemat dementiam, ut ceteris, vae ecclesiae, si gladium nostrum in vaginam juxta sententiam Salvatoris non reponimus. Cur ergo ante illata vulnera, o magistri, & praecipuos ecclesiae, o perfidissimi pacis in populo Christiano de pace non cogitamus, quandoquidem his penalibus, & diffamationis procellibus non ad intentum reformationis, non ad conservationem authoritatis, seu decretorum, fed palam ad excidium devenitur ecclesiae?

Ulque nunc zelo charitatis accensus Vestras Reverendissimas Paternitates ad patem cum fomnopo Pontifice exhortatus fui, ex qua falus pendet ecclesiae, hac eadem erga ipsum summum Pontificem dicta intelligo, utrique enim intentio illi pacem quaerere cogitare ac quaerere, & tam ipse quam vos apud Deum, & homines, cum venia utriusque dixerim, vel erittis, fi pacem recolaveritis. Video autem, vinam facilissimum, jam forte apertam, qua invicem pacem habere, Graecos unire, & reliqua perficere fanctae opera, & totam demum Christianitatem confolari potestis. Reverendissimus dominus Imperator Romanorum fuis nunciavit Oratoribus fummum Pontificem omnium controversiarum, quas cum vestris Patentisabilibus habet vestri Iuam Imperiali majestatem Judicem, & arbitrum facere. Si paternitates vestrae id ipsum agere decreverint, fiat certe tenentur, par dici potest, jam facta: quod fi Summus Pontifex id egit, non multo magis id facere debere existimat unusquisque. Si probatio amoris exhibitio est operis, proculdubio piaeima dedit ipse Dominus Imperator, ut ad affectionis in eum jandia testimonia, Scimus omnes quanta fecerit, quotque se fabmiliterit laboribus ac periculis, ut nos protegeret, concilium fundaret, Ecclesiae, & augeret; nomo mortalium est, cui aequet aut fibi honor ac decus nostrum fit cordi. Et cum haec omnia propter reformationem facere dicatur, nullus fatt tam pretiosus, quam absens qui literis ac nunciis nos magis, quam ipse fubhortavit ad pacem. Quid autem non quaß homo, fed vult Angelisque domini egreis proxinguendo illis invertis (fchismate, quod tandem opera potiffime fum confantiae deletum est, plerique nostrum eo tempore videruut, & totus mundus cum lomna letitia, & ipsa laude admirans commemorat. Cum ergo tam nobis affectum, propitiumque ac favorabilem dederit Deus Principem, fine longiori deliberatione, uno ore, unoque animo ipsum cum hac exhortatio Card. Sabinensis pronuntiata fit in Conc. die 10. Decemb. an. 1437., ut habetur infra ex nota ad calcem addita in Gesta, & absunde Sigismundus Rom. Imper. extremum dum Carteri Conqua, que est Moravie urbs codem anno die 9. ejusdem mensis; conjectura est suis illis obitus nuncium non fuisse detatum Basileam nisi poli diem 10.; aut certe adhuc publicatam fuisse exhortationem; quo omnibus constaret, quatopere Eugenius Papa inclinaret ad pacem intendum cum fedi- tiosis. Porro fi verum effet, quod ex Aenea Sylvio in Hist. Bohem. c. 53. affirmat P. Pagi in Brev. T. 4. in Eug. 4. n. 115., fcil. obiisse Sigismundum circa finem Decemb.; omnis tollitur difficultas; verum cum hic nota, in Aenea, qui eo tempore vixit nullatenus monstrari diem, quo Carlae ille decessit, in arbitrium, & decisionem hanc pestiferarum litium aetlimemur, quod nisi fecerimus per nos negotia elle ecclesiae pax judicabitur, & nobis tanta adferibetur culpa. Agite igitur o Patres, en Eugenius amplectit cum gratitudine actiones nostras hoc, quod divina miseratio in hac rerum turbulentia largiri dignata est; & quamquam expedirent via illa hic, substantiae nostra pretii Medici, qui uni morbo plures providet medicinas, aperiatur & alia; multi enim fortaffe audire prius cupient pacis conditiones: monitorium vestrum gravat Papam, Papae transitio turbat vos; translationem dicit ipse fectile propter monitorium; vos autem monitorium propter non obtemperatum decretorum, tollantur pariter monitorium, ac translatio, & fummus Pontifex certificet nos modis convenientibus de observandis decretis, quae talia fint, ut fimul reformationi, & honori Dei possibilitas non provideant. Ecce cum pace & honore vestro habebitis, quod optatis, quod quidem per contentiones poffet confequi nunquam. Et cum per hunc modum nostro defiderio satisfieri videamur cur nos, & ecclesiae tanto fubjicimus discrimini? & quum Graeci jam fint in foribus, ne tam diu omnino pertitetur opus, non progredi ad potiora. Aliqui praestantiores ex nobis, qui ipsi Graecis omni conatu fuadeat ut huc, vel Avinionem, aut Sabaudiam profficiscantur, fatisque in hoc eaufa, & extremi diligentia, fi obtineri poteft, in nomine domini contentemus omnes, & illuc accedamus: Si vero adhibita omni cura, Beni nequeat, cum ut ad ea aliqua loco difcutiendo, nobis tamen tuto, & accommodo Graecis, ac fummo Pontifici; cum Graecis enim fine ipfo unio fieri non potest, ipsi autem praefentiam Papae in Concilio illo omnino expofcunt, quae quidem multis ex caufis opportuna valde est & quodammodo necessaria & ex nunc & praeferim in ipfo Concilio Oecumenico, omnium praeterintentum differentiam obliti cum charitate, & unanimitate pro unione Orientalis ecclesiae, & morum reformatione totis intendamus viribus. Interim vero dum illae praeparantur, quibus fcant hinc inde processus, & agitationes; expensae autem haftenus facfae pro negotiis Graecorum, in omnem eventum his, qui eas fecerunt, refituantur omnes.

Ecce Reverendissimi Patres cum fumma gloria vestra unitatem Ecclesiae nostrae conservare, & unionem Orientalium populorum, quique fanctae reformationis, quorodoscque adeo defiderare dicimus, perficere in manu vestra est; pro Deo ergo cum intentum nostrum plene, & quoad affecpsi possimus, ecclesiae fimul ac nobis pacem demus ipsamque, & pariter nos confolemur; ficut pofficiri lomus, ubique praedicantes: confolamini confolamini populo meus; consolamini populus Chriffianus, qui ex illa fola difficili fafpicione contriffatur, & maeret, ex hac nolita concordia confolabitur, & exultabit; & non tamquam Patres, & Angelos Dei venerabitur, & dignis laudum extollet praeconiis. Oblero igitur omni quanta possum humilitate, obtestor quae vestrum quemlibet per illad terribile tribunal Christi & illum terribilem judicii diem quo vellimus, nollimus omnium cogitationum, & actionum nostrarum rationem reddemus, perque ipsum redemptorem nostrum dominum nostrum Jesum Christum fupplex exoro, qui venient in Mundum pacem annuntiavit, ut conversans in Mundo pacem praedicavit, transiens ex mundo pacem reliquit, refurgens a mundo Pax vobis dicitque, cujusque omnis actio, & doctrina patem, & charitatem redolet, per ipsum inquam mediatorem Dei, & hominum Christum, qui sanguine fuo pretioso mundum divinae jusitiae reconciliare potest inter Deum, & hominem: cum internis lacrymis B fupplico, ut media haec pacis honestia quidem, & rationabilia, & vestri fanctaeciatis dedite- tiis, ampleti dignemini; Quod si egeritis maximum in Caelo, & in terra facietis gaudium, Deum in omnibus vobis propitium reddetis, hominum mundi ad vestram trahetis obeditiam, & devotionem, memoriaque nominis vestri in perpetua benedictione erit; Secus vero si feceritis, quod Deus avertat, jonnum tollantur fcandalorum, quae ex hoc fequerentur difficilis, tota vobis imputabitur culpa, & dicet mundus: *Vos Ipsoque*, & data opera poffitis in ecclesia pacifica bellum, quorum ex contentionis patias violatile ambitiones, & paffiones explere. Demum pro hujus executione concordiae, & ad C fatisfactionem mundi omnes, vestra ipsos Graecos in nomine domini proficifci intendens Reverendissimis Patentisatibus vestris hanc meam exigunt sententiam, & quidquid in me est vitium ad laborandum, & operandum, & conda agendum, quae pro pace Ecclesiae nostrae, & unione Graecorum, atque honore vestro mihi jubere dignati fuerint, &c. Laus Deo, &c.

Die Veneris xv. Decembris 1437. in Generali congregatione Sacri Basiliensis Imitanae Reverendissimo P. D. Cardinali Sabinensi Legato lecta fuit praesens exhortatio, &c.

X.

*Epistola Concilii ad Joannem Illustrem Salzburgensem.*

Rinaldus ibid. an. 1437. Conclus. Tom. 4. Concil. Germ. Sess. 8. n. 87.

Sacrosanctae ac Venerabili Joanni Archiepiscopo Salzburgensi salutem &c. Satis intelligitis credimus tuam, quanta necessitate impulsa fuerit haec fancta synodus pro conservatione authoritatis Concilionum generalium, & orthodoxae fidei, atque falute publica, & totius populi Christiani, procedere ad depositionem justissimam Gabrielis, olim dicti Eugenii Pape IV. qui ipsius authoritatis ecclesiae & Concilionum contumaciter erat, declarationes & decreta in fide moribus per canones ecclesiae fancta contemnens, & parvipendens, atque eorum hanc fanctam Synodum omnino profitemere volens, & variis perseccutionibus longo tempore impetens. Nam & facile omnes consiipere poterant, quanta detrimenta, quantaque inconvenientia immineham universo orbi, li in hoc certamine victa fuiffet praefata authoritas Concilionum: & denique potuitfet unus homo pro libito voluntatis agere de tota ecclesia, & Christianitate absque hoc, quod per ipsa Concilia corrigi potuiffet. Quid inde pati potuiffent & Praelati & Principes, & particulares





res ecclesiae orbis, nemo fapient ignorat. Audivit etiam devotio tua, quomodo ecclesia eft authoritate hujus facri Concilii repraesentantis universalem Ecclesiam, D. Felix Papa V. qui prius Dux Sabaudiae, & Decanus Militum in foliudine Roppallis Gebennensis diocesis existens in habitu fimplici, & humili observatione constantiae, ac honestae conversationis Domino famulabatur, prudentia, benignitate, justitia, clementia, & aliis claríffimis virtutibus praeditus, pacis cultor, confolator pauperum, bonorum & fludiosorum virorum amator, litteratus, & in rebus ecclesiafticis exercitatus; quo penitatis terum, & perfonarum circumstantiis nomo magis idoneus pro defendenda authoritate concilionum, & fide catholica, profequendaque falute publica omnium Christianorum eligi poffe visus est, ut quem legatos, & oratores nostros dilectissimus ecclesiae filius Ludovicus titulo S. Cecciliae facro-fanctae Romanae ecclesiae Cardinalem, Arelatensem vulgariter nuncupatum, aliosque complures venerabiles episcopos, & dilectos ecclesiae filios Abbates, Magistros, & Doctores, inter quos etiam fuit Jacobus Fitzhamer Procurator devotionis tuae, qui electionem ejusdem fummi Pontificis interfuerat, pariterque cum ipsis Joannem Comitem de Tyerfelin locum tenentem Protectoris Imperialis, Ludovicum de Landre Protonotarium per Altarium ordinis B. Mariae Theutonicorum, & Guillelmum de Grunenberg milites transmiffis, ut confolatione ipsius filii ecclesiasti fidei praefiandum requiererent. Suscepit autem eos benigne ac honoriffice, exhortationeque & requisitiones eorum audivit; & quamquam fibi non esset gravis esse in Mundo vivere cum quietum & tranquillam agere, fuppeteute fibi bonorum multorum abundantia) nunc tantis curis & folicitudinibus fe exponere; quum audiffis praefatis Legatis, & Oratoribus nostris, quae tantaenimbus ipsorum, timuit offendere divinam Majestatem, ipsi vocationem ecclesiae ejus obsequia in hac necessitate quaerantis rejicere; vulnerique portius fervire Domino Deo fuo in defensione fidei, & authoritatis Concilionum, ac proficentia ecclesiae falutis, quam propriae quietis consulere, fuum consensum electioni fuae praestitit, profitiemon fecit cum omni devotione & gratulatione, juxta formam ordinationis hujus fanctae fynodi; & officium summi Apostolatus in fe fuscepit defiderans, prout informatis fuis, toto ex corde, & omni potestate fibi a Domino tradita illa agere, quae fancta & bonorem ipsius Altissimi, Ecclesiae falutem ac pacem, & commune bonum omnium Christianorum. Hesterna autem die reverfus est ad nos praefatus Cardinalis Arelatensis cum Collegis suis, quos pariter ad ipsum D. Felicem Papam miseramus: quibus adventantibus defiderium nostrum esset folemnem legationem mittere ad devotionem tuam, & congregationem tuae provinciae, quam die Conventionis S. Pauli celebrandam esse intelleximus; nec dubitamus etiamnunc D. Felicem Papam illue fuos mittarum fuffiere Oratores, & Congregationis illius nocitiam habuiffet. Verum cum fit praefata adeo proximus fit, ut ultatenus neque per ipsum, neque per nos, poffit in tempore parari legatio; has litteras festinanter tuae devotioni transmittere duximus, & ipsam in Domino exhortari, ut velut fortis athleta veritatis, & defensor authoritatis Concilionum generalium, ac zelator hujus fanctae fynodi, & publicae falutis ac pacis

ANNO CHRISTI 1434.

tiæ, omnes suffraganeos, & alios ibidem congregandos efficaciter inducat, ut debitam obedientiam eidem S. Synodo, & præfato D. Felici Papæ V. semper exhibeant, nec illam viam periculosissimam ingredi velint, ut per modum cujusdam neutralitatis obedientiam suam ab omnibus subtrahant; quæ plurimum cederet in præjudicium ecclesiæ, & auctoritatis ejus, ac etiam periculum animarum. Oportet enim Christianos semper esse obedientes Deo, & ecclesiæ ejus; & ipse Deus, & Salvator noster Christus ad ecclesiam suam dixit: *Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit*: nec ullatenus permittendum est, fidem Orthodoxam & facta ecclesiæ in hanc fluctuationem adduci, ut post judicium generalis Concilii universalem ecclesiam repræsentantis, aliud quæratur Concilium, quod de judicio Concilii præcedentis habeat judicare: quia sic nulla esset firmitas in judiciis ecclesiæ, semperque omnia fluctuarent in incerto, possetque homo quispiam perverse agere volens semper judicium Concilii generalis effugere sub præstolatione alterius Concilii: ex qua re inferretur plaga gravissima ecclesiæ Dei; enervaretur Conciliorum auctoritas; periret obedientia, quæ illis debetur ab universis Christi fidelibus, & fidei catholicæ irreparabile afferretur detrimentum. In his autem plurimum de probitate tua confidimus, quæ suo exemplo, suaque doctrina, & exhortatione plurimum hoc tempore proficiet ecclesiæ Dei; nec minorem de ea probitate confidentiam gerit præfatus D. Felix Papa, qui propter merita devotionis tuæ, de quibus informatus est, plurimum tibi afficitur, magnumque meritum serviendi eidem ecclesiæ, in conservationem auctoritatis, & firmitatis ejus, ad salutem præsentem & futuram Christianorum sibi acquiret eadem devotio tua: quam in cunctis feliciter dirigere, & conservare dignetur Altissimus.

## XI.

Edidit Hommey in suppl. Patrum.

*Oratio præambula responsionibus Deputatorum S. hujus concilii ad articulos Bohemorum per Dominum Abbatem Cisterciensem.*

### *EDITORIS PRÆFATIO.*

*Hujus orationis Auctor declamatorque fuit Joannes 38. Cisterciensis Abbas. Hic cognomento de Alneto, ex Abbate Ursicampi 1428. Synodo Basileensi 1435. tam pro suo ordine, quam nomine Parisiensis Academiæ adfuit, & inter Patres maximam laudem promeruit: quippe qui Orator solus ad Bohemos, a Carlerio, Joan. de Ragusio, de Palomar, Ænea Sylvio multum efferatur. In causa fidei cum 2. Episcopis judex deligitur; ann. 1440. occubuit. Porro huic orationi maximam lucem afferent, quæ habentur tomo duodecimo Conciliorum pag. 442. & seq.* (supra in hoc tomo col. 197.) *in compendiosa narratione hujus Synodi actis præfixa, qua ex Ænea Sylvio & M. Ortuvino Gratio describitur*, quomodo Bohemi vocati productique sunt ad Basileensem Synodum Oecumenicam, & quid illic egerint. *Inter alia multa pauca hæc excerpsisse sufficiat, quæ hujus dicendi institutum scopumque aperiunt; additis præsertim egregiis ex nostri MS. margine notis, iisque historicis, quarum certus auctor me latet; tametsi eum hujus conventus fuisse oratorem, aliis dicendis suspicor conjecturis.* Ambassiatores, inquit, Oratores &c. Bohemorum quarta die Januarii Basileam venerunt. Porro nono die ejusdem mensis cum Synodum accessissent, habuit orationem Julianus Cardinalis, de eo quod quidquid usquiam dubiorum est, id auctoritate Concilii definiri debeat &c. quæ quidem oratio non omnibus probabatur. Habuit & Roccizanus orationem nomine Bohemorum, diem postulans, quo audirentur. Is fuit destinatus decimo sexto hujus mensis. Quo die Joannes Roccizanus pauca præfatus, primum articulum de communione sub utraque specie proponere cœpit usque in tertium diem, semper ante meridiem. Deinde Wenceslaus Taborita secundum articulum de corrigendis, & eliminandis peccatis publicis in medium protulit per bidui spatium. Post quem Uldaricus presbyter orphanorum tertium articulum de libera prædicatione Verbi Dei, duobus item diebus proposuit. Postremo Petrus Payne Anglus de quarto articulo, qui erat de civili dominio Clericorum per tres dies disseruit. Fecerunt autem copiam suarum disputationum sacro Concilio in scriptis, & gratias egerunt, quod auditi fuissent. Posterioresque tres satis inciviliter in nostros invexerunt, Joannem Wiclefum, & Joannem Hussum a doctrina laudantes, nihil veriti Doctores Evangelicos vocare, quos pridem Ecclesia damnarat. Exigebat res, ut Bohemis aliquid responderetur. Itaque surgens Joannes de Ragusio, Theologiæ Professor Ordinis Prædicatorum Procurator generalis, petiit clara voce in medio congregationis potestatem sibi dari, ut responderet privato nomine ad primum Bohemorum articulum. Assensit Synodus, octoque diebus respondit horis antemeridianis. Antequam autem inciperet respondere, Joannes Abbas Cisterciensis orationem ad Bohemos habuit, ut se submitterent determinationi sanctæ matris Ecclesiæ, quam id sacrum Concilium repræsentaret &c.

Notæ ex Ænea Sylvio.

*Jam ad notas ex codice veniamus, quarum statim prælusimus mentionem: sic autem habet ad primi folii marginem infimam*: Est sciendum, quod in prima die audientiæ Bohemorum magister Joannes Rochisana habuit propositionem primam in præsentia sacri Concilii: thema illius fuit: *Ubi est qui natus est Rex Judæorum*. Nam & hic actus infra octavam Epiphaniæ (16. *mensis Januarii vid. supra*) aut circa, agebatur an. Dom. 1433. Post ipsam magister Petrus Anglicus Ambassiator Bohemorum habuit secundam propositionem, cujus thema fuit: *Ortus est sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur*. Intellexerunt per solem prædicatorem Joannem Wiclefum, aut Joannem Hus hæreticos in Concilio Constantiensi damnatos, qui miserunt quatuor radios, quatuor, ut dicunt, veritates, scilicet quatuor suos articulos, ad quorum notitiam gens Bohemorum congregata est, & in regione sua, sive cubili collocabuntur. Quod igitur hic dicitur, per solem intelligi ab ois Concilium generale, dicitur ex quadam benignitate. Et revera in ista oratione, (*versiculum sacræ scripturæ nomine orationis, quantum assequor, hic indigitat.*) Per solem recte ipsum sacrum Concilium intelligitur. *Oratione integre descripta ad ejus finem hæc adhuc appenditur observatio*. Sciendum, quod sacrum Basileense Concilium deputavit quatuor Doctores, videlicet magistros Joannem de Ragusio, Ægidium Carlerii, Henricum Haltisem, & Joannem de Palomar, primum & tertium Religiosos de Ordine Prædicatorum, secundum & quartum sæculares, ad respondendum quatuor arti-



ANNO CHRISTI 1434.

culis Bohemorum propositis per quatuor viros Ambassiatores, scilicet per Magistrum Joannem de Rochizana, Dominum Nicolaum de secta Taboritarum, Dominum Wlricum de secta Orphanorum, & magistrum Petrum Anglicum, ut primus a Concilio Deputatus primo Bohemorum Ambassiatori de primo articulo sic responsurus. Secundus secundo, tertius tertio, & quartus quarto. Verumtamen Concilium retinuit sibi potestatem addendi, diminuendi, interpretandi, corrigendi, ac definiendi in præmissis, & aliis materiis. *Hactenus notæ. Jam ad orationem veniamus.*

## ORATIO.

Thema orationis Rochisan.

SAcrosancta Basileensis Synodus in Spiritu Sancto legitime congregata, quæ in medio tui habes illum natum Regem Judæorum, quem dudum magi ab Oriente venientes adoraverunt fideliter, omnem infallibiliter potes docere veritatem, quæ specialiter a Domino constituta & electa esse crederis, ut per sanam doctrinam, & judicium rectum evellas & destruas errores, & hæreses, per sanctam denique desideratam ac toti mundo summe necessariam omni statui reformationem ædifices & plantes seminaria virtutum, peneque, heu! derelictas sanctæ conversationis operationes: verba mea, quæso, tuis auribus benignissimis clementer percipe, & patienter intende voci orationis meæ: neque enim a te rem expostulo tibi difficilem, quam vel conveniat tuæ gravitati denegare: pro fide namque catholica, pro lege Dei nostri, pro justitia, pro omni populorum utilitate loqui mihi animus est. Talibus namque hostiis juxta modum loquendi Apostoli, promeretur Deus; iis oblectamentis, ni fallor, ne dum hominum, sed etiam Angelorum mulcentur aures; hoc adipe vivit, singulariterque saginatur anima fidelis, dicente Salvatore: *Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei*. (Matth. 4. 4.) *Plenus sum* quidem *sermonibus*, & sicut beatus Job loquitur, *quasi mustum, quod absque spiraculo novas lagunculas disrumpit, sic coarctat me spiritus uteri mei*: (Job 32. 18. & 19.) nec dimittere te potero, nisi benedixeris mihi. *Conceptum* enim *sermonem, quis poterit continere?* ait ipse Job (Job 4. 2.), Nuper enim ex ore hic astantium Ambassiatorum inclyti regni Bohemiæ suscepimus Christum, quod jam vulgatur per orbem: *Ortus est Sol, congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur*. (Thema orat. Petri Anglici. Psalm. 103. 22.) Sed quænam provenire poterit mundo ex hac consolatione lætitia, si quominus festinanter efficaciterque impleatur quod sequitur: * *Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam usque ad vesperam*: (* Thema hujus orationis. Ibid. 23.) *Thesaurus enim invisus*, ait Sapiens, *& scientia absconsa, quæ utilitas in utrisque?* (Eccli. 20. 32.) Per solem autem, ni me fallat memoria, Ambassiatores ipsi sacrum generale Concilium accipiunt, quæ si quidem acceptio tanto commendabilior redditur, quanto inter solis sacrique Concilii proprietates convenientia invenitur major. Sol quippe, sicut Scriptura testatur, omnia illuminat, *Gyrat ad meridiem, & reflectitur ad aquilonem, lustrat universa, & semper in circulos suos revertitur*. (Eccl. 1. 6.) Sacrum autem Concilium quid aliud facit, quam suis exhortationibus piissimis orbem universum illuminare, purgare & perficere, gyrat ad meridiem, reflectitur ad aquilonem, & lustrat universa, continue videlicet ad omnes Christianitatis regiones, ut omnes lucrifaciat, solemnes nuncios destinando; illos revocando ab erroribus, istos ad pacem & concordiam reducendo, cunctos, prout prævalet, attrahendo ad salutem, semper tamen in suos circulos revertitur: quia propter agenda extrinseca nunquam omittit exire ad opus suum, sanctam videlicet ecclesiæ reformationem, ipsum opus, Domino largiente, continuaturum usque ad vesperam, id est, usque ad Deo acceptam ejusdem reformationis consummationem. Cum enim, teste Scriptura, *homo nascatur ad laborem*: (Job. 5. 7.) ita ut primus homo, qui justitia originali præditus erat, &, secundum multos doctores, in gratia fuerat creatus, in paradisum voluptatis fuerit positus, ut operaretur. Quisnam putabit ob aliud hunc solem exortum esse, nisi quatenus homines sub ipso congregati, ad opus, propter quod vocati sunt, exeant, per hocque totus mundus accipiat benedictionem a Domino & misericordiam a Deo salutari suo? Sane cum omnium opifex Deus sua ineffabili providentia res creatas non solum propter esse, sed magis propter operari produxerit, dicente Salvatore: *ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut ardeat?* (Luc. 12. 49.) Necesse est, ut homines, quos Deus inspirat, & adjuvat, quamdiu lux orta est eis, ad opus exire non morentur, sicut scriptum est: *quodcumque potest manus tua facere, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas*. (Eccl. 9. 10.) Nam & beatus Apostolus suum instruens Timotheum, maxime ipsum ad operandum sollicitabat, dicens: *Sollicite cura te ipsum exhibere Christo Deo operarium inconfusibilem vere tractantem verbum veritatis*. (2. Tim. 2. 15.) Parum quippe est, inquit, gregis mala fugere, inquinamenta hujus mundi devitare, nisi etiam quisquis studeat bonis operibus abundare. Hinc Salvator noster quorumdam arguens pigritiam qui volunt, & non volunt, post ipsos clamabat: *Ambulate dum lucem habetis, ut non tenebræ vos comprehendant: quia qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat*. Hæc igitur magnus ille regiusque propheta David, qui se super senes intelligere gloriabatur, solerti mente considerans, pleneque spiritu Sancto ipsum docente concipiens ortum solis parum prodesse, nisi ejus lumine irradiati exirent in opus, cum præmisisset: *Ortus est Sol: congregati sunt, sed in cubilibus suis collocabuntur*; (Psalm. 103. 22.) convenienter subjunxit: *exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam usque ad vesperam*. (Ibid. 23.) Sed jam pulsat animum quæstio, quodnam sit illud opus, ad quod Propheta hominem sollicitat dicens: *Exibit homo ad opus suum*. Itaque licet plurimæ secundum utrumque hominem conveniant hominibus operationes, ex ipsis tamen omnibus duas dumtaxat mente considero, de quarum qualibet pro præsentis operis complemento, prout ab alto mihi conceditur, satagam breviter aliquid aperire. Duplex igitur opus meæ occurrit considerationi, ad quod per præmissa prophetæ verba homo dici potest rationabiliter excitari. Primum est unitatis & concordiæ vinculo corda fidelium dissociata conjungere. Secundum est salutaris sapientiæ poculo sitibunda fidelium corda reficere. Primum opus per Apostolum omnibus hominibus generaliter injungitur, cum dicitur: *Solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis*. (Ephes. 4. 3.) Secundum opus catholicæ veritatis doctoribus per eundem Apostolum in persona Christi fuisse videtur specialiter impositum, quando eidem Tito dictum est: *In omnibus te præbe exemplum bonorum operum, in* (Tit. 2. 7. & 8.)

doctri-

ANNO CHRISTI 1434. *doctrina, in integritate, in gravitate. Verbum sanum & irreprehensibile, ut is, qui ex adverso est veretur, nihil habens malum dicere de nobis.*

Ad primum igitur opus exercendum, quod est per unitatis & concordiæ vinculum difficilia fidei dictum cordi conjungere; ita, ni fallor, hodiernes efficiatur stimulant, & impellunt, vindicet, natura, caritas, & humana necessitas. Natura quidem ad procurandam unitatem omnes hominem inclinat, & impellit; ipsa quoniam secundum imaginationem Boethii in libro de Unitate & Uno: Tam essentiale & propriam est creatæ naturæ esse unum, & esse ut esse: & ita ficut creatura naturaliter diligunt sui esse conservationem, ita naturaliter fugiunt divisionem, per quam definunt esse unum, & de quodcumque in plura dividi incipiunt. Quonium omnium, inquit ipse Boethius, subsistantium motus est ad unum: nihil eorum quæ sunt, appetunt esse: multa, sed omnia sicut appetunt esse; ita & unum esse, & hoc proprium, quia omnia egrediuntur & producuntur a Deo, qui est summe unus, ipso dicente: *Audi Israel, Dominus Deus tuus Deus unus est.* Et hac ratione forsan moti fuerunt quondam beatus Augustinus, cæterique tam Theologi, quam philosophi tractatores unanimiter ponentes, quod omnia naturaliter pacem appetunt; in hocque fuisse fortasse fundant imaginationem, Plinius, cæterique antiqui Philosophi de proprietatibus rerum differentes, qui in suis scriptis colligunt multas aves naturaliter animalia brata ad unitatem & concordiam sic affici ut si cale ab invicem fuerint divisæ, quemnunquam recipiant; dicentes prout pax & concordia ipsis competere possunt, unitatis & concordiæ vinculo reunita extiterint; & hoc est, quod dicit Sapiens: *Omne animal sibi similem diligit.* Et ex hoc patet, quod hominem ab aliis fe dividentes ferus diviti, ad ipsorum reconciliationem cum his a quibus divisi sunt non laborantes inclinationem non sequuntur naturalem, sed eidem repugnant, & per hoc inferiores brutis animalibus constituentes. Caritas insuper hominem ad laborandum pro unitate & concordia incitat, & indicat, dicente beato Gregorio: Caritatis proprium est nutrire concordiam, servare composita, conjungere difficulta, & virtutes cæteras perfectionibus manutinere. Hinc clementissimus Deus se Caritatem, & Deum pacis nominat: quia ellentia ipsius est disperios congregare, divisos unire, & hominis adinvicem, & cum se ipsis, secumque reconciliare propter quod bene determinat Apostolus Corinthiis scribens, quod homo si linguis loquatur Angelorum, & fidem habeat, omnia sciat, omnes ejus quatur, caritatem autem non habeat, nihil est. Et ex his pace, quod homines ab aliis se dividentes, seu diviti ad ipsorum reconciliationem non laborantes, caritatem non habent, neque actus ipsorum ex caritate procedunt, licet intordum habere videantur speciem pietatis: ut inde est, quod Christi tradatur incepti pro pace his dictum malis vosivum non fortiantur effectum: quia homines caritatem non habent, sine qua pax non habetur. Joseph enim, licet in libro Genesios legitur, omnia bene eligebant, & erat vir in conflictu prosperæ agenti: Hanc certe: quia Deus ipse inquit: *nemo enim potest facere vel habere caritatem, plane desipit.* Demum ad laborandum pro unitate & concordia Sidelium hominem inclinat, & indult humana necessitas: cuilibet enim homini quamdiu peregrinatur a Domino, duplex unitas necessaria est. Una videlicet civilis & politica, qua reguntur & conservantur corpora & bona mundana, sine quibus spiritualia diu continuari non possunt: qua unitate necesse est illos esse unitos, qui eadem regimine politico participant, & ab ipso esse volunt, sicut in Politicis Philosophi: *Omnis populus congregatus in Jerusalem, erat quasi vir unus.* In hac unitate populi plurimorum consistit, a republica cujuslibet politiæ continuatur, & per ipsam, sicut dicit Salustius, parvæ res crescunt, quemadmodum discordia magnæ dilabuntur. Quanta autem ex necessitate, ut homines ad hanc unitatem conservandam laborent, ex defectibus lamentabilibus, ad quas miserabiliter redacuntur regna, provinciæ, communitates & populi, ex quibus tales unitates sunt, longe certius, quam rationibus specularivis potest demonstrari. Quis enim in hac gente *de fonte fortes* [illegible] Jordanis lacrymis lavare sufficeret in amaritudine animæ suæ recogitans claritissima regna & dominia Christianorum ob defectum predictæ unitatis ibi subsistere non posse, obedie Sidelis Christianorum prædicat: *Omne regnum in seipsum divisum desolabitur & domus super domum cadet.* Proinde Latin sapiens mentalis lingua non sufficit, quanta sit, & erit perpetua temporalis dignum commendatione hoc factum generale concilium, quod nimia devotum caritate inter alia cuncta specialiter conquirit, quantumque voluit pro eorundem regnorum & dominiorum ac totius Christianitatis pacificatione. Alia vero unitas hominum caritatis est, unitas spiritualis & ecclesiastica, quam desiderans Apostolus dicebat: *Unus Dominus, una fides, unum spiritus, unum baptisma.* Hæc quidem unitas, quoniam humana necessitate est, ut extra ipsam omni fit salus. Ab hac unitate nemo volens in ipsam ingredi recusatur. Per hanc unitatem homo efficitur membrum Christi, & fiunt, sicut ait Augustinus, omnes, & tam triumphantis, quam militantis ecclesiæ, si obicem non ponit, suffragiorum receptit participationem. Ad hanc unitatem obtinendam, conservandam, & retinendam tanto servatutius quilibet homo laborare tenetur, quanto minus sine ipsa quisquam, sive spiritualiter, sive temporaliter diu potest subsistere. Sane unitas ecclesiastica, secundum traditionem Apostoli, fundata fit & mensurando per comparationem ad corpus humanum, necesse est, ut fiant membrum a corpore desinere dividunt aereicit & in pulverem revertitur; ita homo, gens, provincia, & communitas, & populi, qui, vel quæ ab unitatem ecclesiæ fidelitas, nedum spiritualiter, sed etiam civiliter tamdem redigantur ad nihilum, etiamsi post ipsorum divisionem ad tempus floreant, & exaltentur sicut cedrus Libani. Quemadmodum filii Benjamin postquam se dividissent a reliquo populo Israel, ad tempus floruerunt, plurimaque obtinuerunt prælia: sed tandem, sicut judicum tradit historia, cum rogati ad unitatem fratrum fiorum redire non vellent: *Sic a vobis fugitantes usque ad jumenta deleti fuerunt, & consumpti sunt, sicut carum urbes & vicinia vastatæ, & consumptæ, ut postmodum filii Israel penitentia delti dicebant: Ablata est una tribus de Israel.*



Divina voce laborantibus & oneratis refectio datur & bonor. Ideoque ministros in ecclesiis residentes aliqua prærogativa decernimus honorandos, flatuentes ad solos residentes pertinere vacantia cathedralis ecclesiæ Episcopo vel pastore, providere de vicariis, œconomis, vel aliis administratoribus bonorum & jurium spiritualium & temporalium pertinentium ad ipsam ecclesiam vel prælatum futurum, præterquam in nostra Gradensi ac Aquilejensi & Civitatis Novæ ecclesiis, fere ab omnibus detestabile. In vicariis, œconomos, administrat ores fic electi eidem capitulo, antequam de administratione aliqua spiritualium vel temporalium se intromittat, præstent sufficientem & idoneam cautionem, vel faltem jurent de bona & fideli administratione prædictorum. Et quia rationem reddent ipsi capitulo, nihilominus tamen præfato infra ivi dies pollquam fuerint requisiti, *a Notario*, de gestis, receptis, & administratione. Alioquin ex tunc eo ipso a beneficiis, quæ obtinebunt, vel alias ecclesia, noverint se suspensos, & nihilominus tenentur ipsam ecclesiam & prælatum conservare indemnes. Insuper tenentur prædicti, postquam administrationem prædictorum officiorum acceptaverunt, infra menses ferre juramentum, & illud sub manu publica cum canonice præsentare futuro præsuo fideliter conservandum. Declarantes, quod Archidiaconus, Archipresbyter, Primicerius, aliique personatus habentes in ecclesiis cathedralibus sedrat electus & canonici, & pro vocem in capitulo fieri consueti, & aliis habere debent in omnibus negotiis ecclesiæ & capituli tractandis, ordinandis, & exequendis.

*Idem.*

Vacante abbatia per Priorem, vel Priorissam, & si defuerit, per antiquiorem diferetam, & si conventus ipsius monasterii secundum regulam & consuetudinem approbatam districtius inhibentes, ne infra illud vacationis tempus, Priorissa, vel monialis exire audeant. Et nemo monasterii sui, quosque abbatissa fuerit confirmata, & in possessionem recepta, aliquis in casibus in jure expressis. Et si aliqua alius fuerit exiverit, præter divinum ultionem sit, & pœnsa per ses menses voce in capitulo, & inhabilis ad aliquam dignitatem. Si autem fecundo exiverit, vel non observaverit suspensionem prædictam, in ejus ignominiam fiet ultra nem prædictam, in ejus ignominiam fiet ultra in choro & refectorio per menses. Et si aliquis monaterio prædicta contemperit observare, perpetuo ejusdem pœnæ incurrat, & si expedicit, extra puniatur.

ANNO CHRISTI 1418.

pore relictum acceptaverit, se facions investi-A
ANNO CHRISTI 1418.
A ta, & fabrio illi via permutationis renuncians
aliud pingnius accepet; si denuo illum titu-
lum relicium st supra acceptans demum abso-
lute dimittit, acceptando curatum, vel ex-
tra diœcesim eundo, aut ad sæcularem vitam
desiendat, ipso facto convincetur in fraudem
ordinatti aut capituli ecclesiæ fatium existis-
se; & habeatur tale beneficium pro va-
cante.

## V.

## DE OFFICIO VICARII.

*Ex Concilio Dominici Patr.*

Siquis loco plebanì, vel alterius erit vica-
rius in ecclesia pro servitio divinorum officio-
num canonice ordinatus, tenearur ad hebdo-
madam, & ad alia omnia & singula onera
supportanda, & percipiat, de omnibus, sicut
ille, cujus vices gerit; vocem tamen in ca-
pitulo non habeat, nec sacramenta ecclesiæ
conferat sine speciali licentia episcopi.

## VI.

## DE OFFICIO ORDINARII.

*Ex Synodo Ramberti episcopi.*

Item cum indecens sit, & *inpe* . Idcirco
hac nostra constitutione primo, & secundo,
& tertio peremptorie monemus unanimeque
præletum cujuscumque conditionis, & status
existat, ne in aliquem laicum vel clericum
excommunicationis, suspensionis, vel interdicti
sententiat debeat promulgare absque nostra, vel
vicarii nostri licentia speciali. Quod si fecus fe-
cerit in eumdem excommunicationis sententiam
promulgamus, sententiam & sententias per ipsum
ex nunc totaliter annullantes, & nullius decernimus
esse roboris.

## VII.

## DE MAJORITATE:

*Ex Concilio Ægidii Patr.*

AGitata; & *infra*; hac igitur firmiter obser-
vanda declaratione fanctamus, ut hi, qui
in majoribus sunt ordinibus constituti, his qui
sunt in minoribus, etiamsi prius in ecclesia fue-
rint instituti, quantum ad omnia regularitar præ-
ferantur. Inter eos vero, qui sunt ejusdem ordi-
nis, servetur ista diferetio; ut qui primo ad
ipsorum ordinem promotos fuerit, ordinatos po-
sterius quamvis institutus primius antecedat.
Salvo quod ad superiores ordines nemo quan-
tumlibet priori tempore assumatur, nisi fuerit
iuventus idoneus, sed servetur in hoc, quod in
constitutionibus de certo numero in singulis ec-
clesiis est statutum. Si vero in ipsa ecclesia fi-
mul instituti & ordinati inveniantur, in institua-
tione vel ordinatione hujusmodi a capitulo vel
episcopo circa gradum ipsorum fuerit facta di-
stinctio, sic servetur. Tali vero distinctione cef-
sante ea his, qui sunt quatur ordinati, qui prius
institutus est in ecclesia præferatur. Quod si
præfata omnia videantur æque concurrere, qui
ætate est major, antecedat.



ANNO CHRISTI 1418.

*Ex Concilio præfati Ægidii.*

Speciali decreto statuimus, ne in Dalmatiæ
partibus nostræ jurisdictioni subjectis, laicis sint
procuratores, vel advocati, seu quocumque no-
mine censeantur, ut bona ecclesiastica præterea
juris alicujus loco nomine administrent in episcopatibus, monasteriis monachorum aut monialium: ecclesiis, vel capellis. Eos autem, qui
præsumpserint tales institutere, graviter puniri
a suis superioribus volumus; & qui procuratio-
nes aut advocatias prædictas receperint, ab ipso
per censuram ecclesiasticam removeri.

*Ex Concilio Dominici Patr.*

Et pro meliori, & tutiori cautela servandorum
bonorum ecclesiæ volumus, & percipimus,
quod singulis annis in capitulo fiat inventarium;
& *infra* in quo capitulo singulis annis fiant de
novo procuratores & officiales, vel confirmentur,
audiantur rationia, & corrigatur inven-
tarium, si expedit, & omnia alia circa prædi-
cta necessaria fiant.

*Idem Ægidius.*

Speciali decreto decrevimus; & *infra*. Eos
qui præsumpserint tales laicos instituere procu-
rators, vel advocatos, vel procurationes, aut
advocatias, auctoritate sancti Concilii excom-
municationis vinculo innodamus, huic addentes
constitutioni, quod nullus abbas prælatus de
cætero facere advocatum sui monasterii aliquem
sibi attinentem infra tertium gradum, quem te-
neatur cum consensu conventus sui, vel majoris
partis constituere. Ita tamen quod talis advocatus
non non debeat se intromittere in administratio-
ne seu procuratione bonorum, & possessionum
monasterii, cujus fuerit advocatus; quod si fe-
cus attemptare præsumpserit, officio advocatio-
nis eo ipso sit privatus. Abbatissæ autem, quæ
per se non possunt exteriora negotia procurare,
de consensu capituli sui, vel majoris partis,
eligant unum, vel duos bonos viros & legales
consilio sui diœcesani, qui procuratoris obli-
gant redditus ipsos, & ea quæ ad ipsarum alii-
gnent officialibus monasterii attinaliam.

*Idem.*

Quia interdum rectores Dalmatiæ ecclesia-
rum sunt negligentes in reficiendis ecclesiis suis,
volumus, & mandamus, quod quando aliqua ec-
clesia non habens redditus pro fabrica deputatos,
palla est, ita minatur ruinam, quod de ejus red-
ditibus sparta pars recipiatur anno qualibet,
& serveiur per duos procuratores constitutos a
collegio diœtæ ecclesiæ de consilio sui Diœcesani.
Si autem fuerit similiter capella, rector ip-
sius cum tio Diacono eligat hujusmodi procu-
ratores, qui cum dicta parte apient & reficiant
ecclesiam suam ipsam.

## IX.

## DE JUREJURANDO

*Ex Concilio Bartholomæi Episcopi.*

EXcommunicamus, & excommunicates esse
pronunciamus omnes & singulos utriusque
A sexus, qui coram quocumque judice vel offi-
ciali ipsius per juramentum interrogatus icien-
ter falsum dixerit, vel tacuerit veritatem, seu
etiam qui aliquem ad hæc induxerint aut in-
formaverint facienda.

## X.

## DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM.

*Ex concilio Ægidii, Laurentii, Dominici, & Angeli Patr.*

B UT honestas clericorum servetur, precipi-
mus omnibus personatum renentibus, ac
plebanis, Canonicis ecclesiarum Cathedralium,
& aliis in sacris ordinibus constitutis, ut guar-
nachias, & alia indumenta deluper, exceptis
mantellis presbyterialibus, mantella & clausa de-
ferant, nimia brevitate, aut longitudine non
notanda. Pannis rubeis vel glaucis exterius, vel
interius, & viridibus exterius non utantur. Capel-
los insuratos, fabulatos consutoricios, cirothecas,
cariofos, mapulas in cavitiis dependentes, botto-
nos de quacumque materia excepto de panno,
fibulas argenteas, vel de quorumque metallo,
mantellos laicales, sive zocholetos, caputia se-
parata verta, vel transversa, seu aliquo modo
legnum præsendentia vaginatis; interulas, &
almutias in publicum portari penitus prohibe-
mus. Ad aleas etiam vel tegulas, zonas & ca-
galas publice ludere, & ad choreas mulierum
publice adiffere prohibemus. Transgressores autem
sins fint per septimanam suspensi a beneficio.
Et si quis contra recepeit, ite per menfem in-
habilis ad ordines, & beneficia obtinenda. Et
si expediertit, acrius puniatur; super qua pœna
permittimus, quod per ordinarios dispensetur.

*Ex eodem.*

C Clerici omnes maxime in sacris ordinibus
constituti tonsuram & coronam deferant con-
gruentem sine templari rotundam vel oblonga-
m, non quadratam, vel angularem, seu lai-
calem. Transgressiones autem certam voce in ca-
pitulo ex tunc, & sint inhabiles ad ordines,
& ad beneficia obtinenda, quotique fe correxerint
ad arbitrium prælatorum suorum. Excl-
pimus tamen quinquagenarios, & permittimus,
quod episcopi in suis diœcesibus possint in alio-
quo vel aliquibus paucis numero dispensare.

*Ex eodem.*

Inhibemus quoque omnibus clericis ludere ad
taxillos alicubi, & cauta bibendi vel ludendi
tabernas intrare, seu extra tabernas in publico
ludere, nisi esset extra terram suam in itine-
re constituti. Transgressores autem condemnamus
in solidis quinque pro qualibet vice, &
nisi se correxerint, acrius puniantur. Universa-
liter autem etiam clericis omnibus inhibemus,
ne publice per se negotiationes exercere præ-
sumant; transgressores autem pœna eancdum
puniantur.

*Ex Conc. Angeli Episcopi.*

Ad reprimendum, & *infra*. Statuimus inhi-
per quod quicumque Clericus nostræ diœcesis in
sacris ordinibus constitutus, vel personatum,
vel

vel dignitatem obtineas, in ea non portave- A festorum in ecclesia, vel in locis sacratis; nec
rit habitum, vel tonsuram eorum ordinum con- stat aliqua mutatio vestium cum barbis aut ca-
venientem, vel se non habuerint honeste in suis pillariis. Clerici tamen necubi possint interes-
actibus, in decem libris parvorum pro quali- ablique licentia nostra. Laici contrafacientes in-
bet vice nostræ cameræ condemnentur; eo ipso currant pœnam excommunicationis; clerici vero
quod in quolibet prædictorum exercuerint, ipso incurrant pœnam librarum X. applicandarum cu-
in dicta summa intelligimus condemnatos, riæ episcopali.

*Ex Synodo Ramberti episcopi.*

Quoniam; *& infra.* Primo, secundo, & tertio, & peremptorie monemus omnes plebanos, canonicos, & clericos, ut habitum & tonsuram deferre debeant suo statui & ordini convenientes. Aliosquin feriant se privilegio clericali mandatos: puniendas etiam per judicem secularem, si sint habitu & tonsura reperti fuerint in aliquo deliquisse. Indignum est enim ab ecclesia eis subveniri, per quos constat in ecclesia scandalum generari.

*Ex Constitutionibus D. Marci Lando.*

Item quod de cætero aliquis in ordine clericali, vel minoribus constitutus, non audeat, aut præsumat portare manicas largas, nisi duobus palmis; nec apertas velles a parte inferiori ante vel retro; & non audeant portare brecham, sed bandam capitii transeuntem cingulum sub pœna solidorum XL. pro mediietate accusatori, & pro mediietate curiæ episcopali; applicandorum.

*Idem M.*

Item quod nullus clericus nostræ jurisdictioni subjectus audeat in pedibus portare soletas sub pœna solidorum quinquaginta pro qualibet vice applicandorum, nostræ episcopali, pro mediietate, & pro mediietate accusatori.

*Idem M.*

Item quod aliquis clericus; aut Ecclesiastica persona non audeat portare corrigias, fiveenturas argenteas, vel deauratas, sub pœna solidorum XL. pro mediietate curiæ episcopali.

*Idem M.*

Item quod aliquis clericus, sive aliqua alia ecclesiastica persona Castellanæ diœcesis non audeat publice vel occulte intrare tabernas causa bibendi, nec ludere ad azzardum, aut alium ludum inhonestum sub pœna carceris, & alterius pœnæ ad libitum nostrum.

*Idem Marcus.*

Item quod omnes Sacerdotes, & Clerici beneficiati diœcesis nostræ debeant, & teneantur in capite coronam condecentem, & non minorem una bulla magna, sub pœna unius ducati, & plus & minus ad arbitrium nostrum.

*Idem M.*

Item statuimus, quod de cætero nulla persona tam ecclesiastica, quam sæcularis audeat facere aliqua bella, aut aliquas representationes festorum in ecclesia, vel in locis sacratis; nec stat aliqua mutatio vestium cum barbis aut capillariis. Clerici tamen necubi possint interesse absque licentia nostra. Laici contrafacientes incurrant pœnam excommunicationis; clerici vero incurrant pœnam librarum X. applicandarum curiæ episcopali.

*Ex Constitutionibus D. Francisci Maripetro Ep. Castellani.*

Item volumus, & statuimus, quod nullus clericus in ordine constitutus audeat portare mantellum circum circa chaufum; imo debeat ipsum habere apertum a parte anteriori in duabus partibus, ut vulgo dicitur in crocella, sub pœna librarum quinque totiens &c.

*Idem Franciscus.*

Item volumus & statuimus, quod nullus in præcitto clericali ordine constitutus audeat portare mantellinas, nec vellas apertas a lateribus, nec a parte anteriori, & posteriori, nec vellas manicis carentes, sub pœna librarum quinque totiens &c.

*Idem F.*

Item volumus, & mandamus, quod nullus clericus attempet portare manicas apertas, ut ipsarum fastellutas ostendant sub pœna librarum quinque toties quoties &c.

*Idem F.*

Decernimus & statuimus, quod omnes Clerici missam novam cantantes, solemnique festa celebrantes, ne talibus solemnibus festis, sive etiam alibi quomodocumque, & qualitercumque, præsumant ludere ad aliquem ludum, choreizare, seu etiam cantare, sive ad tarillos, cartas, simulas, sive tabellas ludere &c. & quod talia exercentes debeant interdici & suspendi a missarum celebratione per menses tres, & etiam solvere teneantur quinque libras parvorum. Sed ille, qui missam cantavit, & hujusmodi lolatia in domo fieri passus fuerit, debeat suspendi a missæ celebratione per annum continuum, incepturum a die primo missæ, & in antea futurum; nec non solvere debeat libras decem parvorum; intelligendo, quod omnes pœnæ pecuniariæ in hujusscripto statutos impositæ & annotatæ, debeant dividi per hunc modum; videlicet media pars fit accusantis, & alia media pars fit curiæ episcopalis; & qui accusaverit, secretus teneatur.

*Ex Synodo D. Laurentii Justiniano Ep. Castellani.*

Licet prædecessores nostri honestatem clericorum zelantes quamplurimum vili fuerint, ut habitus exterior conformaretur vitæ & moribus eorum secundum jura, ut sic mutuo faciali contra ipsos semper invigil sopiretur; tamen quia nequaquam cautionem certiorem, dum cultus vestium ipsorum interior laliciuor exterior deperhendituz; quinimo materia scandali oriens & augeretur, eo præsertim cum fe reformari aliquado a spiritualibus ipsi faculares dedignentur; id eo statuimus, ut conflitutiones prædecessorum nostrorum omnino serventur, præsertim adjicientes eisdem, ne diversorum colorum deferant, videlicet vestem superiorem unius coloris, & camputtum alterius, magna diversitate distinctum; sed volumus, quod sint ejusdem coloris; nec variarum generum manicas, ut quod latet intrinsecus, extrinsecus ad pompam propalesur; nec utantur camebrittoris, sed panuis tantum laneis colorum permissorum tam a jure, quam a constitutionibus nostris; sed nec vestibus qui pollint fundose diversis diverli coloris, sed colorio vestis. Nec dipioidem, sive zuparellum ita breve portent, ut umbilicus apparet, sed longum esse volumus, ut femoralia tegantur, & ad mediam coxam prolibitur; quod si fecus gestaverint, ut magis lasciviæ hæreant, quam honestatem amplectentur, in duobus ducatis condemnentur ipso facto, & dipioidem, sive zuparellum perdant; & officiales, sive accusatores, pro quorum medio in notitiam nostram pervenerit hujusmodi nostræ Conflitutionis prævaricator, habeant totam fortem præscriptæ pœnæ pecuniariæ, & ipsam dipioidem. Et ut correctio talis vestis latentis fiat, & præfentis nostræ conflitutionis haberi commodo possit, ex nunc monemus omnes & singulos tam clericos, quam religiosos, pro primo, secundo, tertio, & peremptorie termino, quatenus infra 40. dierum spatium a die publicationis præfentium nostrarum conflitutionum, quem terminum pro tetina nominione canonica ipsis præfigimus, & assignamus, debeant sibi providere de zuparellis superioripte longitudinis; aliosquin elapso dicto termino fententiam excommunicationis ipso facto incurrant, quotiens hasc nostræ conflitutationi contrafecerint ultra pœnas superius contentas.

Item volumus, & mandamus omnibus & singulis plebanis, presbyteris, & clericis, cujuscumque status & gradus existant, etiam in minoribus conflitutis, quatenus portare debeant in capite biretta, & non capistrallo modo, nec ipsa capuzia fordata findone vel panno fericio præsumant deferre super scapulas, aut in capite, sub pœna ducati unius, quoties fuerit repertus.

Item quod nullus clericus cujuscumque conditionis, aut status, aut ordinis existat, quantoprefumat vestimenta sua longa, ut flando fere usque tangant terram, sub pœna solidorum XL. toties quoties reperitur fuisse; & collatio vestimentorum habeant conformia honestati clericorum; terminusque incipiat hinc ad dies quindecim.

Item quod clerici cujuscumque status & conditionis existant, non præsumant portare coftas de fericio, nec cristpatas circa vinctorias manicarum; nec habeant manicas circum circa ambulacres tribus brachiis, sub pœnam perdendi costam; & hoc usque ad octavam nativitatis beatæ Virginis Mariæ, videlicet xv. die mensis Septembris nuper futuri ad prædicta reformandum.

In decretis legitur, & a SS. Patribus informamur, quod antiquitas cenlsit laicos tempore clericis fuisse & esse infelios, ita ut in annodo in proverbium deductum fit.. Sed quod magis dolendum est, jam experientia rerum omnium magistra edocet, viæ clericorum homines facelisses quasi a natura exploratores dari, detestantes ab his reprehendi & corrigi, quorum vitam in nullo distinctam a secularibus judicant: quod provenire permarime indicitur ex convenlatione continua, quam ipsi clerici cum sæcularibus habent. Nam ipsi clerici ea non advertentes, quotidie magis existimationem viræ lux deperiunt, & subvertunt, cum ita conversationi eorum hæreant, ut vix cum alio conversari discernantur. Quapropter statuimus & ordinamus, ut in omnibus caibus contentis, tam in Conflitutionibus nostris, quam prædecessorum nostrorum, quicumque reperti fuerint culpabiles, aut transgressores fectaii cum laicis, quod in triplo condomentur quam fi foli, vel cum clerico fociati invententur. Et volumus, quod iremillibliter pœna exigatur, fi fuerit pecuniaria; fi vero carceris, nullo pacto locum dispensari possit, quin in carceribus publicis mancant per totum terminum. Ita tamen quod episcopus fi voluerit commutare pœnam, necessitate habeat in commutatione petere & obtinere totius capituli fui conflenlum. Si vero pœna non fuerit terminata, fed in arbitrio manerat, episcopus teneatur pœna gravitatem fceleris & publicitatis in triplo aggravare pœnam.

Comque multorum querela abominabili fuerit ad aures nostras fæpius deductum, quod nonnulli clerici difcoli, & lasciviæ dediti non verentur omni timore Dei prostergato, ac fui ftatus reverentia & honore neglectis, publice cum barchis felzatis, & non felzatis cum laicis per canalia Venetiarum protari, & juxta vulgare, dunlare, alisique adus abominabilles facere, atque verba inhonestissima emittendo per viam incedentibus dicere, & monizare, quod in maximum cleri opprobrium cedit, & contemptum, & in maximam abominationem fcelerum; ftatuimus, & ordinamus, quod fi quis clericus visus fuerit in barcha cum aliquo fæculari procuri, & quid inhonestum facere, sive etiam de modo cantando, aut pulando mattinatas facere, aut etiam per viam ambulando, & quam maxime in foro S. Marci, & S. Pauli, vetba inhonesta monizare, & dicere, to vlo, quod vilus fuerit, & D. Episcopo denuncitus cum veritate hujusmodi inhonestates perpetrasse, incurrat pœnam librarum quinque, pecuniam applicandorum pro mediietate accusatori, qui ipsum denuncierit, & pro alia mediietate ecclesiæ, qua serviverit, sive beneficiatus fuerit, & si fecerint, aut plures convifus fuerit talia facere, ultra pœnam prædictam incurrat in pœnam carceris per dies xv. Quam pœnam si voluerit episcopus commutare, necessario habeat in commutatione petere & obtinere capituli fui affensum, ut supra. Insuper ordinamus, quod fi dicti clerici imssifcoritiet fe lascivis, vel ludis illicitis, vel choreis, vel locis inhonestis, vel ad aucupandum cum baloris aves marinas, vel alias res, vel adus indignos clericorum perpetraverint, aut cum laicis, per totum mensem continuum beneficium five portionem fui tituli ecclesiastici ipso jure perdant, & nihilominus ipsi ecclesiæ deservire teneantur. Quod si ipse deliquerit, monitis tertio per D. Episcopum, quam per plebanum, possit procedi ad privationem, fi reperti fuerint inobedientes. Et his non obstantibus pœnis triplicatis juxta superius dicta moldentur.

In omnibus vero prædicti ordinamus, quod infra triduum videntur, vel clericos clericos inhonesse conversari, teneantur dictam inhonestatem clericorum Episcopo, vel ejus Vicario denunciare, & habeant de bonis clerici denuncia- tl libras tres pravorum, & teneatur de credentia. Et si plures uno suffrent & effent, qui hasc Conflitutioni contrafecissent, ille qui denunciaverit, habeat dictas tres libras, & pro ea vice a qua-

ANNO CHRISTI 1238. a quatenuque pœna sit liber, si in ipsa socie- A tate fuisset, dummodo in posterum cavere di- sponat, & se corrigere.

## XI.

## DE CONCUBINARIIS.

*Ex synodo A. L. F. Pa.*

QUi mores & actus, in quantum possumus, cum Dei adjutorio cupimus reformare, authoritate præfentis concilii falubriter prohibemus plebanis, & canonicis cathedralium ecclesiarum, ac presbyteris, & aliis omnibus in sacris ordinibus constitutis, ne in propriis domibus, vel aliis audant mercenarias, vel ancillas suspectas, filias, vel filios suos illegitimos earum cum uxoribus, vel amitas, de quibus alias fuerit suspitio, quantumcumque processerint in diebus, seu etiam qualibet concubinas publice secum in domo, vel alibi intra nostrum Patriarchatum retinere; quas concubinas notorias cum suis concubinariis excommunicationis vinculo innodamus. Transgredientes quoque inhibitionem præfentem ab omni beneficio ecclesiastico suspendimus, quousque fe correxerint cum effectu, ad arbitrium Prælatorum suorum. Et si fic ligati, vel suspensi præsumpserint celebrare, vel fructus beneficiorum su praxi recipere; & nisi infra annum absolutionem, C seu relaxationem, & dispensationem canonicam, & sufficientem offenderint manifefte, omnibus ecclesiasticis beneficiis nostri patriarchatus perpetuo sint privati.

*Ex Concilio D. Thomæ Pa.*

Item constitutionem 60. memoriæ Domnini prædecessoris nostri duximus modorandam: videlicet; quod clerici five fint, five non fint in sacris ordinibus constituti, honeste vivere studeant, a fornicationibus abstineant, & publice nullatenus teneant concubinas.

Qui vero concubinas publice, vel notorie tenent, vel in furtum, diabolo suadente, tenebunt, postquam ipsi clerici in synodis, vel alibi generaliter, vel specialiter monuit fuerint de concubinis prædictis ulterius non tenendis; & ex tunc infra menfem hinc nostro præcepto & prefatæ monitioni parere contempserint; voce capitali, si fuerint in Cathedralibus, five collegiatis ecclesiis beneficiati, ipsi noverint se privatos; & si in aliis ecclesiis titulari fuerint, ab ingressu ecclesiæ noverint se fuspensos. Et si in hujusmodi reatu per alium menfem immediate sequentem persisterint, five in Cathedralibus, five in Collegiatis, vel aliis ecclesiis quibscumque curatis, & non curatis beneficiati fuerint, a perceptione fructuum omnium beneficiorum suorum, quod obtinent, noverint se esse suspensos; quos fructus eidem per Ordinarios auferri volumus, & præcipimus, ac per eoldem in utilitatem ecclesiarum, a quibus ipsi fructus percepti fuerint, volumus eos fine dimatione pro aliqua converti. Et si prædicti Clerici nec fic a tam detestando scelere se emendaverint, post lapsum alterius menfis absque aliqua monitione ipso facto excommunicationis sententiam incurrant, & nihilominus Ordinarii supradicti, si eis expedire videbitur, contra eos ad perpetuam privationem, & alia juris remedia procedere non omittant. Si vero fe correxerint, Ordinarii prædicti ipsis clericis beneficium absolutionis impendant, vocem in capitulo restituant; prædictam suspensionem temoverint, & ad perceptionem fructuum pro tempore fuerunt admittant. Volentes prædictam constitutionem ad episcopos universos in nostra provincia existentes extendi.

ANNO CHRISTI 1238. B

*Ex concilio Ramberti episcopi.*

Quoniam ex clericorum, & *infra*. Hæc falubri constitutione sanctimus, ut nullus clericus cujuscumque conditionis & status existat nostræ subjectus jurisdictioni, quocumque quæsitus colore, tenere debeat mulierem secum in domibus propriis, conductitiis, vel ecclesiæ, nisi matrem, soror, neptis, seu consanguinea eidem clerico quarto gradu consanguinitatis conjuncta; vel ofi fuerit adeo senex, quod nulla possit suspitio inde oriri opinio, videl. quinquagintta annorum, vel ultra. Nec etiam extra domos prædictas aliquis de prædictis mulierem aliquam suspectam tenere audeat, vel in dotarium, vel amitam, monentes omnes, & singulos. *Et infra*. Si quis autem hoc adimplere neglexerit, vel de cætero secum mulierem aliquam suspectam prohibitam ad habitandum tenere præsumpserit, in eumdem prefenti constitutione excommunicationis sententiam promulgamus. *Et infra*. Si quis hujus nostræ constitutionis temerarius violator extiterit, multam quinque solidorum grossorum etiam incurrat, quorum duos habeat ecclesiæ episcopus, qui nobis, vel nostro vicario conservatorem deruleri, & delationem veram apparerit esse: reliquos tribus ecclesiæ, cujus est Clericus contrafactens, applicandis, & in ipsis utilitatem convertendis.

*Ex concilio Angeli episc. Castellani.*

Ad reprimendam; *& infra*. Præsenti constitutione firmamus, quod clerici maxime in facris ordinibus constituti, laici, & mulieres in clausura, cellis, & *Iucia Dei*, *monasteriorum* & monasteriorum deputatis, non cohabitent indecenter. Qui cum ut plurimum propter pupertatem & tenuitatem redditum beneficiorum facere nolunt cum non possint, si decenter cum parentibus, aut fororibus, amitis, vel cum aliis personis, quas fuori canones concedunt, inter quas naturalis fodus non permittit fuori certitis suspicari, morari volunt, vel illas secum honeste tenere, præcavant sibi fub quovis quæsito colore, etiam pro servitiis earundem, cum illis etiam, vel secum mulierem non suspectam, vel aliam sibi non attinentem, nisi fuerit mulier bonæ vitæ, & conversationis honestæ, quæ sine statuto annum quinquagesimum jam peregit. Super quibus omnibus ut fraus aliqua committatur, prius volumus a nobis, vel vicario nostro licentiam postulari, & considerata conditionis personarum a nobis, vel vicario nostro videbitur, fine difficultate aliqua concedetur, si fuerit concedenda; aut denegabitur, si fuerit denegenda. Contrarium vero facientes in aliquo præmissorum pro qualibet mulieri prædictarum, quam secum in prædictis domibus habuerint, vel eisdem cohabiaverint, prædicta licentia non obtenta, in libris 25. parvorum ex nunc nostræ camerræ condemnentur; & nihilominus gravius etiam puniantur.



ANNO CHRISTI 1238. ANNO CHRISTI 1238.

*Ex synodo Marci Lando.*

Quod aliquis in sacris, aut minoribus constitutus, five titulatus, five beneficiatus in diecesi Castellana, in domo sua habitationis, aut alibi ad eum pertinentem non audeat tenere aliquam mulierem focusam, aut concubinam, sive de fornicatione suspectam; monentes omnes & singulos sapradictos, in præfenti tenemes aliquam concubinam, aut aliam mulierem de adulterio, aut fornicatione suspectam, quatenus infra xv. dies proxime futuros trina monitione premissa, & a die publicationis præfentis connumerandos, debeant dictas concubinas, & mulieres suspectas dimittere sub pœna privationis suorum beneficiorum, quam incurrant ipso facto, & alterius pœnæ eis inferende ad arbitrium nostrum.

## XII.

## DE ARMORUM PROHIBITIONE.

*Ex concilio Egidii Pat.*

MAlitiis hominum atque luxuriis, ex quibus scandalum atque periculum solet oriri, obviare volentes, omnes clericos & personas ecclesiasticas abique episcopi licentia, nisi fint in itinere constituti, aprus portanes auctoritate fueri concilii excommunicationis vinculo innodamus.

*Ex eodem concilio.*

Præfentis concilii auctoritate sanctimus, ut si aliquis clericus contra laicum extraxerit gladium, aut ipsum aliquo modo percusserit, vel inulerit ei atroces injurias, ea pœna punienda a suo mofteour episcopo, qua laicus contra clericos committens similia a seculari judice punietur, ut fi certa fuerit, & flatuta apud laicos, parva, vel magna, fimilis in ecclesiastico foro fervetur; fi abiciatur, & interta, hoc idem episcopi arbitrio relinquatur. Si vero inter clericum, & clericum pugnatum, sed Gallia commiserunt, ab regulis, & pœnitentiis punientur, qui utrobique pro qualitate delicti puniat deliquentes.

*Ex concilio Bartholomæi episcopi.*

Omnes clericos & *infra*. Illos etiam, qui a custodibus communis inventi, pecunia data fe sediment, ne in notitiam episcopi deducantur, displicare pœnæ quam pro talibus armis solueri fuiffent, multiplicatione puniemus; falva pœna per Gradense concilium irrogata.

*Ex concilio Thomæ Pa.*

Item constitutionem editam per prædecessorem nostrum 60. memoriæ Egidium Patriarchum, quæ incipit, Militiis, propter animarum periculum moderantes, præfenti constitutione ad altum temporalem pœnam duximus reformandam; videlicet, quod nullus clericus, aut persona ecclesiastica sine fati licentia diœcesani arma offensionis, nisi fint extra civitatem in itinere constituti, sub pœna a diœcesano imponenda, & inferenda, aliqualiter deferre præsumat, & licet Gradensis concilii, & *infra*. Statuimus, ne quis de cætero arma portare debeat, nisi secundum quod Gradensis Constitutione cavetur. Si quis autem temerarius violator extiterit, quinque librarum fi cattellum, decem fi esset, 25. fi flothum, 10. fi loricam cerbelatam, seu fi aliquam aliam armatoram offensionis, vel defensionis deruleri, pœnam incurrat. *Et infra*: Quam quidem pœnam fic dividi volumus, ut videlicet medietas guardianis Dominorum de nocte, qui invenerint clericos cum armis prædictis, & alia medietas ad opus fabricæ ecclesiæ propriæ applicetur.

## XIII.

## DE INSTITUTIONIBUS.

*Ex synodo Bartholomæi episcopi.*

QUod a nobis falubriter, & *infra*. Præcipimus quamlibet ecclesiam secularem nostræ jurisdictioni subjectam ad certum pro varietate locorum a nobis taxandum numerum Sacerdotum & Clericorum, sub juramento super hoc specialiter præstando servandum penitus redundantem, potestate augendi vel minuendi numerum ipsum in justa causa cum consensu plebani, & duarum partium capituli, & dispensandi super juramento prædicto, episcopo relevata: aut, & justa causa augendi vel minuendi numerum interveniente clericis, vel ipsorum aliqui augmentationi, vel diminutioni allentire renuerint, tuta causa examinato ad episcopum, & suum capitulum reducatur. Et fupra eo, quod majori parti vifum fuerit, obseruetur.

*Ex synodo Angeli episc. Castellani.*

Cum ecclesiastica beneficia non debeant fine institutione canonica possideri, præfenti statuto sanctimus, quod nullus clericus per violentiam, vel simoniam, seu per metum, vel minas, aut verbera, aliquibus per se, vel alium, vel alios inferenda, & ex quibus quod per aliquem continuaguineorum ejus usque ad quartum gradum, vel agnationum ipsius illatae fuerint, vel consanguinitatis, & quod clericis conficienta & voluntate processisse, cum non carent scrupulo facinoris occulæ, vel faltem in ejus favorem ratia fitit commissa, nisi contrarium probaverit superstitiosis documentis, vel falsis testibus vel Vicario nostro vifum fuerit, prefatis personarum conditione & qualitate negotii deferendam super præmissis juramentum eidem fidem fervit de contrario per proprium sacramentum, abque institutione canonica beneficium ecclesiastic cum præfemat in futurum acquirere, vel aliquatenus aliquam, five salam retinere, aut le ad illud inflitui patiatur. Delinquentes vero in premissis ex nunc in ipso beneficio jus aliquod decernimus non habere. Verum quia damnandæ ambitionis improbitas adeo quorumdam animos excæcavit, quod pretexta fallarum litterarum, quas mentiuntur interdum a superioribus impetrasse, vel quas sunt per subreptionem obtentæ, sibi conantur ecclesiastica beneficia usurpare: quapropter volentes fic vitiosis ingressibus, prout possumus, obviare, constitutione presenti sanctimus, quod quilibet litterae

ANNO CHRISTI 1418.

teras fuper acquirendis beneficiis obtentas, in A pofterum coram nobis, vel vicario noftro, antequam ipforum beneficiorum poffeffionem apprehendat, infpicientdas & examinandas per fe, vel per alium exhibeat, vel oftendat, utrum dictæ litteræ falfæ fuerint, feu veræ, aut per fubreptionem obtentæ; cum exempfe cavetur in jure, quod nullus ecclefiam in diœcefi ad in jure, quod nullus ecclefiam in diœcefi ad ejufdem epifcopi ordinationem fpectantes, intrare audeat, vel tenere, aut ipfo inconfulto dimittere. Contratium vero facientes in his fcriptis fufpendimus a divinis, nec interim ut prælato parcat eidem, aut pro beneficiato in hujusmodi beneficio fic adepto habeatur, donec de contrario fub titulo canonico nobis vel vicario noftro fecerit plenam fidem.

*Ex fynodo Angeli Delphino.*

Quam diu monafteria; *&c. infra*. Statutimus, & ordinamus, quod nullus in noftra diœcefi Caftellana præfumat regularem & facerdarem ecclefiam fimul tenere, aut plures dignitates vel ecclefias, quibus, vel earum alicui maxime curæ imminet animarum, habere, ac perfonatus, feu beneficia alia quæcumque fine difpenfatione legitima poffidere. De quo, poftquam fuerit adeptus poffeffionem pacificam eorumdem, nobis, vel vicario noftro fidem infra xv. dierum fpatium facere teneatur: quod fi facere contempferit, ex nunc ipfum privamus, & denunciamus effe privatum beneficio, dignitate, vel perfonatu, quod vel quorum ipfum primius obtinebat alteri libere conferendo.

*Ex fynodo Marci Epifcopi.*

Item mandamus omnibus & fingulis abbatibus, prioribus plebanis, & presbyteris, diaconibus, & fubdiaconibus beneficialis, & initiatis in diœcefi Caftellana, trina monitione præmifa; quod infra novem dies proxime futuros a die publicationis præfentium connumerandos, debeant eorum nobis præfentare & præfentari inftrumenta fuorum titulorum & beneficiorum, & literas fuorum facrorum ordinum fub pœna privationis dictorum beneficiorum & titulorum.

*Idem.*

Item mandamus omnibus & fingulis abbatibus, prioribus, plebanis ecclefiarum parochialium diœcefis Caftellanæ trina monitione præmifa, quatenus nobis debeant dedifle in fcriptis nomina & pronomina presbyterorum, diaconorum, fubdiaconorum initiatorum in eorum ecclefiis, ac nomina & pronomina omnium & fingulorum manfionariorum & capellanorum in eorum ecclefiis refidentium fub daventium fub pœna libraturn x. infra novem dies.

*Idem M.*

Item cum fecundum formam juris illi, qui inveftiuntur in aliquo beneficio, habere debeant fua inftrumenta publica cum bullis pendentibus antequam capiant tenutam beneficii, de quo funt inveftiti, five quocumque modo collati, ad hoc ut non fe intrudant aliquibus beneficiis præter confcientiam eorum, ad ipfos fpectabit collatio, vel inveftitio; ftatuimus quod de cætero nulla perfona ecclefiaftica cujufcumque conditionis exiftat, aut fit, in noftra diœcefi, audeat, vel præfumat tenutam alicujus beneficii five titulo cujufcumque conditionis cuiflat, accipere, vel fuo nomine per alium accipi facere in noftra diœcefi, nifi habeat inftrumentum inveftiturafive collationis illius beneficii, de quo acceptaru eft tenutam, in publicam formam redactum bulla pendenti fecundum ufum curiæ Caftellanæ fub pœna privationis illius beneficii five titulo, de quo accipiet talis tenuta; habentes cuicumque perfonæ ecclefiaftice, cui fuerit aliqua tenuta beneficii commiffa, quod de cætero non audeat ponere aliquam perfonam ecclefiafticam noftræ jurisdictioni fuppofitam in tenutam alicujus beneficii five titulo in diœcefi Caftellana, nifi primo illa talis perfona ponenda in tenutam habuerit inftrumentum inveftituræ illius beneficii five titulo, cujus tenutam vellet apprehendere, in publicam formam redactum fecundum ufum curiæ Caftellanæ fub pœna librarum x. applicandarum ad arbitrium noftrum.

## XIV.

## DE CLERICIS NON RESIDENTIBUS.

*Ex Concilio Egidii Patriarchæ.*

Statuimus, ut Sacerdos, qui corporali, vel fui officii executionis impedimento effaret manifeftis non interfuerit in ecclefia celebrandis, quod fi fecerit, non ea die; fed fi tali fuerit impedimento detentus miffam dicere non præfumat, nifi faltem per fe diverit matutinas. Tranfgreffores autem hujufmodi conftitutionis qualibet de ecclefia, vel unus aliorum nomine teneatur Epifcopo propalare, ut pro modo reliquæ debite punitur. Ab hoc plebanos excepimus, quibus propter prælaturam duximus deferendam, ut non teneantur matutinis interfeferendum, ut qui tamen propter curam animarum ratione prælationis ad fervitium Dei magis fe noverint obligatos.

*Idem.*

Illi qui translati fuerint fine fuorum prælatorum licentia, vel deinceps transferentur ad partes alias ibidem beneficia confequentes, fi non ederint infra annum in toto noftro patriarchatu omni beneficio ecclefiaftico privamus five prælaturam habeant, five non.

*Ex Concilio Dominici Pa.*

De clauftris, cellis, locis; *&c. infra*; Quibus ordinariis fimiliter licear difpenfare cum pauperibus abbatibus & inveftitibus per vicarios in eis abbatibus & fuperioribus aliquota portione eorum ecclefiarum ipfarum vel utilitatum ad non extra dimidiam penfionum vel utilitatum ad non pertinentium habenda & retinenda, & de non retinendis, fi omnes clerici, ad quos pertinet de ipfis ecclefiis, fponte confentiant, ut eis videbitur expedire; in quibus omnibus difpenfantium conicientias oneramus. Permittimus tamen quoad omnes perfonaliter in fum capitulis, & Epifcopi, & alii cum apoftolica difpenfatione habentes hujufmodi beneficia; & ftudentes etiam in jure canonico vel divino in ftudio generali propter fuas utilitates in cellis, domibus, & locis pro ipforum habitationibus deputatis quæ honefte fieri poterit reftinguendo de, vel fuos vicarios, ut licite faciant fuas A remptorie requirimus, & monemus abbates, priores, abbatiffas, prioriffas, archidiaconos, archipresbyteros, plebanos, rectores fuorum locorum, canonicos, & clericos beneficiatos quoflibet noftræ curiæ & diœcefis Caftellanæ, quod infra duos menfes a die præfentis monitionis computandos ad fua monafteria, ecclefias, beneficia, & loca, quæ vel quas obtinent in noftra civitate vel etiam diœcefi prædictis, revertantur, fafturi deinde in antea in monafteriis, cellis, domibus, ac locis miniftris ecclefiarum deputatis continuam refidentiam apud illas ecclefias; & in ipfis divinis officiis intereffe. Et ipfi fuos præfentes, illam refidentiam continent: aliosque fi abfentes non redierint, vel præfentes fe abfentaverint per fpatium dictorum menfium, illos a divinis fufpendimus in his fcriptis: quam fufpendimus fi per menfem animo luftinuerint pertinaci, eo illis perpetuo beneficiis fint privati, nifi ab ipfa refidentia legitimo impedimento & neceffario excefuerint: de quo, aut de difpenfatione canonica, fi quam habuerint, nobis vel vicario noftro interim fecerint plenam fidem. Non intendentes, quod pœnis prædictis ligentur, qui domos ab ipfis ecclefiis non haberint, dum tamen in dignitatibus, vel perfonatibus non fuerint conftituti, qui tamen hbi domos in parochia poffint acquirere, licet aliter, ut poffint, ad refidentiam & interiffe divinis officiis teneantur. Decernimus infuper ftatuentes, quod quicumque de cætero quodvis beneficium in noftra civitate vel diœcefi fuerint affecuti, ad fimilem refidentiam fub pœnis prædictis fimili modo & forma teneantur, & in omnibus fint addicti. Intentio autem pro eo tempore, quo abfentes fuerint, vel fint præfentes, aut refidentes, non tamen interluerint divinis, faltem mifte majori, vel communi in ecclefia celebrandæ, de obfationibus nihil participant ea die inter alios, qui interfuerint, divindi: aliis quæ contra per prædecoftum noftrorum conftitutiones impofitis nihilominus in fuo robore duraturis.

Infuper omnes difpenfationes, & licentias a nobis vel prædecoftribus noftris factas fine concefias habentes fuper refidentia quibufcumque totaliter revocamus.

*Ex fynodo Marci Lando.*

Non Marcus; *& infra*. Statuimus, quod quilibet Clericus beneficiatus in diœcefi Caftellana teneantur in fuo fiulo beneficio refidere perfonaliter fub pœna privationis, quam incurrat ipfo facto hac monitione præmifa, nifi a nobis licentiam fpecialem & expreffam habuerit. Et qui nunc abfentes funt, debeant infra xv. dierum fpatium futurorum a die publicationis præfentium connumerandorum, quorum &c. quod affignamus eis, venire ad faciendam refidentiam vel ad allegandam caufam, quare dictam refidentiam non faciant, fub pœna privationis, quam incurrant ipfo facto.

*Idem.*

Item quod quilibet beneficiatus & initiatus in aliqua diœcefi ecclefiarum Caftellanæ diœcefis teneatur intereffe divinis officiis diurnis, pariterque nocturnis cum cottis fuis, five fuperpelliceis fuis, & perfeverare aliquo in finem fub pœna fui portitionis illius diei applicandæ his, qui interfuerint:





ANNO CHRISTI 1418.

ANNO CHRISTI 1418.

*Conci. Ge neral.* Tom. XVII.

ANNO CHRISTI 1258.

*Idem M.*

Item quod quilibet plebanus, aut rector ecclesiarum diœcesis nostræ tenetur facere appunctari omnes sacerdotes & Clericos, & maxime in sacris constitutos, & admonere sacriftam sive custodem de appunctando bene & cuidiate omnes, qui non interfunt divinis officiis diurnis & nocturnis, & in fine cujusliber mensis exigantur dictæ appunctationes per plebanum, vel rectorem ecclesiæ in utilitatem eorum, qui interfuerint.

XV.

## DE HABITANTIBUS CELLIS VEL DOMIBUS ECCLESIARUM,

*Ex Concilio Ægidii Pa.*

NE propter locorum diffantiam ecclesiæ debitis clericorum ministeriis defraudentur, statuimus, & esi in præsenti concilio approbatum, ut omnes clerici in sacris ordinibus constituti, atque custodes, quorum ecclesiæ domos habent commodas clericis deparatas, exceptis illis cellis domiciliaibus plebanorum, in eis cellis debeant de nocte dormire, nisi infirmitate, vel alio impedimento legitimo sint detenti: quæ domus inter eos rationabiliter dividantur. Plebanis autem omnibus districte indicimus inhibendum, ne cellas dominicales propriis laicis, & maxime conjugatis sine Episcoporum suorum licentia concedere audeant, vel locare: sed si in sabulis fuerint, aut plures habuerint plebanias, eis liceat clericis, aut personis litteratis, seu etiam laicis absolutis, dummodo mulieres non habitent, concedere vel locare pro sue libito voluntatis: qui si fecus fecerint, a suis Episcopis acrius punientur. Eis autem, qui ante præfens concilium personis hic prohibitis locaverunt, ut ea justa formam prædictam apprdici faciant; duorum mensium spatium aligimus. Licetat autem illis, quorum ecclesiæ proprias domos non habent in suis, vel conducticis domibus habitare cum matribus, neptibus, vel cognatis.

*Ex Concilio Dominici Patr.*

Ne propter locorum &c. Transgressorem autem constitutionis Ægidii, qui de nocte in cellis non dormierint, ea die omni beneficio sibi debito sint privati. Et si defuerint domus pro tot ministris, providetur non habentibus in pecunia, vel aliter, si poterit confensu plebani & capitali, vel ad Episcopum recurratur.

*Idem D.*

De claustris vel cellis, locis & domibus facitis de bonis ecclesiarum ordinamus & præcipimus, quod per illas personas & ad illam vitam tantum, ad quem sunt destinata, retineantur, conducendine vel fitatis contractis nullatenus valituris. Si vero illi, ad quos pertinent, in eis non habitabunt, reliqui de ministris ipsarum vel abbatissæ, prælatorum seu ministrorum vicariis ad curam officia & oneri plebani & canonice ordinati, in eis personaliter habitent & morentur. Et si facta aliquo dicta claustra, seu cellæ, loca, vel domus, totaliter, vel pro parte habuerunt per alios, seu locentur, penitentur, vel usufructentur, pensiones & utilitates provenientes ex eis, & quæ proventis pulteri, omnes in reparationem ipsarum, si expediente, vel in utilitatem ecclesiarum, de quarum bonis ædificatæ & reparatæ fuerunt, totaliter convertantur seu inter ministros divini cultus quotidie in eisdem ecclesiis servientes distribuantur; districtius inhibentes, ne malesti cum fœminis in ipsis habitent, sive morentur, nisi propter magnam necessitatem, vel utilitatem, considerata locis, temporibus, ætatibus qualitatibus perlonarum a jure non prohibitarum, ut penius scandalum & infamia evitentur, singulariter monibus expressis per locorum ordinarios vel superiores fieri dispensatum. Quibus cautis cessantibus, dispensatio cesset, ut non vituperetur ministerium nostrum.

*Ex Concilio Thomæ Pa.*

In præsenti nostro concilio declaratum, quod pars debita plebano contenta in constitutione D. Patriarc. quæ incipit: poli pollutanem &c. intelligatur, & intelligi debeat secundum formam constitutionum synodalium quæumtibet ecclesiarum nostræ provinciæ; & quod hujus pars solum præfentibus in divino officio debeatur; adjicientes tamen, quod ipsi plebani in eorum cellis, seu domibus suorum plebanatuum de nocte habitare, & dormire tenentur, ne populus eiidem committat, & animarum cura, quam colos plebanos habere in ecclesiis sibi commissis præfentis auctoritate concilii dicimus, pronuncimus, & declaramus, pattatur in alio quo destinentur, ipsi pars alii sacerdotibus & clericis non habitantibus in domibus ecclesiarum suarum, & de nocte in eis non dormientibus inflicta, & in constitutione ejusdem D. Pasuper hoc edita contenta.

*Ex Synodo Marci L.*

Item statuimus, quod omnes & singuli beneficiati in diœcesi Castellana sententiæ perlonaliter habitare in domibus suorum lucrifiorum & si contrafecerint, dictæ domus locentur ad afsitum, & earum afsitus convertantur in utilitatem ipsarum domorum, si fuerit expediens, si autem non fuerit expediens, convertantur in utilitatem fabricæ ecclesiæ, in qua fuerint dicta beneficia.

XVI.

## DE CELEBRATIONE MISSARUM, ET MODO CELEBRANDI DIVINA OFFICIA.

*Ex Concilio Ægidii Pa.*

IN choro omnes clerici silentium teneant; maxime cum psalmi dicuntur, aut missæ officium celebratur, nisi propter necessitatem vel utilitatem eos loqui oportet. Transgressor vero a prælato suo corripiatur, & sicut justum fuerit, punietur. Laici autem tam mares, quam feminæ admoniti a sacerdotibus acerrime corripiantur. Pueri, qui divinum officium seu tumultu & rumore impedite & perturbant, a parentibus vel eorum magistriis, ut teneant, corripiantur. Negligentes vero parentes vel ministri in correctione in penitentiis a suis confessoribus puniantur.



*Ex eodem.*

Nulles in ambone, seu pulpito in lectorio, aut ante altare, sive sacerdos fuerit, sive cujuscumque alterius ordinis clericus, legere, vel cantare capite velato præsumat, neque in choro in dicendo orationem, vel antiphonam, vel versiculum, aut responsorium, vel in communi officio inchoando. Capelos quoque, cum ante altare legit, vel cantat, omnino deponat: Qui contravenerint, a suis prælatis inferioribus corripiantur, & si fuerint incorrigibiles, a suis episcopis puniantur.

*Ex eodem.*

Ne melodia, fen cantilenæ in epitoliis, evangeliis & præfationibus, dum cantantur, intellectum audientum impediant, vel perturbent, & per hoc in mentibus fidelium devotio minuatur, auctoritate facti concilii duximus statuendum, ut epistolæ, evangelia & præfationes in missis, excepitis *Liber generationis*, & *Fallum est autem*, & primis evangeliis Diaconorum, cum melodiis præter episcopi licentiam nullatenus decantentur. Transgressores autem per septimanam ab officio & beneficio sint suspensi. Eadem poena duximus punitendos sacerdotes, qui publice in exequiis mortuorum diversis absolutionem illam, quæ incipit, *in ea potestate*, cum solum ad episcopos pertinere noscatur.

*Ex eodem.*

Quia in toto; *&c. infra*. Statuimus ut in loco canonis Missæ in secreta, ubi dicitur, *una cum Papa nostro &c.* immediate jungatur, *& Duce nostro*, expressio nomine, *& pro bono statu Venetiarum*. Demum quæ ibi sequuntur.

*Ex eodem.*

Ordinamus atque statuimus ad honorem beatorum martyrum Hermagoræ & Fortunati, ut de ipsis fiat memoria in festarbum diebus tam in matutinis, quam in vesperis; & idem fiat de S. Marco.

*Ex Concilio D. Patr.*

Mulieres in choro cum clericis præcipue quando missa cantatur, vel circa altaria in faciem Sacerdotis celebrantis non fieri, neque appropinquent, vel ministrent aliquid personaliter, dum celebratur in altari, lesagentatis exceptis. Facientes autem contrarium ex contempte, sint privatæ suffragiis orationum & indulgentiarum.

*Ex eodem.*

De facientibus in ecclesiis vel circa tempore celebrationis divinorum, præcipue in nocte Natalis Domini & in aliis solemnitatibus, abominabiles insolentias, terribiles sclopos, aut ibrepitus, aut sonos periculosos, & alia plurima tedia, quibus devotio fidelium diminuitur, & cultus divinus contemni videtur, prohibemus, quod sine mandato episcoporum non absolvantur ipsi, vel ipsorum conjulatores, vel fautores, quos

A participatione ordinum & sacramentorum privamus;

*Ex eodem.*

Post pulsationem ad missam tertia vel alia hora canteur, & sequatur in canto communis missa diebus singulis; & horis, ad quas tenentur clerici adire, & esse, omnes fint residentes, etiamsi plures in die ex debito ordine ecclesiæ missæ cantentur.

*Ex eodem.*

Quando plures missæ dicuntur simul in ecclesia, una tantum alta voce cantetur; alias ante fin dimissa voce dicantur, quod modice audiantur; & nemo sacerdos ante evangelium communis missæ celebrare præsumat. Ordo autem missarum successive fie observetur, quod post evangelium communis missæ, prioriquam elevetur corpus Dominicum, nullus presbyter in ecclesia ipsa incipiat evangelium pro alia missa dicenda, nisi in exequiis defunctorum. Et qui fiadiste contravenerit in prædictis, vel in aliquo prædictorum, pœna lex denariorum multetur; super qua interdum episcopus vel laicat dispensare.

*Ex eodem.*

In ambone; *& infra*. Si quis transgressus fuerit constitutionem Ægidii, quæ incipit: *Nullus in ambone, sin pulpito &c.* aut caputia separata versa vel transversa, quasi vel almatia, aut infula in capite portantur, in ecclesia, vel extra cum cottis, vel aliis paramentis ecclesiasticis, portare ausus fuerit, pro qualibet vice a beneficio sit suspensus per unam hebdomadam.

*Ex eodem.*

Statuit præsens concilium, ut super ordinatione & conformatione divini officii, quidquid per nos fuerit ordinatum, ab omnibus observetur.

*Ex eodem.*

Pro quibus memoriis aliorum sanctorum, quorum reliquiæ intra nostrum Patriarchatum consistunt, facilius facientis compositionis antiphonam: *O Fideles nativiteres*, ac orationem, *Deus, qui per beatos*, cum indulgentia xx. dierum ipsat cantantibus, & audientibus; x. pro matutinis, & totidem pro vesperis. Et fiat duplex festum, & officium die XII. Julii ad honorem ipsorum martyrum perpetuis temporibus.

*Ex eodem.*

Quia in festalibus divinis; *&c. infra*. Ordinamus, quod in adventu Domini, quadragesima, & vigiliis omnibus, & temporibus habentibus homiliam evangelii, communiter fiat officium festale, nisi festum novem lectionum occurrat; & tunc nona lectio fiat de homilia, si habetur, illius diei, & decantentur antiphonæ ad commemorationem debitæ cum oratiosibus in laudibus, & in vesperis. Et si festum trium lectionum habeat legendam proprium, infra illa tem-

ANNO CHRISTI 1418.

pora erit, ultima lectio de ipso festo dicatur, & fit memoria cum antiphonis & orationibus in primis vesperis, & in laudibus; quæ memoria sine lectione fiat etiam de festis alis scriptis in Kalendario, & habentibus propriam legendam: & quod ab octava Epiphaniæ usque ad diem cinerum in festis tituus lectionum habentibus propriam legendam dicantur psalmi nocturnales & vesperorum de festis omnes cum suis antiphonis, fed invitatorium, hymnus, versiculi, capitula, orationes, lectiones, responsoria, & antiphonæ laudum, & per horas de festo. Et similiter fiat a Kalendis augusti usque ad adventum Domini, nec ista illa tempora de aliis festis tituus lectionum, non habentibus legendam fiat nisi memoria in primis vesperis & laudibus, sed totaliter & integraliter officium dicatur festale, ut debet. In festis vero tituus lectionum, quæ occurrunt a Pentecoste usque ad Kalendas augusti permittimus, quod in matutinis dicantur novem psalmi cum tribus lectionibus, & tribus responsoriis, & laudes cum una antiphona, reliquia per alias horas diverfis. De Paschali etiam tempore contentamur, quod usque ad Pentecosten singulis dominicis & festivis diebus dicantur tres psalmi cum tribus lectionibus tantum, *ac Te Deum laudamus*, & prout in ordinario continetur. Officium mortuorum per totum annum præterquam a Pascha usque Pentecosten, dicatur in ecclesiis monasteriorum cum tribus lectionibus, & vigiliis vesperarum, & bis in anno, quando resumitur, scilicet post octavam Epiphaniæ ac Pentecosten cantetur solemniter cum novem lectionibus matutinum laudes, missa etiam, prout fit post festum omnium sanctorum, pro quibus datur indulgentia, ut in literis nostris continetur. Nec omittatur proprie festa vel octavas festorum ob aliqua de causa officium prædictum, nisi dicuntur novem lectiones ad matutinum ipsius diei.

Et scientem est, quod novem lectiones dici debent singulis diebus a festo Nativitatis Domini usque ad octavam Epiphaniæ, & infra octavas festorum corporis Christi, Nativitatis, & Assumptionis beatæ Mariæ, Nativitatis S. Joannis Baptistæ, atque apostolorum Petri & Pauli. Item fiant novem lectiones de quolibet festo habente ecclesiam in nostra diœcesi.

*Ex concilio Thomæ Pa.*

Ut animabus subditorum nostræ provinciæ salubrius consulatur, voluit & decrevit præsens concilium, quod quilibet Sacerdos missam celebrans omni die, antequam missam celebret, vel saltem semel in septimana, alii vero clerici in sacris ordinibus constituti saltem semel in mense debeant & teneantur de suis peccatis omnibus confiteri, & lapsus si expedierit, & quotiescumque opus erit; consacrandaque per eorum Ordinarios actus puniantur.

*Ex concilio Angeli, Laurentii, & Dominici Pa.*

Ut Dei cultus, *& infra*. Ordinamus, quod communia officia nocturna, & diurna beatæ Mariæ, mortuorum, graduales psalmi, & speciales litaniæ, preces, & suffragia consueta horis debitis, & expectatis absentibus, ut convenienter fieri, communiter fiant, & celebrentur devote; *& infra*. Ad cujus matutini communionis tertium psalmum residens, qui non interfuerit, ac perseveraverit usque in finem, solvat denarios tres, & totidem in missa communi, si ad primam orationem non erit; & ad primum psalmum vesperorum non erit personaliter, perseveraverisque ut supra, perdat denarios duos, & totidem in completorio: cessante impedimento tali, quod alia die in domo fiat, & licitum juris vel superioris habeat. Et prædictas pœnas deficientium, ut alias pecuniarias Ordinarii locum in iste ecclesiis & prioratus sibi subjectis augeant, diminuant, & tollant, prout eis videbitur expedire. Plebanus præsens ab omnibus & in omnibus honoretur, & fiat alii, ut supra dictum, condemnetur. Si vero ablens fuerit, vices ipsius teneat in divinis officiis hebdomadarius presbyter, ad quem speciat incipere matutinum, & alias horas; dicere capitula, orationes, & benedictiones loco Plebani.

*Ex concilio A. & Æ. Pa.*

In cœna Domini una missa tantum dicatur illius diei propria, de qua clerici fint contenti. In Parasceve autem & Sabbato, excepta religiosis, & ecclesiis Cathedralibus, & baptismalibus, ac privilegiatis super hoc, nullus sacerdos missam celebrare præsumat. Transgressus autem ipso ad octavam Paschæ a beneficio fint suspensi. Et si contingat, quod illis tribus diebus aliquod fuus lepelendum ad ecclesiam sepulturæ ecclesiæ deferatur, fiant cæremonia officia consueta absque missa submissa, vel legendo poetus, quam cantando, & fine pollatione campanæ, sub pœna simili transgressibus imponenda.

*Ex concilio Thomæ T.*

In primis siquidem in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, quatenus de cætero missarum solemnia cantentur, & celebrentur cum earum introitibus, gradualibus, versibus, & traditibus, offertoriis post communionibus, & aliis debitis solemnitatibus, ut est a SS. patribus institutum: & nihil præter motettos, & alia in ipsis missis decantanda, de gestis institutis omittatur; quos motettos, nisi fint ad laudem Dei, & beatæ Virginis Mariæ, aut alicujus Sanctorum, in ipsis missarum solemnitatibus cantare prælentis Concilii decantari penitus inhibemus.

*Ex eodem concilio.*

Item cum baptismales ecclesiæ debeant per eorum subditos honorari; & ipsi subditi cum cortis ad baptismalem fontem in Sabbato sancto, pro ipso, & cereo, & novo igne benedicendis, singulis annis ad ipsas ecclesias baptismales convenire teneantur; & aliqui, ad ad prædicta teneantur, in fide digna testantur percipiens, contumaciter, licet perquisiti, ea die, ut supra, ad ipsas ecclesias baptismales convenire contemnant, prædictis subditis, & eorum cuilibet, ad prædicta solitis convenire, sub pœna quinque librarum parvorum pro quocunque contrafaciente (Plebano, aut archipresbytero, aut parvato illius baptismalis ecclesiæ pœna integraliter persolvenda, & in utilitatem prædictæ baptismalis ecclesiæ, ad quam convenire negexerint, conversenda) districte præcipendo mandamus authoritate nostri præsentis concilii, quatenus singulis annis cum eorum cortis, ut moris est, in dictis baptismalibus ecclesiis, pro



ANNO CHRISTI 1418.

prædictis adimplendis, studeant dicta die Sabbati sancti omnimode convenire, nisi fuerint impedimento canonico præpediti, vel a Plebano, seu archipresbytero, aut prælato ipsius baspitalis ecclesiæ super hoc fuerint absoluti.

*Ex synodo Bartholomæi ep.*

Ut Dei cultus in divinis officiis diligentius observetur, statuimus, quod omnes clerici bacis canonicis cum cappis, vel cottis convenient in ecclesia; & qui corporali, vel sui officii exercitionis impedimento cessante, ad matutinas majores ante finem tertii psalmi, ad missam ante primam orationem; ad vesperas ante finem primi psalmi non venerit, & perseveraverit usque ad finem totius officii; denarios quatuor pro quolibet officio perdat. Quorum nomina per custodem ecclesiæ, vel alium de volantate plebani de majoris partis capitulo deputandum, horis singulis sic notentur, ut in fine cujuslibet mensis coram ipsis Plebano & capitulo ponatur ratio, & pecunia recipiatur in utilitatem ipsius ecclesiæ convertenda.

*Ex synodo prædicta.*

Ut Dei cultus, *& infra*. De supradicto impedimento teneatur impeditus die impedimenti, vel sequenti plebano, si in civitate fuerit, aut eo absente suo vicario fidem facere, aliter in concurrat pœnam in capitulo supra immediate scriptam. Et qui pœnam hujusmodi non solverit infra triduum a redditu ratione, ab omni beneficio ipsius ecclesiæ, donec satisfecerit, sit privatus. Clerici vero minorum ordinum, qui divinis officiis, ob præmissitur, non inteserint a suis plebanis arcies calligtur. Si officialem talem deputarum in scribendo tam aliorum nominia, quam foum cessantium a divinis, malitiam, vel negligentiam notabiliter commissis conflitterit, pœna, qua scribendus puniri deberat, puniatur.

*Ex eodem.*

Inhibemus, quod semper sit candela in altari accensa, quando divinum officium celebratur: scriptum est enim: *Ignis in altari meo semper ardebit.*

*Ex eodem.*

In primis volumus, & mandamus, quod ordinarium ecclesiæ Castellanæ, quod perfitiet ad divinum officium, per omnia ab omnibus observetur uniformiter, cum additionibus quæ reperiantur.

*Ex eodem.*

Quando cantatur introitus, Kyrie eleison, Gloria, Alleluja, Offertorium, Sanctus, Agnus Dei, Communio, responsoria, versiculi, & quidquid aliud cantari tam in diemo officio, quam nocturno, debeant omnes clerici cantantes, & non solum, & servatis omnibus, quæ circa talia statuit Gradense concilium.

*Ex eodem.*

Quoniam in divinis; *& infra*. Districte præcipiendo statuimus, quod per singulas parochia-



ANNO CHRISTI 1418.

les ecclesias nostræ civitatis & diœcesis diebus singulis inter matutinum & conventualem missam, una missa in mane cum debita reverentia & solemnitate, quam requirit temporis & horæ qualitas, infallibiliter perpetuo celebretur, contemptoribus pœna inobedientiæ tanto debita punientis.

*Ex eodem.*

Statuimus, & districte præcipimus, ut quorundam consuetudinem, quæ corruptela verius est confenda, prorsus abjecta, omnes horæ canonicæ, & totum B. Mariæ, atque defunctorum officium non singulariter a singulis, vel in factario, vel eundo, fed in choro communiter dicatur ab omnibus, cantando, vel legendo; prout temporis & horæ qualitas fondebit, cum scriptum sit: *In ecclesiis benedicite Dominum.*

*Ex eodem.*

Mandamus, quod a prima Dominica post Pentecosten usque ad vigiliam Nativitatis Domini, & ab octava Epiphaniæ usque ad quartam feriam myoris hebdomadæ, quæ est ante Resurrectionem, officium mortuorum, sive pro mortuis, cantetur, & communiter in ecclesia, & in choro celebretur, voce submissa, & omnibus diebus, in quibus novem lectiones non leguntur.

*Ex eodem.*

In diebus dominicis festiviis missa conventualis de die dicatur Dominico, sive festo: reliquatum vero Missarum dispositio plebano, vel ejus vicario, si præsentes fuerint; aut eis absentibus majori Sacerdoti, qui tunc in choro fuerit, relinquatur. In solemnitatibus vero principalis præter conventualem Missam, reliquamque illius diei officium hebdomadarius Sacerdos nihil faciat, nisi Plebanus id faceret volueritt.

*Ex eodem.*

Quando occurrit festum tituus lectionum, dicatur in matutinis totum nocturnum illius diei cum suis antiphonis; & fiant lectiones, responsoria, & laudes, prima, & tertia &c. de Sancto illius diei, nisi venerit festum ipsum inter duo Pascha; quo tempore dicantur tantum tres Psalmi secundum nostræ Ecclesiæ Castellanæ modum.

*Ex eodem.*

Sacerdot, & alii Clerici legant lectiones, & plebanus si præsens fuerit, vel qui erit major in ecclesia absente plebano, corrigat lectores; & ad correctionem factam fe lectores emendent: qui finem non faciant nisi ad mandatum plebani, vel majoris, ut supra dicitur, absente plebano.

*Ex eodem.*

Sacerdotes, qui fuerint requisiti, vel non requisiti de mandato plebani, debeant Missam celebrare ipsorum ante Missam majorem, si tunc fuerit petita. Et ille etiam die non domicico, vel festivo fuerit missa communis, & ista missa fit communis.

ANNO CHRISTI 1458.

*Ex eodem.*

Cum teneatur, & *infra*. Ordinantes statuimus, ut natalitia Sanctorum, vocabulis quorum ecclesiæ nostræ civitatis, & diœcesis nominantur, solemniter cum novem lectionibus celebrentur, maxime cum hoc mandatum modo a nobis non semel exordium, sed jamdudum a prædecessore nostro D. apostolica dicatur auctoritate firmatum.

*Ex Synodo Ramberti ep.*

Item statuto, quod incipit, cum teneamur; & *infra*. Adjicimus, quod si aliquis contrarium fecisse ejus, quod in proximo capitulo continetur, inventus fuerit, portione obtinentum ea die cum contingente sit eo ipso privatus, quam ad manus custodis vertere volumus pro ornamentis ecclesiæ sacrario applicandam.

*Ex eodem.*

Item constitutioni, quæ incipit, quoniam in divinis; & *infra*. Addimus, si quid contra ea, quæ in dicto capitulo continentur, commissum fuerit, vel aliquis se subtraxerit ab officio, quod debet fieri, pœna amissionis obtationum contingentium eodem die applicandarum sacrario pro ornamentis ecclesiæ, contrafacientes puniantur.

*Ex eodem.*

Item constitutioni, quæ incipit, Ut insuper Dei cultus; & *infra*; hanc pœnam adjicimus; quod si quis contra ordinationem plebani venire præsumpserit, ab officio per septimanam unam noverit se suspensum.

*Ex synodo Francisci Bembo E.*

Franciscus Bembo; & *infra*. Volentes igitur tam incommoditatibus scleri, quam conturbationi, quæ permittit, ut ante finem missæ clerici libere potuit recedere, providere, Canonicorum morum, totiusque cleri, vel majoris partis ipsius assensu, precatu, & consensu, per hanc nostram constitutionem perpetuo duximus statuendum, quod quatenus de cætero in die Pentecostes, Vinculæ, & Cathedra S. Petri solum plebani; in vigilia Pentecostes, in die chrismatis, in solemnitate S. Petri de mense Junii, in dedicatione Ecclesiæ Castellanæ Plebani, & alii beneficiati omnes accedere teneantur & interesse usque ad missæ complementum cum cottis suis, sub pœnis antiquis consuetis; diebus Nativitatis Virginis gloriosæ, & Dominica prima quadragesimæ omnino tabulati.

*Ex synodo Angeli Corrario E.*

Angelus Dei & apostolicæ sedis; & *infra*. Volentes igitur futuris temporibus providere; & quod ipse factum est, firmius radicare, mandamus atque statuimus hac nostra perpetua constitutione, quod nullus sacerdos in nostra civitate & diœcesi eodem die missam celebret his concliendo sacram eucharistiam, excepto sacrificium die Nativitatis D. N. J. C. Ad cujus notitiam constitutionis observantiam omnes & singulos, præsentes & futuros, etiamsi pontificali

A fulgeant dignitate, trina canonica monitione in Domino monemus, & obsecramus sub pœna interdicti ingressus ecclesiæ, quam ipso facto volumus incurrere omnes inobedientes, & transgressores, pœna alia arbitraria puniendæ, secundum quod nobis, vel successoribus nostris videbitur opportunum.

*Ex synodo Marci Lando E.*

Item quod canonici ecclesiæ Castellanæ, & alii in dignitatibus constituti in dicta ecclesia, dum missa & divinum officium celebratur, non ingrediantur chorum absque biretto, almutia sive rantasta, & cotta; & similiter observent, B & contegerit eos singulariter incedere de perse, vel simul cum manionariis ad funeralia, vel alios actus, sub pœna excommunicationis; quam incurrent ipso facto.

*Ex eodem.*

Item quod aliquis clericus in sacris, aut minoribus constitutus non audeat ingredi chorum, aut stet in choro, dum dicitur officium divinum, nisi cum cotta (& hoc intelligi volumus in ecclesiis, in quibus sint institutæ, & beneficiati) sub pœna solidorum decem pro qualibet vice, applicandorum fabricæ ecclesiæ.

C *Ex eodem.*

Item omnes Sacerdotes, & clerici beneficiati in diœcesi nostra debeant dicere, & cantare officium suum secundum antiphonarium, & alios libros ecclesiæ; & secundum quod in qualibet ecclesia consuetum est dici, sub pœna dec. Non inhibentes propterea, quod qualibet de per se non possit, & valeat dicere officium aliud, si secum fuerit legitime dispensatum.

XVII.

## DE OBLATIONIBUS DIVIDENDIS,

D Et aliis emolumentis, quæ ratione Sacramentorum evenisent, sive aliunde, & quomodocumque aliter.

*Ex Concilio Ægidii Pa.*

PRo pace & unitate clericorum servanda decrevimus, ut in ecclesiis Cathedralibus totum beneficium præter certos redditus singulis canonicis vel personis spectantes diligenter, quomodo modo adveniens, sive in vivorum, sive mortuorum, & sive in ecclesia, sive extra ecclesiam conferatur, in commune omnium solidentur venuit dividendum; excepta quæ offerunt pro sacramentis ecclesiasticis conferendis, ac E legatis, faciendum baptismatis dumtaxat excepto. Sacerdos tamen de milla, quam cantabit, votiva vel mortuaria quatuor denarios percipiat ante partem. Sacerdos autem, aut clericus, qui contra hoc statutum in fraudem verfabitur, in quadruplum teneatur restituere, quod fraudavit. Graviter etiam arbitrio ipsi episcopi puniendus, si hoc exegerit protervitas delinquentis.

*Ex eodem.*

Statuit præsens concilium, ut omnes Sacerdotes ejusque ecclesiæ, sive sani fuerint, sive



ANNO CHRISTI 1458.

infirmi, vel senio confecti, in beneficio votivarum missarum socientur habeant. Hoc autem facerdos observare per discussionem canonicam a suo episcopo compellatur, sive fint plebani Sacerdotes, sive alii Sacerdotes. Sed qui missam cantare noluerit, nisi sit impedimento corporali detentus, inde beneficium non percipiat, salvo tamen, quod in cathedralibus ecclesiis est statutum. Transgressores per suum episcopum puniantur.

*Ex eodem.*

Abfentes extra civitatem sive cum licentia, sive sine, de oblationibus votivarum missarum, sive communium, percipiant, sicut plebani cum B Sacerdotibus voluerint ordinare.

*Ex Concilio Thomæ Pa.*

Voluit, & statuit, declaratvique præsens concilium, quod calices, libri, cruces, paramenta, & quæcumque alia ornamenta ad divinum cultum spectantia, sint & esse intelligantur ecclesiæ, in qua oblata, seu legata fuerint. Naves autem de cera, imagines quæque, & quæcumque alia jocalia argentea, aurea, aut alio quocumque metallo ad cultum divinum non spectantia sint plebani, facerdotum, & aliorum intitulatorum ipsius ecclesiæ, in qua oblata, seu cui legata fuerint. Quorum omnium C plebanus si præsens fuerit, & in ecclesia residens, meditatem retinat; reliqua vero medietas inter præsentes, & in ecclesia residentes facerdotes & clericos dividatur, constitutionibus, & consuetudinibus quarumdam ecclesiarum, in quibus certa portio præstitorum, sed quæ non spectant ad cultum divinum, in habea ipsius ecclesiæ, certa plebano, & certa aliis ipsius ecclesiæ facerdotibus & clericis, semper salvis.

*Ex Synodo Bartholomæi Ep. Cast.*

Plebani habeant medietatem missæ communis in diebus dominicis & festivis 2x. lectionum, D etiamsi translata fuerint, ac etiam tram, quæ venerint inter duo Pascha, dummodo sint festivitates solemnes, exceptis festivitatibus votivis sanctorum de novo introductis, & octavis, & die Jovis sancto, & paraseve, in quibus plebani percipiant unam portionem. In nativitate Domini, in ramis palmarum, & in die resurrectionis Christi, plebani de omnibus missis, quæ dicentur in illis diebus, medietatem oblationem percipiant, salvo quod à in dominica in ramis palmarum dicetur missa sanctæ Mariæ, secundum morem aliarum dominicarum, sicut in aliis missis beatæ Virginis, quæ celebrantur in diebus dominicis, ordinatum est, ipsius oblatio dividatur.

*Ex eodem.*

De missa beatæ Virginis, quæ celebratur in diebus dominicis & festivis, nec præcedit missam majorem, plebanus si residentiam fecerit in ecclesia, unam portionem habeat; quod si non fecerit residentiam, & missam celebraverit, de omnibus missis, quæ eo die celebratæ fuerunt, percipiat portionem.

ANNO CHRISTI 1458.

*Ex eodem.*

De oblatione missæ, quæ in diebus Dominicis & festivis solemnibus dicitur ante missam majorem, sive fuerit de novitate, quæ vadat ad unum, sive alia missa, plebanus habeat unam partem, sive residens fuerit, sive non, dummodo sit infra diœcesim Castellanam.

*Ex eodem.*

Offertorium, quod percipitur in missis quadragesimalibus, quæ cantantur in nonis, dividatur communiter inter plebanum & presbyteros, diaconos, & ceffodes, sicut fit in aliis missis communibus feriabibus.

*Ex eodem.*

In diebus lunæ, mercurii, & fabbati feriabibus de missis communi tantum plebanus habeat unam partem.

*Ex eodem.*

Cum clerici pervenerint ad numerum ordinatum, diaconus, si dumo fuerit, vel si plures, habeat unam partem; plebanus de oblationibus partem habeat; ipsorum quilibet habeat unam partem: custos pro custodis diebus de oblationibus habeat unam partem.

*Ex eodem.*

Sacerdotes votivarum missarum oblationes, prout in Gradenti continetur concilio, dividant inter se. Cui adjicimus, ut abfentes extra civitatem sive cum licentia, sive sine, de oblationibus votivarum missarum, vel communium, nihil omnino percipiant, nisi pro utilitate ecclesiæ sua de licentia ipsi plebani, ab eo servitio cathedralis ecclesiæ, vel episcopi Castellani, ipsius qui ejus vicem gerentis accedente consensu, non contigerit abfentari. Cui consentiri plebani non adstringantur, sed quod de ipsis confestum est, in similibus observetur.

*Ex eodem.*

Si aliquis Sacerdos, ut assolet fieri, licet illud non multum approbamus, diverit duas missas in die, tenetur dividere majus offertorium unius illarum missarum cum sociis dicentibus tantum unam.

*Ex eodem.*

Ordinamus, quod omnes denarii, qui dantur tam a parochianis, quam extraneis, pro missis specificatis, si fuerint denarii minus profus, vel exinde inferios, ponantur in offertorio illius missæ specificatæ, quæ dici debeat illa die, si secundum cursum ecclesiæ dici debeat; & alias dicatur quam citius fieri poterit, & tunc ponantur in offertorio illius missæ, quando dicitur. Et si dati fuerint indifferenter pro missis, scil. ab uno grosso inferiori, sint omnium facerdotum celebrantium illa die, si dati fuerint ante missam; si autem dati fuerint post missam, sint omnium celebrantium die sequenti.

Si denarii fuerint ab uno grosso superiore, & da-

ANNO CHRISTI 1418.

dati fuerint a parochianis pro celebratione Missarum, vel ut oretur pro animabus ipsorum, & suorum defunctorum, dividantur inter sacerdotes & plebanum, si plebanus fuerit sacerdos, & praesens in terra. Et si dati fuerint ab extraneis, sint illorum, quibus dantur, & dantes voluerint eos tamen esse ipsorum, dummodo a recipientes fraus aliqua non procuretur, vel fiat. Si autem dati fuerint denarii tam a parochianis, quam extraneis, sine specificatione missarum, sint illorum, quibus dantur, & dantes voluerint eos esse illius, cui dantur, & a recipiente fraus aliqua non fiat. Omnia vero quae dantur pro poenitentiis, sint propria sacerdotis confessoris, cui dantur. Defraudantes in duplum ejus, quod defraudaverint, puniantur.

*Ex eodem.*

Ea, quae relinquantur a parochianis indifferenter sacerdotibus alicujus ecclesiae pro celebratione missarum, vel ut oretur Deus pro animabus ipsorum, sive expirantur certum numerum sacerdotum, sive non, in testamento, dividantur inter plebanum, presbyteros, & clericos secundum decimam, nisi testator aliquid legaret per se presbyteris, & aliquid per se aliis clericis, in quo casu stetur determinationi testatoris. Si vero relinquantur tam a parochianis quam extraneis alicui expresso nomine, sint illius, cui relinquuntur, cum tunc praesumatur intuitu personae esse relicta; dummodo in hoc fraus aliqua non procuretur. Haec omnia praedicta tam de divisionis, quam de divisibilitatis ordinamus esse servanda.

*Ex eodem.*

Sacerdotes, & infra. Si dic., quo requiritur sacerdos, vel non requisitus ad mandatum plebani missam sponsis celebraverit, etiamsi illo die non dominico, vel festivo fuerit missa communis, illa missa sit communis. Candelae quoque, quae venerint ad illam missam, sint plebani, cum omnes candelae, sive cereí missarum sint plebani.

*Ex eodem.*

De oblatione missarum novitiarum venientium ad matrimonium si fuerint solemniter celebratae, sive in diebus dominicis, sive in feriatis, plebanus mediietatem percipiat. Si vero ex eventu interfuerint novitiae missae privatae, de in oblatione fuerit inventa moneta de argento vel auro, idem plebanus habeat mediietatem similiter. Si autem talis moneta non inveniatur, tunc censeatur missa votiva esse, & de ipsa obtulerunt, quod de missis votivis alis obleretur.

*Ex eodem.*

Placentae veto, & alia, quae mittuntur a sponsis, dividantur hoc modo. Prima pars detur plebano, secunda majori sacerdoti, & sic de singulis; deinde vero revertatur ad plebanum, si plebanus fuerit sacerdos.

*Ex eodem.*

Quidquid percipitur ab infirmis, qui faciunt fai legi evangelium, passionem domini, & quaecumque orationes, sit plebani, presbyterorum, & diaconi, & custodum, sicut dividitur offertorium missae feriae.

ANNO CHRISTI 1418.

*Ex eodem.*

Illud, quod datur in tribus diebus paschalibus, & Pentecostes, & Natalis Domini Sacerdotibus, qui vadant ad communicandum infirmos, ponatur in offertorio missae majoris illius diei. Et si aliquis Sacerdos requisitus non iverit, amittat partem totius illius diei.

*Ex eodem.*

Id, quod datur pro dicendo Evangelio in domibus defunctorum die mortis ipsorum; illius sit qui vadit.

*Ex eodem.*

Omnes denarios, qui pertinentes in administrationibus exequiarum mortuorum, Sacerdos, sive fuerit plebanus, sive fuerit simplex Sacerdos cum socius sui ordinis, diaconus cum diacono, subdiaconus sive clericus cum socio socii sui dividant communiter.

*Ex eodem.*

Omnes dopleii & candelae, quae dantur in exequiis & vesperis mortuorum inter plebanum & presbyteros aequaliter dividantur. Salvo quod diaconus habeat unam candelam tantum, & patrinus unam alteram ante partem.

*Ex eodem.*

Sacerdos, qui fuerit requisitus ad lepelendum parvulos, vadat; & si indefinite requisitio facta fuerit, sit in optione plebani mittere unum de Sacerdotibus, vel certiles, sicut ei videbitur expedire. Et si plebanus abesset, fiat hoc ad jussum majoris de collegio; & qui iverit, habeat unam candelam ante partem, & si una sola data fuerit, habeat eam. Cetera vero dividantur inter plebanum, presbyteros, & eum, qui iverit, si fuerit Clericus.

*Ex eodem.*

Cerei, qui accedunturi, & veniunt in vesperis in die omnium Sanctorum, communentur omnibus, etiam si accendantur in vesperis feriis & cerei, qui accendunturi, & veniunt ad omnes missas in die illa mortuorum, & qui veniunt ad manus presbyterorum, & clericorum illis duobus diebus, & in vesperis omnium Sanctorum, & per totam aliam diem tam in ecclesia, quam extra.

*Ex eodem.*

Candelae, quae dantur in baptismo solemni, sint plebani, quae omnino accendi debent ad baptismum.

*Ex eodem.*

De his, quae veniant pro pueris baptizandis, plebanus tertiam partem habeat, si parcel fuerint tres, vel plures; si vero duae tantum, medietatem tunc percipiat plebanus. De praedictis autem quilibet diaconus infra taxatum numerum A



ANNO CHRISTI 1418.

ponitorum, & custos habeat unam partem.

*Ex eodem.*

Omnia quocumque modo proveniant in majori festivitate capitulae ecclesiae, in qua plebanus dat procurationem Episcopo, sint plebani, qui singulis sacerdotibus, diaconis, & custodibus quinque solidos parvorum aut praendium prorsus exhibeat. Ipsi vero, & eorum quilibet a plebano, vel ejus vicario requisitus teneantur, in ipsa ecclesia die in loco ordine & officio deferre: & qui facere recusaverit, nihil habeat de praedictis. Aliis autem, qui sint in inferioribus ordinibus constituti plebani providetur B arbitrio.

*Ex eodem.*

In festo consecrationis Ecclesiae omnes candelae, cerei, & cinctura, ac omnia cera qualiercumque proveniat, sint plebani. Oblationum autem tam altarium, quam arcellae, & aliarum quocumque modo provenientium, mediietatem plebanus habeat; reliqua vero medietas inter presbyteros & clericos dividatur. Itaque discanus & custos singuli percipiant portiones; sed inferiores clerici habeant secundum differentiam plebani. Expetiae autem quae fient pro Sacerdotibus invitatis ad feliam pro officiando, praeter C vinum & duas candelas grossas ponendas super altare, quae dentur a plebano, fiant de oblationibus supradictis.

*Ex eodem.*

In omnibus aliis festivitatibus & praedictis, quas quilibet ecclesia per se facit, oblationes aequaliter dividantur; excepto quod offertorii primae missae mediietas sit plebani, alia vero medietas inter presbyteros; diaconum, & custodem & reliquos de ecclesia more solito dividatur. Candelae autem tam magnae quam parvae, quae offerunturad ad primam missam tam ad altare, quam ad arcellas, & anconas fint plebani, sed D sacerdotum fint aliae, quae ad missae aliae offerunturad. De quibus, ac etiam de oblationibus plebanus partem percipiat, si missam celebraverit eo die.

*Ex eodem.*

Omnes candelae, quae proveniunt vel offeruntur in Ecclesia, fint plebani praeter illas, quae offeruntur ad missas votivas, & alias, in quibus plebani partem non habent; quae fiunt Sacerdotum celebrantium ipsas missas; nisi fuerint candela de medio libra, vel fagra, quae inter plebanum & presbyteros dividatur. Presbyteroi autem in missis votivis, & aliis, in quibus candelas non percipiunt, & plebani sibi providerant de candelis. Plebani vero tenentur dare candelas ad officium, & ad accendendas lampades, & ad deferendam corpus Christi ad infirmos. Cum deferentur dopleria, & grossi cerei, & lumina portabitur cum feraii; sed ne deficiant, a plebanis solicite providetur.

*Ex eodem.*

Omnis cera, & cinctura quocumque modo offeruntur, sint plebani.

*Ex eodem.*

Naves de cera, & imagines, & quodcumque metallum vel ad altaria, vel alibi in Ecclesia apponia fuerint, vel oblata, fint plebani. Si pueri, vel qui alii cum rebus aliquibus pendentes, ne ipse plebano, & aliis sint communes. Commune fit etiam Deum, quod offertur.

*Ex Concilio Thomae Ta.*

Item voluit, flatuit, & declaravit praesens concilium, quod calices, libri, cruces, paramenta, & quaecumque alia ornamenta ad divinum cultum spectantia fint, ea esse intelligantur ecclesiae, in qua oblata, seu cui legata fuerunt. Naves autem de cera, & imagines quoque, & quaecumque alia, & stotia argentea, aurea, aut alio quoque metallo ad cultum divinum dirimum non spectantia, fint plebani, sacerdotum, & aliorum institutorum illius Ecclesiae, in qua oblata, seu cui legata fuerint. Quorum omnium plebanus si praesens fuerit, & in ecclesia residens mediietatem recipiat. Reliqua vero mediietas inter praesentes, & in ecclesia residentes sacerdotes & clericos dividatur, constitutionibus, & consuetudinibus quarumdam ecclesiarum, in quibus certa portio praedictorum, scil. quae non spectant ad cultum divinum, fabricae ipsius ecclesiae, certa plebano, & certa aliis ipsius Ecclesiae Sacerdotibus debita, semper salvis,

*De Concilio D. P.*

Post pulsationem ad missam, tertia, vel alia hora canetur; & lequatur in cantu communis missa diebus singulis, & horis, ad quas tenentur clerici adesse, & esse omnes residentes, etiamsi plures in die ex debito ordine ecclesiae mise. Cantantur. De quibus & aliis omnibus missis cantandis ad vocem cum ministris, vel sine, quandocumque & ex quocumque causa cantentur in ecclesia conventualiter, quidquid offeretur in ipsis missis, quae omnes volumus esse communes, dividatur quotidie inter omnes intitulatos & praebendarios ministros praesentes, dando mansualiter suas portiones illis tantum, qui fuerint praesentes, & continenter ad introitum, vel Kyrie eleyion ejque in finem; nullam inde portionem dando absentibus, etiam si residant, nisi fibi aliter debetur ex privilegio vel jure scripto. Missas etiam, quae dicuntur ante communionem, ac omnes dicendas per manifestarios vel presbyteros extraneos, dicimus debere esse communes.

Aliae vero missae omnes appellamus votivas, de quarum oblationibus fit ordine ante vel post communionem, quando plures missae dicentur, E fervetur statutum concilii nostri. Expressius inhibetur, ne postquam dictum fuerit Sanctus, priusquam dicatur Agnus Dei, in eadem ecclesia incipiant Sanctus in alia missa. Contrarium facientes perdant donatio quinque ultra alias poenas, ad communem aerum similiter petitionentes.

Si capitulum invitatur ad funera, seu matutinum, vesperas, vel obsequia, mortuorum, primis percipiat duas partes presbyteriales, & ministrantibus portiones duplicentur, quae pertinent tantum ad ibi praesentes. Nam si quid de praedictis, vel aliis similibus omnibus quotidianis

ANNO CHRISTI 1438.

nis distributionibus abstenibus datur, ad restitu- A
tionem de jure tenetur.

Ex quibus omnibus communibus missis, & funeralibus, quidquid in denariis seu pecunia provenerit, manualiter dividatur, & distribuatur quoridie post omnes missas inter presbyteros ministros ipius ecclesiæ, dando plebano præsenti partem debitam singulis presbyteris partem unam, diacono medium, cuilibet cantaturi dem, subdiacono quartam, & alias canonicis, seu clericis initiatialis, octavam portionem unius parcii. De aliis autem fructibus, seu redditibus, oblationibus sive obventionibus vivorum & mortuorum decimis, primitiis, ac proventibus omnibus, præter confinitum elecmolynas, & personalia oblata, seu legata singularia vel donata, serviendum in ecclesia vel extra intuitu vel ratione ipius ecclesiæ, vel cemeterii, aut territorii sui, vel aliunde tam a parochianis, quam ab aliis undecumque, quandocumque, ubicumque, & qualitercumque offeratur, exigatur, detur, vel recipiatur, sive in pecunia, sive in pane, vino, grano, leguminibus, cera, oleo, & aliis quibuscumque rebus & bonis, quocumque nomine censeantur, nisi talia essent quæ per scripta publica, seu constitutiones Episcoporum aut ecclesiarum antiquas, vel ipsi communis foli fabricæ, vel plebano, aut alii, vel aliter debeantur; præcipimus, quod omnia prædicta ad eos pertinentia devenizne in communi, & ad communem arcam ipius ecclesiæ ministrorum, non intendentes per C hanc nostram constitutionem aliquem prædictorum privare sua possessione domorum ad affidum, vel adficiorum ad eorum titulos vel titulum pertinentium. Declaramus tamen, quod quidquid provenerit, vel offeretur in sabidiis, tbelauris, reliquiis Sanctorum, libris, pannis, vasis, vel aliis ornamentis, vel utensilibus ad cultum divinum & fabricam ecclesiæ tantum pertinent. Nec de cætero ecclesia teneatur ad reparationem, vel alia onera celebre, vel domorum in quibus perdonaliter ministri ecclesiæ non manerantur. Ex quibus & super quibus communibus capitulis bonis, deficientibus constituta contrata honestice fiant luminaria nocturnis & diurnis officiis, & hebdomatibus in ecclesia vel extra D pro reverentia corporis Christi, & sacramentorum aliorum ecclesiæ: & omnes expensæ utiles & necessariæ ac omnia incombentia onera communiter ad ipius pertinentia supportentur, & manualiter ac realiter fiant quotidie, in fine cujuslibet mensis, vel infra, referendum pecuniam, dolperios, cereos, candelas, & alia necessaria pro legenti tempore in communi arca. Si quid & quidquid de prædictis omnibus superest, communiter dividatur inter prælatos, canonicos, & alios omnes ipius Ecclesiæ ministros præsentes, & residentes, ut debent.

ANNO CHRISTI 1438.



ANNO CHRISTI 1438.

## XVIII.

## DE DECIMIS.

*Ex Concilio B. P.*

VOlentes animarum periculis obviare, rationabili providentia decimas statuendum, ut ad solutionem decimarum parochianorum omnes universaliter teneantur, sive sint clerici, sive laici, aut monachi, seu etiam regulares, nisi comprehensi legitima inventi fuerint, vel privilegio speciali, cum ipsas sibi Dominus in signum universalis dominii reserva- A
verit. Et hoc non tantum obtineat, ubi solventur decimæ prædiales; mixtas etiam, quæ loco prædialium & realium alicubi successerunt, solvi præcipimus, cum de jure & diu approbata consuetudine sint solvendæ. Omnes autem, qui prædictas decimas prædiales aut mixtas admoniti non solverint, aut fraudem commiserint scienter in solvendo, facto appellante concilio excommunicationis vinculo innodamus.

*Ex eodem.*

Prædecessorum nostrorum sequentes vestigia statuimus &c. In Ecclesiæ Castellano fecundi observant, ut parochianæ unius ecclesiæ ad alterius parochiam transeuntes illi clericis B ecclesiæ decimas tantum solvant, in cujus parochia nostris tempore domicilium invenintur habere, salvo tamen jure privilegiorum S. R. ecclesiæ super decimarum solutione personis vel ecclesiis attributo.

*Ex eodem.*

Clerici translati de una ecclesia ad aliam, sive in decimis, quæ occidentur, sive in oblationibus, & aliis, nihil commanebaunt cum priori. Salvo ramen, quod quis plebanus alicujus ecclesiæ & canonicatum ecclesiæ cathedralis ad S. Marci de Venetiis potest intervenienie canonica dispensatione insimul retinere & tenere.

*Ex eodem.*

In taxagio existentes nullum beneficium percipiant. Ut de decimis illorum, qui mortuorum, si tempore fortuitosis præsentes fuerint in quocumque ordine percipiant partem suam, sive ante mortui fuerint, sive poli. Hoc autem intelligendum solum generaliter de omnibus clericis, ut tempore solutionis in quocumque ordine inventantur, sive in parte, sive in toto decimæ solvantur, sive secutiores de toto vel de parte fuerint, sive non, recipiant partem suam.

*Ex Synodo Ramberti ep. Ca.*

Innotuit nobis; *&c. infra.* Volentes igitur malitiis hominum, ut quantum possimus, obviare, præsenti constitutione monemus omnumquemque plebanum & Sacerdotem, sibique in virtute obedientiæ præcipimus, quatenus de cætero integre, & legaliter, fecundum quod scivcriot, nobis vel nostris vicariis insinuare debeant bona mobilia uniuscujusque, quem mori contigerit in ea parochia, & quidquid percepcrint ab omnie decimæ de bonis defuncti, ut ex infinuatione hujusmodi animæ defuncti, & Castellanæ ecclesiæ consulatur. Si quis autem hujus constitutionis & præcepti contemptor extiterit, eo ipso sententiam excommunicationis incurrat; puniendus insuper pena pecuniaria, prout nobis, vel nostro Vicario videbitur expedire. Mandantes insuper plebanis & capitulis universis, ut procuratorem constituere debeant in suis ecclesiis ad decimas exigendas.

*Ex Synodo Bartholmæi ep. Ca.*

Quoniam ea; *&c. infra.* Constitutionem Gradensis Concilii, qua continetur, ut de decimis moriantium, qui solum tempore præsentes fuerint, in quocumque ordine percipiant partem suam, falubriter declaranies statuimus illos etiam quoad hoc confendos esse præsentes, qui cum plebani vel episcopi licentia pro prædicatione temporis a nobis aliis flabilita recedentes de Venetiis, infra xv. dierum spatium reverteniur, ut de decimis solutis medio tempore partem habeant, ac si fuissent continue residentes.

*Ex eodem.*

In quibuddam ecclesiis annua conflat esse legata ecclesiæ pulsum Sacerdotibus, & ministris, veluti cerros domorum, terrarum, aliorumque similibus redditus prædictis perpetuo vel certa tempora deputos, & qualis legati poffent in posterum, vel acquiri. Verum quia de divisione talium & participatione pro eo quod in uno vel duobus terminis tantum in anno percipi contingerent, fepe dubitatur & certatur, providendo fancimus, ut quilibet eorum, qubus prædicta funt debita vel relicta, sive qui partem percipiunt ex eisdem pro rata temporis, quo in sua ecclesia illo anno residentiam fecerit, percipiat partem.

*Ex Synodo Laurentii Justiniani ep. C.*

Licet varia inter doctores feratur sententia, cujusmodi decimæ in præcepto, tamen falsbriori inhærentes arbitrio per hanc constitutionem damus declarandum omnem decimam non tantum realem, verum & perfonalem, sive ex industria, sive ex matrimonio, sive ex donatione, legato, vel quavis translatione, quomodocumque provenisat alicui titulo lucratio, esse in præcepto; & si quis eam non solverit, teneri eadem pœna, qua tenentur, qui realem non solvunt. Verum quia hæc declaratio parum profeffit, nisi obviaretur fcandalis, & fastidiosus quorundam dogmatizantium eum non esse in scripto præcepto, quibus fideles simpliciter errantes facilliime credunt, putantes perfaforte conficienti, ac ita excitare avaritiæ; idco hac præfenti constitutione fancimus, quod fi quis religiofus mendicans, aut non mendicans cujuscumque ordinis, aut clericus secularis publice prædicaverit, vel in secreto dogmatizaverit talem decimam perfonalem non esse in præcepto, aut quod quilibet fideliis ad dictam decimam non teneatur, fed in arbitrio cujusque consistat quid velit loco decimæ dimittere, aut quod non episcopo, vel alii ejusdem competit de jure, fed ad libitum dilibbere possit, ipso E facto fententiam excommunicationis incurrat, a qua nequeat abfolvi; nisi illud idem erroneum, fi publice prædicaverit, publice revocarum teneatur, fi occulte, occulte, fimpliciter afferens se errasse ignorantia, vel malitia, prout fucrit eorum poplo, non tamen timore excommunicationis hoc revocare. Quinimo, ut falsri animarum fubjectorum nostrorum consulatur, voluimus & mandamus, quod omnes ordinarii prædicatores bis in anno teneantur hoc perfonalem popolo, & hortari ad decimam perfonalem, quæ est sub præcepto, quod teneantur solvere, A Si quis autem negligerit, fi clericus fæcularis existat, sic fuspensus a beneficio per ix menses, & a prædicatione; aut de ordine Mendicantium, fubtrahantur toti illi ordini casus reservati episcopo, & nullo pacto alicui ejusdem ordinis per totum illum annum dídi casus concedantur. Dies autem, in quibus debet fieri publicatio in prædicationibus, funt festa. Natalis Domini, & Dominica prima quadragesimæ.

## XIX.

## DE REBUS ECCLESIÆ NON ALIENANDIS.

B Et mutuis, & aliis contractibus illicitis.

*Ex Concilio Dominici P.*

ET pro meliori, & tutiori cautela fervandorum bonorum ecclesiæ voluimus, & præcipimus, quod singulis annis in capitulo fiat inventarium in scriptis clare, & distincte de omnibus thesauris, denariis, libris, paramentis, & aliis quibuscumque bonis mobilibus, & reipsis pertinentibus ecclesiæ, ad ecclesiam; & realiter, & manualiter omnia videantur, & recommendentur procuratori, facristis, & custodibus, vel aliis fectoris officialibus, qui ea fervent, commendant, & reprænfentent, quotiens opus fuerit vel expeditus pro divinis usibus, ad quos data & destinata fuerunt.

*Ex Synodo Angeli Ep.*

Item ne suffraganei nostri; *&c infra.* Suffraganeis nostris, & eorum officiis in virtute tanta obedientiæ difficile auctoritate præsentis concilii præcipiendo mandamus, quatenus porrationes ea pro ista iniorum mentiarum episcopalium contingentes, provisionum & gravaminum, ac subsidiorum hujusmodi persolvendorum integraliter persolvant, nec a quibuscumque personis ecclesiasticis fructus civitatum & diœcesum pro prædictis percipiant ultra quam ipse pertinet secundum antiquam seu rationabilem taxam seu taxationem iniorum proventuum ecclesiasticorum solvere debeant pro præmissis. Alioquin ipsorum singulos contrarium præsumentes excommunicationis sententia auctoritate præsentis Concilii innodamus, a quo præterquam in mortis articulo nequeant absolvi, nisi ea, quæ sic indebite *a*, infra unum mensem a receptione ipsorum computandum re-mite-

Ex Fourchet *sugeroit* qui quid fit.

ANNO CHRISTI 1431. Aliuerint integre cum effectu. Quod si non fecerint, ad reliquendum hujusmodi receptæ indebite, & tantundem de eo, illis a quibus, acceperint, volumus eos teneri. Et si quid fortasse aliquando de impositionibus pro aliquibus prædictorum persolvendis supererit de pecunia cleri, illud penes duos vel tres idoneos & tutos de ipso clero servandum, prout ipse clerus, vel major pars ipsius duxerit statuendum. *Et ipsa*. Volumus & illtrifie præcipiendo mandamus universis & singulis suffraganeis nostris, quatenus electis & assumptis infrascriptis vel quinque de clero totarum civitatum & diœcesum personis idoneis de consensu cleri seu majoris partis ejusdem, infra tres menses a die publicationis præsentis concilii in ecclesia computando perfecute bere & diligenter ima cum eisdem electis & sumptis tam de redditibus & proventibus suæ mensæ episcopalis, quam beneficiorum omnium aliorum ecclesiasticorum ipsorum civitatum & diœcesium, ipsos fructus, redditus, & proventus taxent in vitrite prælisti jutamenti, & aliter, prout eis, vel eorum conficientiis videbitur fore justum. Aliquin contra præmissis venientes per annum suspendimus a divinis, & ad prædicta exequenda nihilominus tenearnur. Quas taxationes nolumus & mandamus fub eadem pœna manu publica redigi & conferibi in cancellaria ecclesiæ ipsorum nostrorum debite conservandas, Capruæ, Equilini, & Civitatis novæ Episcopis, qui nullum fea modicum clerum habent, dumtaxat exceptis.

*Ex eodem*.

Item volumus, & auctoritate præfentis concilii fancimus, ne aliquis suffraganeus noster, aut alius prælatus nostræ provinciæ ad quos de jure vel consuetudine, aut privilegio jus visitandi ipsetus & petinet, nomine visitationis, aut pro visitationis subsidio a subditis fuis ultra formam & tenorem conflitutionis editæ per felicis recordationem D. Benedictum papam XII. exigere præsumat. *Vas electionis quoquo modo percipere præsumat*: cujus conflitutionis partem nostram provinciam & aliquas alias contingentem inferius inferi fe cimus, quatenus ignorantiam prætendere valeat de contentis in ea. Contrarium vero facientes, nec non daines ultra contenta in conflitutione prædicta ultra pœnas contentas in ipsa apostolica conflitutione prælata, a perceptione illorum fuarum ecclesiarum & beneficiorum & administrationes commodem per annum suspendos fore volumus ipso facto, in fabrica ecclesiæ cathedralis cuiusque a quibus ultra prædicta receperint, totaliter convertendorum. Tenor autem contestorum in ipsa apostolica conflitutione talis est.

In Apulia vero, Calabriæ, Terræ laboris, Siciliæ, Lombardiæ, Tusciæ, Sardiniæ, Corsicæ, cæterisque aliis Italiæ partibus, nec non Sclavoniæ, Albaniæ, Cypri, ac cæteris regnis, insulis, & aliis provinciis, & spiritibus omnibus ultramontanis, & etiam transmarinis Patriarchæ, archiepiscopi, & episcopi, ac prælati, & personæ ecclesiasticæ consistentes tamen, ut præmittitur, personaliter visitabunt &c. sidem Patriarchæ & archiepiscopi a suis, vel suorum suffraganeorum ecclesiis cathedralibus pro procurationibus unius diei, sive in vidualibus, sive in pecunia a volentibus ultra sexaginta, a monasterio vero & ecclesiis aliis, ac prioratibus secularibus, & regularibus habentibus collegium duodecim aut plurium personarum ultra tres, ab habentibus vero minus collegium, & quibusdumque aliis ecclesiis, prioratibus, ac quæcuncque aliis quadragintis, episcopi autem a cathedralibus ecclesiis ultra 40. a monasteriis vero & aliis ecclesiis, ac prioratibus secularibus & regularibus habentibus collegium duodecim, vel plurium personarum ultra 12. ab habentibus vero minus collegium, & ecclesiis aliis, seu prioratibus & locis quibuslibet ultra triginta. Abbates monasteriorum & prioratibus simile collegium vel majus habentibus ultra xx. ab habentibus minus collegium, & quibus sibet aliis ecclesiis, prioratibus, ac locis ultra xvi. Archidiaconi ultra x. turon. argenti valorem non audeant recipere quoquo modo. Si vero prælati Patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, prælati, ac personæ ecclesiasticæ prædictæ nomine suæ privilegio apostolico fuerint visitare & procurationes recipere valeant in pecunia numerata, dicti Patriarchæ, seu archiepiscopi in eisdem locis, vel suffraganeorum suorum ecclesiis cathedralibus ultra 40. a monasteriis vero & ecclesiis aliis, ac prioratibus secularibus & regularibus habentibus collegium xxx. vel plurium personarum ultra 30. ab habentibus vero minus collegium, & aliis ecclesiis, prioratibus, sive locis, & subditis quibuscunque ultra 20. episcopi quoque a suis cathedralibus, & quibuslibet aliis ecclesiis, monasteriis, prioratibus, atque locis ultra 20. Abbates quoque etiam ultra x. nec non archidiaconi ultra c. turon. argenti valorem recipere non præsumant. Ita quod expensæ, seu sumptus universi, sive taxato pecuniaria minus procurationis, tertias videlicet dici in pecunia, vel in vitualibus & necessariis prædictis, prædictam summam, vel valorem aliquatenus non excedat, nec ultra summas vel valores fen taxationes earum prætexta visitationis consuetudinis, vel aliter prælatis vel familis eorum quicquam exigere, vel recipere liceat etiam a volente. Illud quoque, quod de archidiacono superius dictumis ordinandum, idem habere volumus etiam in Decanis, prepositis, aliisque personis ecclesiasticis superius non expressis, quibus visitationis officium, & procurationes recepto ex privilegio, sedis apostolicæ, vel consuetudine competere dinoscuntur, Decanis & Ceratibus dumtaxat exceptis, qui in aliquibus regionibus archipresbyterorum nomine, cum quo in receptione hujus procurationis id quod supra statutum est de aliis archipresbyteris, volumus observari. Nostræ tamen intentionis existit, quod ecclesiarum, vel conficuidine ecclesiæ tam cathedralis, quam collegiatæ, & alia quælibet facultates vel segulares, & etiam monasteria, prioratus conventuales, & loca alia quæris ecclesiastica, eumque capitula, & collegia, seu conventus, rectores, seu & personæ pœlatis quibuslibet visitationis, ut præfertur, minus deferant, vel reverenter solvere, quam per nos superius est statutum, ad solvendum ultra conventionem vel consuetudinem hujusmodi nullatenus adstringantur; sed super his contra conventio & consuetudo hujusmodi deferuerunt. Hujusmodi etiam moderationes & taxationes ad Prælatos quosliet, qui prætexta cujusvis consuetudinis in monasteriis vel locis aliis ecclesiasticis gratis recipiunt ad pabulum canitatis, extendimus; & etiam prorogamus, proviso nihilominus, quod in locis quibuslibet fuerandum, quod major vel minor reum copia fuerit in eisdem, nec non justa majorem vel minorem performatam & exactionem numerum hujusmodi visitationum expentarum majorum vel minorum debita moderatio tenearur; ita tamen, quod majores expensæ non excedant tonnum superius limitatam.

Insuper omnibus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis superius nominatis ultra moderationes & taxationes prædictas quicquam præsumant accipere difficilius inhibemus. Volentes etiam constitutionem prædictam penæ adjectione juvari, statuimus quod si dicti visitantes per se, vel si ex privilegio eis competat, per alios visitationis officium exercuerint, & procurationes receperint, ut præfertur, ipsi autem familiares eorum ultra moderationes & taxationes prædictas aliquid scienter receperint, vel receperint etiam a volente, duplum ejus, quod a quibuslibet prælatis vel ex scientibus, aut autem habentibus, eorum familiares taliter exegerint, vel receperint, ipsa, dum modo ipsi receptorum fea scientiam hujusmodi ecclesiis, monasteriis, & aliis locis, a quibus illa receperint, restituere tenearur. Si vero dicti prælatis per alios visitantibus hi, qui pro eis visitationis officium exercuerunt, per se vel alios ultra moderationes five taxationes prædictas quicquam exegerint, seu receperint etiam a volente, duplum ejus, quod ultra receperint, ecclesiis & monasteriis, & aliis locis, a quibus id receperunt fuerit, intra prefatum terminum reddere tenearur. Alioquin ex tunc ipsi Prælati, qui ultra moderationes & taxationes prædictas, seu conventionem & consuetudinem hujusmodi recipient in pecunia numerata, duplum ipsum eisdem ecclesiis, monasteriis, seu locis ultra dictum tempus restituere differentes, ingressum ecclesiæ sibi noverint non esse. Si vero ipsi pro prælatis prædictis visitationem hujusmodi, ut præmittitur, exercebunt, ab officio & beneficio noverint se suspendos, quoadeque gravatis ecclesiis, & monasteriis, seu locis hujusmodi duplo plenariam satisfactionem impendant. Adjicientes conflitutioni præfentæ, quod si aliquis de familia prælati perfoualiter vitiatus, ultra modo moderationes & taxationes præfatas perfe, vel alios, prælato ignorante, nec ratum habente, receperit ab ecclesiis, & monasteriis, & locis aliis suffratis, duplum ejus, quod ultra receperit, & eo tuo proprio infra duos menses post receptionem hujusmodi, ecclesiis, monasteriis, & locis aliis, a quibus illa receperit, reddere tenearur. Alioquin ex tunc tales ipsi recipiens, si clericus fuerit, tamdiu ab officio & beneficio sit ipso ipsi suspensus & ipso facto ingressum ingrediens ecclesiæ sibi noverit interdictum, & a communione, & seu eucharistia ipso facto sentiat se suspensum, donec de duplo hujusmodi gravatis ecclesiis, & monasteriis, seu locis satisfecerit cum effectu, nulla eisdem ultra moderationes & taxationes prædictas recipientibus in his donationis, re-Et vel virariis nostris, vel illis, seu illi, quos vel quem ad dictarum collectarum rationes audiendas, & ipsis recipiendis, vel audiendis negligentes fuerint, vel remisi.



ANNO CHRISTI 1434. Aati, vel aliquis eorumdem ex apostolica indulgentia, vel consuetudine, seu de jure petat sibi ab ecclesiis, monasteriis & locis aliis ecclesiasticis, eorumque capitulis, collegii, vel conventibus, rectoribus seu personis moderatum, ten caritativum exhiberi, non possit a singulis ecclesiis, monasteriis, seu locis pro subsidio hujusmodi ultra petere, vel recipere etiam a volente, nisi quantum ascendetur singulæ procurationes in pecunia superius moderatæ, quas ipsi prælati recipient, quando ex privilegio per alium visitarent. Porro turonenses ipsos taxa fore intelligimus, quod xxx. ipsorum valeant unum florenum boni auri & puri legalis ponderis, & conii Florentini. Per conflitutionem autem hujusmodi volumus, quod dicti prælati, vel alii, quibus visitationis officium, & procurationes recipere ex privilegio sedis apostolicæ, vel de consuetudine, vel jure scripto competere non dinoscuntur, ipsi visitandi, seu procurationes recipiendi sibi valeant vendicare, nec per conflitutionem eandem alia conflitutionibus super præmissis per prædecessores nostros diudum editis quoad aliqua contenta in eis aliquatenus derogetur. Insuper abbates cistercienses ordinis sua monasteria visitatores sub præsenti conflitutione volumus comprehendi, dum super eis per eiusdem ordinationem nostram duxerimus fiendam providendum. Nulli ergo omnino hominum &c. Datum Avinioni xv. Kal. Jun. pontificatus nostri anno 2.

*Ex Synodo Angeli Delphino*.

Quia humanorum rerum, *Et infra*. Præcidimus, diu est, antiquorum nostrorum omnium regularium & secularium ecclesiarum, clericorum, ac hospitalium nostræ diœcesis de consensu totius cleri, & majoris partis, & non extemplo ex venerabilis vitrus diœcesis, & fide dignorum eletos jonmari, & in melius reformari juxta formam conflitutionum ecclesiarum, clericorum, & hospitalium præjudicium, quam repetimere præfentialiter habere, vel possidere. Quod quidem aliquam innovatum & reformatum concilio, per eos sic apertimus, & aliquibus Statutentes, & ordinantes, quod secundum ipsum & juxta formam ipsius, omnet impositionis collectam fiant, & collectæ qualibet ab omnibus de cætero persolvantur, antiquæ etiamnis cassatis, & annullatis. Mandamus insuper quod dictum nostrum nunc fadum de sexennio in sexennium debeat pro futuro tempore examinari, & si expediens fuerit, reformari, ac fideliter in melius innovari, ne amplius super hoc quæratur ad sedem apostolicam profectur. Expresse & peremptorie mandantes quibuslibet collectoribus ad dictas collectas exigendas de cætero deputandis, quod poli collectas prædictas & receptas de exactis & receptis nobis, seu illi, seu illi, quos vel quem ad dictarum collectarum rationes audiendas, & ipsis recipiendis, vel audiendis negligentes fuerint, vel remisi.

*Ex eadem.*

Ut futuris casibus *& infra*. Statutimus, & ordinamus, quod occasione quorundam annorum sterilorum, & proceßionum, quæ singulis annis fiunt, vel prò evangelijs seu missis novis cantandis non fiant sumptuosæ excessivi, vel exquisitæ inordinatæ, ex quibus brevi hora longi temporis victus consumitur, & manus exacerbantur ad extorsiones illicitas, vel ad mendicata suffragia laicorum, quas extorsiones maximè contra monasteria, & ecclesias omnino fieri prohibemus sub pœna restitutionis ejus, quod extorserit, & tantumdem de suo.

XXXI.

DE SACRAMENTIS ECCLESIASTICIS.

*Ex synodo Bartholomæi episcopi.*

DIstrictè mandamus, quod semper semel in septimana ad minus sceptimanarius pro sacramis conficiat corpus Christi, & confumat totum servatum de præcedita hebdomada. Sint etiam Sacerdotes de hostiis recentibus conficere diligenti.

*Ex eadem.*

Ut animabus subjectorum nostrorum, quæ frequenter in medici judicilque spiritualis falsis optionibus & personationibus pravis decipiuntur salubriter consulatur, & juxta parochialium ecclesiarum ferventur illæsæ, omnes utriusque sexus, cujuscunque status aut conditionis existant, jurisdictioni nostræ subjectos, primo, secundo, & tertio peremptoriè sub excommunicationis pœna, quam proferimus in contrarium facientes, ordinaria auctoritate monemus, quod à festis duntaxat parochialibus Sacerdotibus, & non ab aliis quibuscunque, absque episcopi Castellani licentia, dum præsens est, aut sui vicarii in absentia obtenta licentia, ecclesiastica percipiat sacramenta, falva semper omnimi nostri summi Pontificis reverentia; & privilegiis super audiendis confessionibus vel confessoribus quibusdam ut ab apostolica sede concessis; & ex concessionibus aliquibus personis ad voluntatem Episcopi Castellani factis ab ecclesia Castellana, & salvo quod de licentia confirendi a plebanis parochianis propriis concedenda.

*Ex eadem.*

De medicis præcipimus, ne tribus vicibus vel ultra ad infirmos curandos vadant, nisi prius ipsi infirmi advocent Sacerdotem & medicus animarum juxta formam concilii Gradensis, ad quod, si negleserint, per ordinarios compellantur.

*Ex Synodo Marci ep.*

Item statuimus; quod aliquis sacerdos, aut beneficiatus in diœcesi Castellana non audeat dare aliquod sacramentum nisi ad altum, ad quem institutus fuit, licet fiat ad purum altum, sub pœna unius ducati applicandi curiæ episcopali, & sub pœna carceris.

XXXII.

DE SPONSALIBUS ET MATRIMONIIS.

*Ex Concilio S. Gr. Ma. Pat.*

IN matrimonijs contrahendis præmittatur denuncioßio publica in ecclesiis contrahentium juxta formam Concilii generalis. Volentes etiam pravorum fraudolentijs obviare statuimus, ut nullus fornicetur & ignotus ad patres nostras accedens uxorem accipiat, nisi habuerit literas sui episcopi, quod ei tolerus, testimonium perhibentis; ac denuncianto ista in ecclesia publice ad arbitrium episcopi præmittatur, in infra dictum terminum, qui potuerit, & qui voluerit, legitimum impedimentum opponat; & ipsi presbyteri parochialis investigent, utrum aliquid impedimentum consistat. Aliter vero missa nuptialis a sacerdotibus non cantetur, nec annulus benedicatur omnino. Si quis autem Sacerdotum fecus fecerit, a beneficio per dnos menses sit suspensus.

*Ex eadem.*

Et ne in diebus a sanctis patribus prohibitis nuptiæ celebrentur, sub interminatione anathematis prohibemus, ut de cætero a die dominico adventus domini inclusive usque post epiphaniam, & a septuagesima inclusive usque post octavam resurrectionis, & a die dominica ante Ascensionem domini usque post pentecosten, annuli nuptiales benedicantur, nec missæ specialis novitiæ celebretur, nec sponsa etam traducatur. Transgressores autem per dos menses a beneficio sint suspensi.

*Ex Concilio D. Patr.*

Si quis conjugum sine judicio ecclesiæ ultra mensem mortuo alter altero invito permaneat separatus, sit privatus ecclesiastica sacramentis. Presbyteri autem qui scienter talibus ecclesiastica præstiterint sacramenta, per sex menses a beneficio sint suspensi.

*Ex synodo Marci ep.*

Item statuimus, quod nullus sacerdos, aut Clericus beneficiatus in diœcesi nostra audeat de cætero interesse nuptiis clandestinis celebrandis, aut secundis nuptiis ex parte mulieris celebrandis, nec audeat benedicere annulos in dictis secundis nuptiis sub pœna excommunicationis.

XXXIII.

DE SIMONIA.

*Ex Concilio Thomæ Pa.*

ITem quia ad nostrum, quod displicentes referimus, pervenit auditum, quod nonnulli prælati nostræ provinciæ, dum aliquem personam ecclesiasticam ad aliquam dignitatem seu prælaturam electam confirmant, vel alicui conferunt sacramenta ecclesiastica, aliqua beneficia, seu in beneficiis ecclesiasticis instituunt, ab eidem confirmatis, & promotis, seu institutis, & aliquando ante confirmationem & collationem, seu CHRISTI institutionem prædictas, pro camera eorum, seu alio quæsito colore extorquent simoniace maximas pecuniarum quantitates, & dum hoc non possint directè, per indirectum per notarios, qui prædictarum confirmationum, collationum seu institutionum conficiunt instrumenta, pro ipsis instrumentis & sigillis dictorum prælatorum ab ipsis confirmatis, seu promotis, aut institutis immoderatam pecuniæ quantitatem extorquent, quam cum eidem prælatis dividunt ipsi notarij, & ex pacto quandoque; non hoc pestifero morbo pollutorum obviare volentes, universis & singulis suffraganeis nostris, & aliis prælatis nostræ provinciæ, ad quos electionum confirmatio, & beneficiorum nostræ provinciæ collatio, seu institutio pertinet quinquennio, in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, quatenus prædicta ulterius directè, vel indirectè, publicè vel occultè committere non præsumant. Quod si fecus per ipsos, vel aliquem eorum factum fuerit, in ipsos talia præsumentes, & eorum quemlibet, ex nunc prout ex tunc hoc facto approbante concilio excommunicationis sententiam proferimus in his scriptis, & confirmationes, ac collationes, & institutiones suspensodi decernimus tanquam simoniacas non tenere; & ipsa excommunicationis sententia irreeuditus esse figatur, qui aliquid ab ipsis promotis, sive confirmatis, aut institutis receperint; ac etiam dantes pro possessione earum beneficiorum adipiscenda.

XXXIV.

DE BALISTARIIS, ET SAGITTARIIS.

*Ex Concilio Thomæ Pa.*

ITem hac nostra præsenti constitutione sancimus, quod nullus clericus, aut ecclesiastica persona cujuscumque status, aut conditionis existat, nostræ provinciæ balista, aut arcus publice utatur, aut ipse ipsa exerat ad bersajandum, seu sagittandum. Delinquentes autem in præmissis lib. x. denar. parvorum Venetorum pœna, vel majore per diœcesana, & prælatorum eiusdem diœcesanis, aut cum eorum consilio, quæ constitutionibus synodalibus suffraganeorum nostrorum prædictorum excommunicationis sententiam secutus tales latam continentibus casibus, & etiam arrestatis.

*Ex synodo Bartholomæi ep.*

Statuimus, quod quicunque clericus, seu ecclesiastica persona cujuscumque conditionis, ordinis, aut status existat, exiverit publice cum balista, vel arcu ad bersajandum, vel in civitate Venetiarum, quæ in litore S. Nicolai, & in tota diœcesi Castellana, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat.

XXXV.

DE SORTILEGIIS.

*Ex Concilio Rigidi Pa.*

AD hæc pro salute animarum omnibus consequatis tam maribus, quam feminis sub anathematis prohibemus, ne presumta capiendi A amoris, vel observandi, quæcunque maleficia facere præsumant. Generaliter idem omnes sacrilegos, sortilegos, herbatos, maleficos, excommunicamus; & qui prædicta maleficia fecisent, seu qui ad eos accedunt.

*Ex synodo Bartholomæi ep.*

Prohibemus, ne qui sortilegium, & magicam artem, & divinationis incantationis prohibitæ, seu maleficii genus exercere vel docere præsumat, seu talia docentes, vel exercentes consulat, vel in domos suas cauta hujus introducat: aut res illas mandatum, aut alium, quam ad quem institutæ fuit, per se, vel per alium accipiat, vel convertat; alioquin omnes & singulos in prædictos excommunicationis vinculo innodamus.

XXXVI.

DE INDULGENTIIS.

Eiusdem, & dispensationibus, & absolutionibus.

*Ex Concilio Rigidi Pa.*

POstremo providendo statuimus, ut omnes peccantes pœnæ pro clericorum excessibus exigendæ per episcopos, aut alios de ipsorum speciali mandato a delinquentibus exigentur, & per ipsos forum arbitrio dispensentur. Quin etiam episcopis absolutionibus incidentium in spirituales pœnas, & qui hidcenus incidentur, & relaxationes earum præsentis auctoritate concilii reservantur.

*Ex Concilio D. Pa.*

Ut pontificalis autoritas præfatæque honoris B centia, & decoræ, ordinamus, quod quisque suffraganeus Gradensis ecclesiæ, episcopalisque prædicabit, vel pontificaliter celebrabit, postea in totam insulam Gradensem, quam ipsiusne Patriarcha, & omnes episcopi sui largiti, & hoc idem Gradensis pontifex D. Patriarcha.

*Ex eadem.*

Ne superior inferiori subditus reputetur, decrevimus, quod in constitutionibus facta, vel fiendis per aliquem suffraganeorum contra alios episcopos, vel superiores prælatos aliqua ratione nel causa non includatur superior statuentis. Episcopis autem absolutiones, & incidentium in spirituales pœnas & taxas relaxationes earum in sole civitatibus, & diœcesibus, & locis ac personis ejus subjectis præsentis auctoritate concilii reservantur.

XXXVII.

DE PŒNITENTIIS.

*Ex synodo Rumberti episcopi.*

QUia sæpe contingit, *& infra*: In hac nostra constitutione sanctimus, ut nullus plebanus, sacerdos, vel alter curatus de fraticipijs casibus debeat se intromittere, quorum pœnitentiale judicium nobis, vel ei, cui in hac parte vice nostra committeremus, duximus reservandum. Sed incontinentem peccator

ANNO CHRISTI 1438. confessus fuerit aliquod de criminibus inferius adnotatis, illum ad nos, vel vices nostras in hac parte gerentes remittat receptorum, ut Deus deberit confitentibus salutare. Crimina autem, quorum nobis judicium reservamus, sunt hæc.

Primum, homicidium, quod quis casu, vel voluntate committit.

2. Incestus cum aliquodente vel defendente commissus, sive cum conjuncta ex linea transversali usque ad quartum consanguinitatis gradum prohibitum inclusive, vel etiam cum affini, hoc est cum uxoris matre, filia, vel consanguinea usque ad quartum gradum, seu etiam cum uxore fratris, vel consanguinei quarto gradu consanguinitatis conjuncti.

3. Adulterium cum Moniali professa commissum.

4. Si quis parentem filium vel filiam jugulaverit diabolo suadente, vel forte casu perpetrerit.

5. Si quis propter odium vel libidinem, vel ut ad ipsum hæreditatis successio deferatur, homini aut mulieri aliquid fecerit, aut ad potandum deberit, et generare non possit, aut concipere, vel nasci tabolea, seu fi abortum procuraverit.

6. Si quis, vel si qua homini, vel mulieri venenum dederit ad potandum, vel comedendum, ut moriatur, etiamsi mors secuta non fuerit.

7. Si quis, vel si qua eucharistia, chrismate, vel aliqua re alia facta modo aliquo abusus fuerit. Quæ omnia tam maribus, quam feminis laicis dari omninode prohibemus, in dandemis sit ad id, quod deputata sunt hæc constitutione excommunicationis sententiam proferentes.

8. Si quis falsum testimonium tulerit, vel aliter in judicio criminali deperiverit.

9. Crimen furtilegii.

10. Crimen fortilegii.

*Ex Synodo Laurentii Justiniano E.*

Declaramus, atque inhibentes statuimus, ne aliquis audeat quomquam absolvere, præterquam in articulo mortis, excommunicatum a nobis, vel constitutionibus nostris, vel præcedentibus nostrorum, sub pœna X. lib. toties quoties transgressor hujus constitutionis contra factus fuerit.

## XXXVIII.

## DE APOSTATIS.

*Ex Concilio D. Pa.*

APostatas autem omnes, undecumque fuerint, excommunicatos denuntiari præcipimus per ecclesias locorum, in quibus fuerint ferantur Patriarchatum, vel diœcesim, quos decernimus carcerandos, nisi fugiant extra fines ipsius patriarchatum, vel diœcesis, quemque ad pœnitiam, vel antiquam observantiam regolatem redibunt. Et similiter fiat de sæcularibus qui in certis religiosis constitutis more laicali publice incedentibus, & laicis (se gerentibus in sui detrimentum, & scandalum aliorum.



ANNO CHRISTI 1438. *Ex Synodo Laurentii Ep.* ANNO CHRISTI 1438.

Ne vagandi materia propagetur, & quilibet in ea vocatione, in qua exiliit conservetur, statuimus, quod in ecclesiis sæcularibus nullo pacto aliquis Monachus, aut Canonicus regularis, vel cujuscumque alterius religionis pro capellano vel mansionario accepterit. Verum & si in monasteriis religiosorum pro capellanis permanserint, tunc non nisi habitum per religiosos deputatum suæ religioni portaverint ad celebrandum, etiam in illdem monasteriis admittantur; & nisi monial habitum dimittam resumpserint infra octo dies, volumus, quod incarceretur tanquam apostatæ, & sic per mensem in carceribus maneant, demum a diœcesi nostra expellantur; habitum vero monachorum dicimus juxta formam Clemen. *Ne in ejo de Stato regularium*; & aliorum regularium, prout probabitur conductutine introducitum esse. Nec invitati possint ad funera mortuorum, aut in congregationibus corporari, quia discreta debet esse actio religiosorum a sæcularibus clericis in multis. Hoc verum, nisi contingerat talem religiosum per D. N. promoveri, vel per nos, ad aliquam ecclesiam habentem curam animarum secundum formam juris.

Item volumus, quod dictum acceptentur in aliqua ecclesia cum nostra licentia, vel in aliquibus monasteriis, quod ipsi offendant litteras licentiæ suorum Abbatum; aliter prælumantur vagi, & fugibundi, & sic per consequens excommunicati.

A memoria nostra non excidit, quot perversitas machinationibus a quibusdam Monachorum denigretur, cum quidam a quibusdam injiciste ordinis mendicantium abbatibus habitum veniam suscipiant, ut sic monachi erant immediate obnoxia licentia ipsis Abbatibus evagari absque habitu possint, & in curiis principum, aut in villis tanquam monachi ad beneficia promoventur. Verum quia hoc contrat: ssiliqu creationes & assumptiones ad monachatum non conservanses esse juri, detellantes mendicantes teli suffragio ad iniqua proliere, & ad insamian dicti ordinis monachorum, statuimus, quod tales mendicantes & deferentes habitum nisi docuerint dictos abbates juridicam auctoritatem a summo Pontifice obtinuisse; ut creandi monachos, quod non de facili creditur obtineri, immediate expellantur de diœcesi nostra, quamquam offendant litteras abbatum (nonum narrantes (e auctoritate præfata dictos monachos assumpsisse, nec tales etiam in monasteriis dicti ordinis monachorum admittantur sine nostra expressa licentia, & conscisu, nec in aliqua alia ecclesia nobis subjecta. Et si quis contra nostram interdictionem aliquid attempaverit, intelligatur suspensus a beneficio per annum, tanquam fautor non facias fuisse; qui vero tenetur ad restitutionem, si quid contra prohibitionem aufertur usurpaverit.

Item ordinamus & volumus, quod si quis monachus reperitus fuerit non originarius sancti Benedicti, ; sed potius ex ordine mendicantium aut dictum ordinem S. Benedicti mutatur, etiamsi auctoritate papali hoc consequatus fuerit, si contigerit in aliqua a nobis, vel ab aliis prælatis inferioribus nostris gratiam celebrandi, vel beneficium obtinendi, aut quid aliud ex gratia speciali, nisi expressa



ANNO CHRISTI 1438. diserte fe prius fuisse mendicantem, quamdiu in præterintum monachus reperitur, gratia caret, & habeatur, ac si fuhrepitim impetrasset, & arbitrio superioris diœcesani puniatur.

## XXXIX.

## DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS.

*Ex Concilius A. E. & D. Pa.*

OMnes hæreticos, & schismaticos; piratas, sacrilegos, idolatras, hæbaricos, maleficos, qui talia malefacta fieri faciunt, & ad eos accedunt, seu qui purgari nituntur ferro candenti, & omnes qui talia fieri faciunt, vel consulunt, & favorem dabunt ad hujusmodi purgamonem fiendam, excommunicamus. Et ne per vitium fallitatis innocentes contra justitiam opprimantur, falsa instrumenta publica componentes, & confalentes, seu fieri facientes, vel ipsis instrumentis falsis atentes scientor in judicio, aut aliena instrumenta ad se non pertinentia in fraudem vendentes, vel ementes, aut penes se dolose retinentes, vel cum certis pactatis, vel fraudulenter placitantes; & eos qui in falsionem prædicti falsum testimonium protestando, aut per conspirationem, vel locutarum aliquam in detrimentum vel præjudicium alicujus le invicem colligabunt juramento, vel quæumque alia conformitate; & juris periti, & advocatos, & procuratores, & litigatores falsitates in petitionibus, exceptionibus, positionibus, responsionibus, appellationibus, obtationibus, vel aliis similibus abitibus in causis seu negotiis ecclesiasticis & judicialibus, vel extrajudicialibus dolose & scienter interponentes, aut negotia & causas per dilationes vel cavillationes malitiosæ prolongantes, & litigantium animos ad iracundiam inflammantes; cunctosque timore, promissionibus, pretiis, precibus, vel aliquo alio modo mentes, vel fraudentes consiliarios, vel judicibus ad falsum, vel injustum consilium, vel judicium seu sententiam proferendam; ipsosque consulentes ad judices taliter corruptos, & tale consilium; judicium, vel sententiam scienter dantes vel proferentes; vinos etiam qui relinquere vel expellere propriis uxores propria temeritate superbiæ & fatuo, vel o contra mulieres, quæ relinquunt viros legitimos de facto cum alitis contrahentes, seu qui scienter consultant in gradibus prohibitis per canonica institutia; executores insuper instrumentorum, & testamentorum, qui relicta ad pias causas in totum vel in partem, prout melius poterit, usque ad annum malitiose exequi negligunt & recolant; Laicos etiam, qui temeritate propria ecclesias tenent claulas, vel clericos seu laicos de ipsa ecclesia expellentes.

Illos autem clericos & laicos, qui vacantibus ecclesiis cathedralibus bona ecclesiæ vel prælati defuncti ad ecclesias pertinentia dilitrahere aut invadere, sive per modum aliquem in fraudem aut detrimentum ecclesiæ occupare præsumpserint, vel de ipsis aliquid expendere, nisi prout a jure permittitur, facto approbante concilio excommunicationis vinculo innodamus. Permittimus tamen, quod canonicis ecclesiæ Castellanæ, cum vacaverit, mensa fuh debita moderatione præstetur, ita tamen quod quæstiones per hoc inter episcopum affentanem quod de gratia, & Capitulum dicens, quod de jure sit debita jam diutius ventilanti nullum præjudicium generetur. Item omnes, qui temeritate propria detinent, vel invadunt possessiones, vel redditus ad ecclesias, vel capellas, vel monasteria pertinentes, seu privilegia fibi concessa, vel jurisdictionem ipsarum diminuunt. Illos etiam qui devastant vineas, illorum partem, vel tonsuliter deftruendo, aut fegetes, fraudulenter ovos, boves, equos, animalia certas magna vel parva interficiunt, vel lethaliter vulnerant, sive laduat scienter ex animo, tanquam sacrilegos & invasores bonorum ecclesiasticorum excommunicationis vinculo innodamus.

*Ex Concilio D. Pa.*

Cunctos clericos & laicos qui per se, vel per alios manus violentas in personas ecclesiasticas injecerint, seu violentiam corporalem insolentes, præsiptimus excommunicatos denuntiari in ecclesiis publice, postquam de hoc constiterit. Ordinario loci, quoniqe redierint ad mandata ecclesiæ cum effectu.

*Ex eodem:*

Quia periculosum est; *& infra*. Deliberatione provida revoramus omnes sententias excommunicationum, suspensionum ab officio, vel executione divinorum, interdictorum, & omnes alias pœnas spirituales inflictas, & latas per concilia prædecessorum nostrorum, & nostri, vel per nos, seu per nostros suffraganeos generaliter, vel quamque ratione vel causa; præterquam contra simoniacos, portantes arma, concubinarios, & *presbyteros* constitutionum de mandatis, nisi etiamsi quatenus tangunt & contingere possunt personas, & alias ipsorum ac omnium presbyterorum, & clericorum secularium nostri patriarchatus; pœnas & sententias illas mutantes ad graves alias pœnas personales, pecuniarias, vel reales juxta arbitrium Episcoporum, vel superiorum prælatorum.

*Decretum D. Gregorii Papa contra Clericos exilentes infra ordinem Subdiaconatus, vario delinquentes, & se excusantes, & non incedentes in habitu & tonsura.*

Gregorius Episcopus servos servorum Dei venerabili fratri Episcopo Castellano salutem & apostolicam benedictionem. Debite mentis nostræ oculos convertimus ad ea, quæ salutiferè disponenda cognoscimus, præsertim circa indigenem locum Venetiarum Castellanæ diœcesis nostræ originis, in quo etiam pontificali dignitate refedimus. Ubi per experientiam cognovimus quamplures fe non gerentes pro clericis non deferendo clericales habitum, & tonsuram, quorum aliqui sepenumero deprehensi pro hui criminibus varie decliunant forum sæculare inniteres adminiculo privilegii clericalis, non sine odibili turbatione in eodem loco. Quare volentes quieti ejusdem loci, & hujusmodi libertegia locum habeant quandoque falso inventa, providere; volumus, & ordinamus, ac fancimus, quod

ANNO CHRISTI 1298. quod si quis Clericus deinceps infra ordinem sub-diaconatus consistens tempore criminis non deferebat habitum & tonsuram per mensem ante immediate crimen commissum, sive depositionem fuerit sine habitu & tonsura clericali ipso facto, & qui poli crimen commissum fecerit se infigniri prima tonsura, & ex tunc non portaverit continuo habitum & tonsuram, ita quod non apparent clericus; sint omni privilegio clericali privati, & foro secolari subjecti. Verum si temporis infigniationis hujus primæ tonsuræ oriunda erat notorium, nolumus per delationem habitus & tonsuræ sibi suffragari, sed sobesis foro secolari, in cujus illusionem vestimenta prædictaliter se fecisse infigniri. Quam voluntatem, ordinationem, sanctionem extendimus dumtaxat ad præfatum locum de Venetiis Castellanæ diœcesis. Speciali provisione tibi transgeneres ac mandantes has nostras literas registriari facias in archivo Castellano, ut perpetuis temporibus, quæ in eisdem continentur, debeant observari. Datum Romæ apud S. Petrum xv. Kal. Junii Pontificatus nostri anno primo.

*Ex Synodo Marci L.*

Nos Marcus Lando, *Episcopus*. Volentes, quantum in nobis est, mentes nostrorum subditorum de quibus in extremo examine reddituri sumus rationem, declarare, & avvisare, ne propter defectum scientiæ aliquis se possit excusari, allegantes ignorantiam, quæ est mater omnium errorum; In pontificii pistolatione omnes & singulos excommunicatos ipso facto per jura canonica, ac nostras constitutiones declaramus, ac manifestamus, ut nullus possit prætendere ignorantiam.

Sciant universi, quod quicumque verberaverit clericos, vel clericum, vel testimonii inclusum etiam sine violentia personali, sint excommunicati; & si fuerit atrox injuria, non absolvantur nisi per papam.

Quicumque incendit vel frangit ecclesiam, locum religiosum, vel cimiterium, est excommunicatus; & postquam fuerit denunciatus, non absolvatur nisi per papam.

Quicumque participaverit cum excommunicato per papam aut in divinis, aut in crimine, absolvatur solum per papam.

Quicumque fabraverit litteras papales, vel falsa attetur, non absolvatur nisi per papam.

Quicumque portaverit ad infideles quoscumque ferrum, arma, equos, vel alia argumenta adpugnandum contra Christianos, vel transmiserint galeas, naves venaverit, vel donaverit, eisdem impendunt auxilium vel favorem, & consilium, solum per papam absolvantur.

Hæreticos, schismaticos, piratas, idolatras est excommunicatus, & per summum pontificem absolvetur.

Declaramus omnes illos esse excommunicatos qui tempore hæreditii corpora defunctorum in cœmeteriis, vel excommunicatos publice, vel nominatim interdictos, vel usurarios manifestos scienter sepelire præsumunt.

Item excommunicatus est unusquisque assassinus, tam qui fecerit, quam qui fieri fecerit, & qui dederit consilium, auxilium, vel favorem.

Item excommunicatus est contrahens matrimonium in gradibus consanguinitatis aut affinitatis constitutione canonica prohibitis, aut cum monachibus, aut cum clericis, vel religiosis in sacris ordinibus, aut professus contrahens matrimonium, ipso facto sint excommunicati.



Item religiosi, qui clericis aut laicis sacramentum unctionis extremæ, vel Eucharistiam ministrabe & matrimonium solemnizare præsumunt; vel a testentiis per statuta synodalia promulgatis excommunicatos absolvunt, ipso facto sint excommunicati, & pel papam absolvendi.

Item intrantes monasteria monialium sine licentia D. E. Castellani sunt excommunicati.

Volentes circa salutem animarum attendere, ut mens pœnæ a fidibus Christiis sublimetur ex nostris constitutionibus præsumuntur omnes maleficos & mulieres qui ante annum in lecto pœnos tenuerint, omnes sacrilegos, herbarios, maleficos, & indivinatores, & qui talia fieri fecerunt, vel ad eos accedunt; omnes falsa infirmentis publica componentes, & eorum consulatores, seu fieri facientes, vel ipsis utentes scienter in judicio; item qui in lusionem prosumi falsum testimonium dederit; item viros, qui relinquunt uxores proprias propria temeritate aliis de facto super indofilia, & ipse mulieres viros de facto relinquentes, & cum aliis contrahentes fore judicio ecclesiæ; omnes stantes in adulterio continuo & publice; omnes exercitores reflammorum, qui tolletis ad plus caulis usurarum vel in partem majorem usque ad annum; a die obitus malitiosè excepi negligunt, & recedant, & qui per annum sine licentia Episcopi Castellani exercitioni non mandant; omnes laicos, qui temeritate propria ecclesias tenent clausas, vel presbyteros exinde expellunt: omnes contrahentes matrimonium mares & fœminas cum secunda vel secundo, nisi primo fuit certificati de morte primi vel primæ; omnes qui vivente prima contrahunt cum secunda, & sic mulieres hoc idem facientes; omnes, qui contraxerint matrimonium clandestinum; omnes mulieres fopponentes partum vinculo excommunicationis ligamus, a quo nullus possit absolvi nisi de licentia Episcopi Castellani speciali.

*Ex Synodo Laurentii Justiniano E. Cast.*

Quoniam scriptum reperitur laicos semper, ut tradit antiquitas, molestos esse; nec pretextu correctionis Clericorum, quam meritæ integra gerimus, licentia officialibus secularibus tradita in speciem vindictæ transeat, districte præcipimus, ne dicti Officiales, qui a nobis, vel vicario nostro destinedi clericos in locis inhonestis captos, vel alia crimina vel scelera committentes habent potestatem, audeant aut temerario dictos clericos capere dicendo coculpabiles, cum minime existant; quin imo licentiare avaritiæ ducti reperiri ses inlontes, ea ipso volumus incurrere sententiam excommunicationis, a qua nequeant absolvi sine nostra, vel vicarii nostri licentia. Verum quia ea, quæ tendunt in opprobrium cleri, totis viribus extirpare debemus, flatuimus, ut postquam captos fuerit aliquis clericus, quam honestius poterunt, eum immediate, si de die hoc evenerit, non superiori præsentet aut in novicali, aut per loca non nimium frequentata; si denocte, si plebani eorum, aut alii Sacerdotes fidejussionem deferint de eos præsentando immediate, dictis plebanis, vel alicui alteri Sacerdoti simili modo allegnetur non optima cautione; ita quod die sequenti honesto modo per eosdem officiales præsentari possit D. Episcopo, vel ejus vicario. Et in casu, quo plebanus, vel alius Sacerdos fidejussionem præstans eum non præsentaverit; fed permiserit eum fugere, & de negligentia argui poterit, eadem pœna venit condemnandus, qua puniri possitis ipse capitvat tamen cum misericordia. Adjicientes flatuimus, ne pietas constituentis occasio fiat peccati, & volumus, quod si plebanus, vel alter clericus, cui conligatus fuerit ipse captus, die prima sequenti non indicaverit D. Episcopo, ipso jure sit excommunicatus.

XL.

DE SACRILEGIO.

*Ex synodo L. 7.*

Omnes fideles sive sacrilegium committi non dubitamus, si ea, quæ deputata sunt usibus ecclesiarum, in proprios usus convertant, quia tallum retum dominium quæritum domino est. Dolentes autem referimus, quomodo prava consuetudo noviter inducta, imo corrupteta in hac nostra civitate inolevit, quod laici abtheatanus, quæ Dei sunt, & Deo offerri conluevit, sub specie pietatis in certos suos usus convertunt palliantes se illud facere pro usu & subventione pauperum indigentium scholarum suarum. Nam quando funera deducuntur ad ecclesias, ut sepulturæ tradantur, tertiam partem doplerionum vel majorem tradunt, scholis suis, videlicet aliesui eorum, dum tamen alliquid quid aliud emolumentum, dummodo causa funeris exhibitum fuerit, tamquam sacrilegus putantur, & commendantur a cura, & ecclesiastica sepultura, quousque ecclesiæ laisæ debitam satisfactionem fecerit. Cui pœnæ maxime subjacere volumus guardianos, seu gastaldiones, seu rectores dictarum scholarum.

Venerabilis præsul, mitissimusque cleri pater Dominus D. Laurentius Justinianus Dei gratia Episcopus Castellanus has priscorum patrum constitutiones hinc inde spartas colligere fecit, in quibus ex suis nonnullas inseruit. Ad laudem ipsius, qui est trinus & unus. Anno Domini MCCCCXXXVIII. mensis Septembris; pontificante tunc pro sancta Romana Ecclesia Eugenio beatissimo Papa IV.

*TOMI XVII. FINIS.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA OVIEDO